Precare ut ego poſſim renuntiare Daphnidis amoribus:
Et mox ſacrificaturum me *die* pulchrum caprum: at ſi abnuerit,
Hoc adeptus volo tres oſtias offerre.
Sacrificabo enim juvencam, hirſutum hircum, agnum quem habeo
Stabularium: audiat autem benevole Deus.

ALIUD. 5.

Viſne, per nymphas, duplicibus tibiis cantare
Suave aliquid mihi? & ego pectidem ſumens
Incipiam aliquid ſonare: bubulcus autem ſimul oblectabit
Daphnis, cera compacto ſpiritu [i. fiſtula] modulans.
Stantes vero prope hirſutam quercum poſt antrum,
Pana caprarium privaverimus ſomno.

ALIUD. 6.

Ah miſer tu Thyrſi, quid proderit ſi contabefacias
Lacrymis geminos oculos lugendo?

Abiit

Οἴχεται ἁ χίμαιρος τὸ χαλὸν τέκος, οἴχατ' ἐς ἄιδαν·
Τραχὺς δ' χαλᾶς ἀμφεπάλξε λύκος·
Αἱ δὲ κυόες κλαίουσιν· τί δ' πλέον, ἀνίκα τίνας
Οφέον σὸν τύφει λείπεται οἰχομένας;

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ζ'.

Ἦλθε ἰὴς Μίλητον ὁ Παιήονος υἱός,
Ιητῆα νόσων ἀνδρὶ συνεισόμενος·
Νικίᾳ· ὅς μιν ἐπ' ἦμαρ ἀεὶ θύεσκεν ἑκάστᾳ,
Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρου,
Ηετίωνι, χάριν γλαφυρᾶς χερὸς, ἄχεα σκεδάσαι
Μιλθῶν· ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσιν ἀφῖκε τέχνας.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΟΡΘΩΝΟΣ. η'.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίετο Ὄρθων,
Χειμερίης μύθων μηδαμὰ νυκλὸς ἴοις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
Πατρίδος, ὀθνείαν κεύθομαι ἐφεσάμενος.

ΑΛΛΟ. θ'.

Ἄνθρωπε ζωῆς φειδέσθω, μηδὲ πρὸ ὥρης
Ναυτίλος ἴσθι· ὡς ὁ πολὺς ἀνδρὶ βίος.

Abiit capella, præclara ſoboles, abiit ad inferos.
Nam durus ungulis [eam] comprehendit lupus:
Canes vero clamant: quid prodeſt, quum illius
Nec os [quidem] neque cinis relictus ſit abeuntis?

IN STATUAM ÆSCULAPII. 7.

Venit & Milerum Pæonis filius.
Cum viro ſanatore morborum converſaturus
Nicia: qui ipſum quotidie temper ſacrificiis adiit,
Ex iſtud ex odorata ſculpſit [ei] ſimulacrum cedro,
Ætioni propter ſcitam manum magnum pollicitus
Præmium: ille vero ad opus omne ſuum contulit artificium.

EPITAPHIUM ORTHONIS.

8.

Hoſpes, Syracuſanus vir Orthon hoc tibi præcipit,
Hyberna nocte ebrius ne iter facias.
Nam ego talem habeo interitum: & pro magna
Patria [mea] peregrina [terra] jaceo coopertus.

ALIUD.

9.

O homo, vitæ parce, neque præter anni tempus
Nauta ſis: quia non eſt magna homini vita.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΜΟΥΣΩΝ. ι'.

Ὑμῖν τοῦτο θεαὶ κεχαρισμένον ἀνέα πάσας
Τῶγαλμα Ξενοκλῆς ἤγαγε τὸ μαρμάρεον,
Μυσικός· οὐχ ἕτερος τις ἐρεῖ· σοφίη δ' ὅτι τοῦδε
Αἶνον ἔχων, Μουσέων οὐκ ἀπλανήσεται.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΣΘΕΝΟΥΣ
φυσιογνώμονος. ια'.

Εὐσθενέος τὸ μνᾶμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής,
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ὅτι ξείνης ξένον ὄντα·
Χὠμοδίτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν.
Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει πρηγαὼς ὁ σοφιστής,
Καί περ ἄκικυς ἐών· εἶχε δ' ἄρα κηδεμόνας.

ΕΙΣ ΤΡΙΠΟΔΑ ΤΩ ΔΙΟΝΥΣΩ,
ὑπὸ Δημοτέλους. ιβ'.

Δαμοτέλης ὁ χορηγὸς, ὁ τᾶς τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
Καί σε θεῶν ἥδιστον θεῶν μαχάρων ἀναθεὶς,
Μέτριος ἦν ἐν πᾶσι· χορῷ δ' ἐκράτησε νίκαν
Ἀνδρῶν, ἃ τὸ καλὸν καὶ ὃ πρέπον ὁρῶν.

IN SIMULACRUM MUSARUM. 10.

Vobis hoc, ô deæ, gratum novem omnibus
Simulacrum Xenocles erexit marmoreum,
Muſicus: non aliter quiſpiam dicet: & propter hanc ſcientiam
Laudem habens, Muſarum non obliviſcitur.

EPITAPHIUM EUSTHENIS *phyſiognomonis.* 11.

Euſthenis hoc [eſt] monumentum: phyſiognomon [eſt] philoſophus,
Peritus ex oculo mentem etiam cognoſcere.
Honeſte ipſum ſepelierunt ſocii in peregrina [terra] peregrinum exiſtentem,
Et poëta ipſis mire gratus erat.
Omnia quæ par eſt habet mortuus philoſophus,
Quamvis nihil virium haben: habuit ergo qui curam ſui gererent.

IN TRIPODEM BACCHO *dedicatum nomine Demoteli.* 12.

Demoteles choragus, qui tripodem, ô Bacche,
Et te jucundiſſimum deorum beatorum conſecravit,
Moderatus erat in omnibus: in choreis vero obtinuit victoriam
Virorum, & quod pulchrum & quod decens [eſt] videns.

## ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ
### τῆ οὐρανίας Ἀφροδίτης. ιγ'.

Ἡ Κύπρις ἡ πάνδημος· ἱλάσκεο τ' ἦθι εἰποῦσ'
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας
Οἴκῳ ἐν ἀμφικλέους, ᾧ ἡ τέκνα καὶ βίον εἶχε
Ξανθόν· ἀεὶ δὲ σφιν λαῶν εἰς ἔτος ἐσθλῶν
Ἐκ σέθεν ἀρχομένοις, ὦ πότνια· κηδόμεθοι γὰρ
Ἀθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

## ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΟΣ. ιδ'.

Νήπιον υἱὸν ἔλιπες, ὁ δ' ἁλικίᾳ δὲ ἡ αὐτὸς
Εὐρύμεδον, τύμβῳ τῷδε θανὼν ἔτυχες.
Σοὶ μὲν ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
Τιμασιῶσι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθοῦ.

## ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ. ιε'.

Γνώσομαι εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, ἢ ἡ ὁ λοιδὸς
Ἐκ σέθεν ὡσαύτως ἴσον, ὁδοιπόρ', ἔχει.
Χαῖρε τύμβος· ὁ τύμβος, ἔφης· ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
Κεῖται τ' ἱερῆς κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς.

### In Simulacrum *cœleſtis Veneris.* 13.

Venus iſta non [eſt] vulgaris: propitiam redde deam, vocans [eam]
Cœleſtem, caſtæ donarium Chryſogonæ
In domo Amphiclis, cum quo & liberos, & vitam habuit
Communem: ſemper autem ipſis melius quotannis erat
A te incipientibus, ô veneranda: nam dum curant
Immortales, ipſi plus habent mortales.

### Epitaphium Eurymedontis. 14.

Parvulum filium reliquiſti; & tu ipſe etiam in flore ætatis
O Eurymedon hoc ſepulcrum mortuus obtinuiſti.
Tibi quidem ſedes [eſt] inter divinos viros; hunc autem cives
Honorabunt, patris memores utpote boni.

### In Idem. 15.

Cognoſcam ſiquid amplius bonis [viris] tribuas, an etiam improbus
A te, ô viator, itidem æqualem habet [honorem.]
Salveat iſte tumulus, inquies: nam Eurymedontis
Jacet ſacrum levis ſuper caput.

ΕΙΣ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ. ις'.

Θᾶσαι τ' ἀνδριάντα τοῦτον ὦ ξένε
Σπουδᾷ, καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς,
Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
Τῶν παλαιῶν εἴ τι τερπνὰν ὠφελεῖ παιδιάν.
Περαθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἄστυ
Ἐρᾷς ἀπειρεσίως ὅλον καὶ ἄνδρα.

ΕΙΣ ΕΠΙΧΑΡΜΟΝ. ιζ'.

Ἀ' τε φωνὰ Δώριος, χὠνὴρ ὁ ταὶν κωμῳδίαν
Εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χαλκοῦν νιν ἀντ' ἀληθινοῦ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκεν·
Τὸν Συρακόσσαις οἰκίσαντα πολλαῖς πόλῃ
Οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ.
Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων μεμιαιβόοις
Τελῶν ὠφέλεα.
Πολλὰ γὰρ παῖδ' ἐν ζωᾷ τοῖς πᾶσιν εἶχε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΚΛΕΙΤΑΣ, πρὸς Μηδίαν. ιη'.

Ὁ μικρὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρείσσᾳ

IN ANACREONTIS *statuam.* 16.

Contemplâre ſtatuam hanc ô hoſpes
Diligenter, & dic, quum domum redieris,
Anacreontis ſimulacrum vidi in Teo,
[Excellentis] ſiquid antiquorum poëtarum prætanis fuit.
Addens vero quod juvenibus delectabatur.
Dices vere totum virum.

IN EPICHARMUM. 17.

Et vox Dorica [eſt,] & vir qui comœdiam
Invenit [eſt] Epicharmus.
O Bacche, æneum ipſum pro vero
Tibi hic dicarunt
Quem Syracuſis collocarunt in præclaro civitate,
Ut virum civem [decet.]
Acervum enim habebat rerum utilium iis qui memores erant
Rependere mercedem.
Multa enim ad vitam pueros docuit utilia:
Magna gratia illi [habenda eſt.]

EPITAPHIUM CLITÆ, *nutricis Medi.* 18.

Parvulus iſtud ſtruxit Threiſſæ
Medus

Μήδειος τὸ μνᾶμ' ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.
Ἐξεῖ τ' χάριν ἡ γυνὴ ἀντὶ τέκνων
Ὧν τ' κῦρον ἔθρεψ'· ἐπὶ μιὴ ἐπ' χρόνοισιν κεκλεῖται.

ΕΙΣ ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ. θ'.

Ἀρχίλοχον, ἢ σᾶθι, καὶ εἰσιδὲ, ἣν πάλαι ποιητὰν
Τὸν τ' ἰαμβῶν· ἢ τὸ μυείον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα ἢ ἠοῦς ἀεί.
Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῦσαι ἢ ὁ Δάλιος ἠράπευσ' Ἀπόλλων,
Ὡς ἐμμελὴς τ' ἔγεντ' κἀπιδέξιος
Ἐπέα τε ποιῆν, ἠοῦς λύρᾳ τ' ἀείδειν.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ, τῶν Ἡράκλειαν ποιήσαντα. κ'.

Τὸν ἢ Ζανὸς ὅλ' ὑμῖν υἱὸν ἀνὴρ,
Τὸν λεοντομάχην, τ' ὀξύχειρα,
Πρῶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡκ Καμείρᾳ,
Χῶσοις ἐξεπόνησεν εἶπ' ἀέθλοις.
Τῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος (ὡς σάφ' εἰδῆς)
Ἔστασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας,
Πολλοῖς μασὶν ὄπιθε κλεϊζαυτοῖς.

Medeus monumentum in via, & inſcripſit Clitæ.
Habebit gratiam mulier pro eo
Quod puerum nutrivit: adhuc nempe adhuc utilis vocatur.

IN ARCHILOCHUM. 19.

Conſiſte, & Archilochum aſpice, veterem poëtam,
Iambographum, cujus celeberrima fama
Permanavit & ad occidentem & ad orientem.
Certe ipſum Muſæ & Delius Apollo amaverunt:
Adeo exactus erat ac dexter
Carminaque componendo, & ad lyram cantando.

IN STATUAM PISANDRI, *qui Herculeam carmine ſcripſit.* 20.

Jovis iſte vobis filium vir,
Eum qui cum leone pugnavit, promptum manu,
Primus ſuperiorum poëtarum
Piſander conſcripſit [oriundus] ex Camiro.
Et quotquot laborando confecit, recenſuit labores.
Hunc vero ipſum populus (ut certo ſciat)
Collocavit hic, æneum quum feciſſet,
Multis menſibus poſtea & annis

In

ΕΙΣ ΙΠΠΩΝΑΚΤΑ. κα'.

Ὁ μυσοποιὸς ὦδ' ἀλ' Ἱππώναξ κατα.
Εἰ μὲ ποιήσῃς, μὴ ποτέρχεο τῷ τύμβῳ·
Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε, καὶ ὠφελὲ λῴστων,
Θαρσέων καθίζευ· κἠν θέλῃς, ὑπόδειξον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον. κβ'.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδε γράφα,
Εἰς ἀπὸ τ' πολλῶν ἐμὶ Συρηκοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόρεω, φιλικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μῶσάν δ' ὀθνείαν ὕποτ' ἐφελκυσάμαν.

IN HIPPONACTEM.
21.

Poëta hic Hipponax jacet:
Si quidem improbus es, ne accedas ſepulcrum:
Sin autem es bonus, & ex probis [natus,]
Confidens ſede; &, ſi volueris, dormi.

EJUSDEM
*in ſuum ipſius librum.* 22.

Alius eſt [Theocritus] Chius: ego autem Theocritus qui hæc ſcripſi,
Unus ex plebe ſum Syracuſana,
Filius Praxagoræ inclytæque Philinæ:
Muſam vero alienam nunquam attraxi.

*Carmina*

*Carmina quædam hactenus deſiderata, ad finem* Παιδικῶν, *ſumta ex Notis Iſ. Caſauboni ad Diogenem Laërtium.*

Ἀλλὰ πέλεξ μ' ὀμνάθλιν, ὅπι πέρυσιν ἤθα νεώτερος,
Χὤπι γεραλέοις πέλομες πελὶν ἀποπλύσαι,
Καὶ ῥυσοὶ, νεόταιλα δ' ἔχην παλινάχρεστον
Οὐκ ἔστ' πέρυσας γὸ ἐπωμαδίας φορᾶ·
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα μὲν νοέοντα πέλαν ποπμώτερον,
Καί μοι τὼραμένῳ σωτεραν ἀδόλως σέθεν,
Ὅπως ἀνίκα τὰν γᾶιαν ἀισρείαν ἔχῃς,
Ἀλλάλοισι πελώμεθ' Ἀχαλλήϊοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτά γε φέρῃ ἀνέμοισιν ὀπιτρέπῃς,
Εἰ θυμῷ δὲ λέγῃς, Τί με δαμόνι' ὀνοχλῇς;
Νῶν μὲ δὴ κἠπὶ τὰ μεύσεα μαλ' ἔνεκεν σέθεν
Βάλλω, ϗ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον.
Τόκα δ', ὁδὲ χαλεπῶτος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Πεμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπᾶ πόθω.

ΤΕΛΟΣ.

# *JOSEPHI SCALIGERI,*
# *ISAACI CASAUBONI,*
ET
# *DANIELIS HEINSII*
# EMENDATIONES,
# NOTÆ, & LECTIONES
IN
# THEOCRITI IDYLLIA.

# JOSEPHI SCALIGERI
## JULII CÆSARIS. F.
# EMENDATIONES
## AD
# THEOCRITUM.

### *In Eidyllium V.*

Verſu 127. Ἀ πατὶρ ἀνὸ᾽ ὕδατος τὰν κάλπιδα κρεῖα βάψαι.] Locus depravatus. Legendum:

——Τᾷ κάλπιδι κρεῖα βάψαι.

Βάψαι τὸ ὕδωρ κάλπιδι eſt ἀφίσκαθαι. Euripides Hippolyto: βαυλὰν κάλπιδι ῥυτὰν πηγὰν Πρόθυτα κρημνῶν, Arrianus Periplo Ponti: ἡ δὲ χρὰ τῷ φάσιδι οἷα ἀπὸ μυάδων. ἢ κατιτίθη βαθεμμίνη τῷ ὕδατος καθαρὸν δὲ καθαρώτατον γίνιται. Hic τῷ βεβαμμίνῃ ὕδατος. eſt hauſta ſtatim aqua. ἀρυθίντος ὕδατος.

### *In Eidyllium VIII.*

V. 84. Λάσθαι τὰς σύριγγας.] legendum: τὰς σύριγγας.

V. 88. Ὅς μὲν ὁ πατὴρ.] Perturbata & depravata hæc ita reſtituenda:

Ὅς μὲν ὁ πατὴρ ἰχάρη, ἢ ἀπήλαθε ἢ πλατάγιστι Νικήσας. ὕῖτος ἐπὶ ματέρα πέδρα ἄλιθε.
Ὅς δὲ κατεμώχθη ἢ ἀπεγρόντο φρένα λύτη Ὠτιρος· ὕτω, νύμφα γαμεθεῖ' ὡς ἀκάχιθε.
Ὡς μὲν, ὡς δὲ poetice, ὁ μὲν. ὁ δέ.

### *In Eidyllium X.*

V. 48. Στεῦν ἀλωάντας φούγῃ τὸ μεσάμβρινον ὕπνον] Legendum.

Στεῦν ἀλωάντας φούγῃ τὸ μεσάμβρινον ὕπνον

Nam τὸ μεσάμβρινον eſt adverbiale, ut Grammatici loquuntur.

### *In Eidyllium XV.*

V. 4. Ὦ τὰς ἀθυμάτυ ψυχᾶς.] Ante annos xxxii correximus, ὦ τᾶς ἀθυμάτυ —— quod verum eſt.

V. 7. Τύ δ᾽ ἰκανοτέρω ἰμὶ ἀνωκαῖν. Scholiaſtes videtur interpretari ἰμὶ ἀνωκαῖν. Sed ego puto Theocritum ſcripſiſſe, μοὶ ἀνωκαῖν.

V. 16. ἀνὰ σκαπὰς ἀγαγέσθαν.] Quam σκαπὴν vocat hic, eam Juvenalis calam.

—— *obſtat caſa candida nautis.*

Pergulam inſtitoriam intelligit, in qua utenſilia venibant.

V. 19. ἰπτὰ δράκμων κυνάδας γραῖα ἀνοπλιμαθὴς πρῶν.] Vocem κυνάδας agnoſcit Scholiaſtes. & conjungit cum πίνειν. Ego non video, quomodo dici poſſit, τὰς κυνάδας τὰς πίνειν. Nam genere non conveniunt. Deinde quid, ſit κυνάδας neſcio. Putavi jamdudum legendum, κυνάδων γραῖαι ἀνοπλιμαθὴς πυρῶν. Vulpinos pilos pro lana attuliſſe dicit, ut illa ſuum φάσιν. ἢ πῶρ ἀντὶ τῦ ἄλατος. Ubi etiam iſte Scholiaſtes ſolennia nugatur. Nam contra dicit ἄλας attuliſſe ἀντὶ πίτρας.

V. 36. πλὴν ἐργαλεῖα καθαρὰ μᾶς ἐν



δύο.]

δύο. ] Neque hæc bene vulgo nota. Legendum enim : πλὴν ἀργυρίου καθαροῦ μνᾶς ἢ δύο. Πλὴν, inquit, ἢ δύο μνᾶς ἀργυρίου καθαροῦ. Videtur, ſi bene conjicio, ita legiſſe Scholiaſtes.

V. 30. πάντες ἰσοῖ. ] Sulpicor legendum, πάντες ὁμοῖοι.

V. 95. πλὴν ἴσθι γ' ἀλίγον, μάμμ πιπὰν ἀπομάξῃς. ] Scholiaſtes, κινεῖ μᾶλλον ἀνοχλᾶσης. Quod quid ſit, ne ipſe quidem intelligebat. Eſt locus elegans : ſed male à Scholiaſte conceptus. Supra dixerat Gorgo : φασσόμενος ἐπάρατα. Eme ancillas quibus imperes. Idem iſta innuit, qui ſervos habent, cum illis os percidere volunt, imperant illis, ut buccas ſuffient, quas deinde illi palmis planis ſonore batuunt per contumeliam & laſciviam. At tu mihi, inquit, imperare non potes, ut malas ſuffiem, quas tu alapis cædas : ſed unum tantum vereor, ne vacuas malas cædas. Videtur hoc dictum in eos, quorum imperium contemnebant. Potes imperare ſervis tuis, ut malas inflent, quoties eos vis cædere : nobis liberis non potes hoc imperare : ſed potes per injuriam imprudentibus malas vacuas depalmare. Itaque illud πλὴν ἴσθι male conjungitur vulgo cum ſuperiori verſu, unum tantum timeo, inquit, ne violentiam in nos exeras. Nam imperium ſane in liberas inhibere non potes.

V. 101. χρυσῆ πάτυν' Ἀφροδίτᾳ. ] Neque hic audio Scholiaſten. Theocritus enim ſcripſit, χρυσωπίτυν' Ἀφροδίτᾳ. Id eſt, χρυσώπιδι, quo nomine à Latinis dicta Aurea.

V. 118. πάντ' αὐτῷ πιτυπτά. ] Male vulgo hæc concipiuntur. Nam vult omne genus volucrum, fructuum, aliarum rerum dulciario opere effingi Adonidi à mulieribus piſtricibus, quas δημιεργοὺς Attici vocabant. Quare uno ductu hæc omnia continuanda.

## *Eidyllium XVI.*

V. 4. Ἄμμες δὲ βοσκοὶ σῖδε. βοσκοὶς βοσκοὶ αὐδῶμες. ] Non bene interpuncta ſunt. Ita enim concipienda. ἄμμες δὲ βοσκοὶ· οἱ δὲ βοσκοὶς βοσκοὶ αὐδῶμες.

## *Eidyllium XVIII.*

V. 34. μακρὸν ὕπαι' ἰκ καλάθων ] Malim ἴκαι' ἰκ ---

## *Eidyllium XX.*

V. 39. ᾗ ὡς ἴνα παιδὶ κἀνδρὶ. ] Lege ὡς ἴν' ᾖ.

## *Eidyllium XXI.*

V. 15. ὑβρὶς δ' ἢ χύτρας οὐχ' ὑχ ἵνα. ] Auratus ἢ χύτρα. Ego non dubito, quin Theocritus ſcripſerit, ἢ χύα. χύα pro χοῦς. νῶϊς pro νῶϊ, & ſimilia in poëtis occurrere, nemo paulo doctior neſcit. Quam rectè χῦς & χύτρος conveniant, atque adeo quam melius quam χύα, judicent eruditi.

V. 15. --- πάντα πεφυτὰ
Πάντ' ἰδιωτὶ τίτυος ἄγρας. πᾶσα σοφὶ ἐτάρος. ] Puto ſcribendum, niſi felicius huic loco alii conſtituerint --- πάντα πεφυτὰ
Πάντ' ἰδιωτὶ τίτυος. ἄγρης πασιφόρι ἑτάρος. πασιφόρι, id eſt. πᾶσιν. ut χαίρειν & ſimilia. Duriuſculum quidem videtur, ſed quo duriora ex veteribus producere poſſim. γνώμη, Πανὰς ἄγρης ἑτάρος.

V. 32. ὃς γὰρ νικᾷς κατὰ τ' νοῦν. ] Proculdubio legendum :

Ὃς γὰρ ἂν νικᾷς κατὰ τ' νοῦν, οὗτος ἄριστος.
Ἐσθ' ὑπερφέρτατος. ὁ διδάσκαλος ἐσι παρ' ᾧ τις.

Manifeſto extulit proverbium Græcum, quod Cicero ita vertit :

*Qui bene conjexit, vatem perbibebo optumum.*

Idem vult eadem clauſula, ὁ διδάσκαλος ἐσι παρ' ᾧ τις.

Optimus magiſter, hoc eſt interpres eſt, qui mentem bonam gerit. Alii conjungunt cum ſuperioribus ; non malo ſenſu : ſed puto noſtro meliore.

V. 36. --- τὸ δ' αὐχίον ἰν πρυτανίῳ. ] Joannes Auratus, vir doctiſſimus, & nunquam ſine laude nominandus, putabat hic intelligi de Prytaneo Athenarum. Quod non videtur convenire piſcatoribus Siculis, qui tantum loca vicina piſcationibus ſuis norant. Sed ex ſequentibus manifeſto apparet, fuiſſe locum in illa vicinia capturæ piſcium opportunum, quod, ut hic indicatur, piſculentus eſſet. Quare dicit iſte piſcator, ea nocte eos ſcrutatos tractum, quem Prytaneum vocabant, in eoque ignes nocturnos indices, ad quos piſcari

mos

mos eſt, ſtatuiſſe. Ideo dixit λύχνοις, i. ignis, quo indice piſcari ſolent. Neque hunc morem ignoravit poëta cum veterum venuſtate certans Actius Sanazarius, qui in piſcatoria Ecloga dixit in nocturna captura : *Omnia colluſtrant flammis.* Et nos vidimus ad ignes piſcari. Itaque non eſt mutanda lectio *ſtatuo* pro λύχνοις.

V. 52. Ηνυε' ἰδὼν τ' ἄεθλον.] Non ſant nauci. Lege : Ηνυτα δ' ἄν τ' ἄεθλον. ἄν, ὤν, ut ſciunt, quibus hæc poëta familiarior.

V. ultimo. καὶ ζει χρυσῆτιν ὑνίοχις.] Scribe, καὶ ζεῦ χρυσῆτιν ὑνίοχις.

## *Eidyllium XXIII.*

V. 15. ἦ καλὸς ἐξέρπαξ.] Una literula mutata ſanum feceris:

Η καλὸς ἐξέρπαξ' ἰρᾶζῶ μᾶλλον ἰρπετός.

Qua rapiebat eum puer, eo impenſius illuc trahebatur.

## *Eidyllium XXV.*

### ΤΠΟΘΕΣΙΣ

τῦ κε' εἰδυλλίυ.

Επιγράφει] τῦτο τὸ εἰδύλλιον Ηρακλῆς Λεοντοφόνος. ὅτι αὐτὸς ὁ Ηρακλῆς ὑπὸ τῦ Αὐγέυς ἰρατοβεὶς, αὐτὸς καὶ τὰ ὑῷ αὐτῦ Φυλεῖ τὰ ἐβοῦ τ' λεοντῆς διηγεῖται. καὶ αὖτον ὁ Αὐγείας ἢ αὐτῦ κλῆρον ὑρηγεῖται, ἀλλὰ παράργως καὶ ἐν ὀλίγοις. καὶ ἀφ' τῦτο ὐ καλῶς ὀνομάσοί τινες τὸ εἰδύλλιον ὕτως, ΚΛΗΡΟΣ ΑΤΓΕΙΟΥ.

### ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ.

Υμνίσω τυ, Διὸς παῖς ἀνδράσιν ζαλκεργὸς Ἰφίτῳ, ὑπ' ἀργαλέῳ ὑδύνᾳς μογερὰν φυσάντων.

Οὐς πεφανὼς ἴρυσας κατὰ πᾶσαν ὕλαν γᾶς καὶ ἀνδρῶν ἀθίκτων, ἰα θήρεσσ' ἀγελαδόν,

Καὶ τόλ' ἀναστρωφῶν σκιοκάμπυ' ἰπτίλυδις Αλιν,

Ρθια δὲ Αὐγέως ὑπερμενίδας βασίλευον, Π τὰν' ἠλιτόβιος τε βίος καὶ ἴφια μῆλα Αμπέλοιο βλαχεῖο καὶ ὶο πολὺ κατάπλω, Καί ἰν Βυτῖν πανθύμως καὶ ὶο ὕρεσι τάνυ Ὡστε πομὲν πολλὴ πάσαν γίνεθ' ἁμαυρὸς Ταύρων τ' ἄδ' ἴων ἀπορυφόωσας ὑπὸ κάπρῳ, Αχεῖτ' ἴσθε καὶ ὶοῦ' αἷς χρὺ-ῥεσσε περάσασθαι. Καί τό μιν ἰνιόθας μιλέχαν ποτὶ μαῖὸν ὑνίοχ Αν δίκα θρέμματ' πάσης τεῖ βίῳ μερίσθω Ορρά οἱ ἀνακὼν καὶ ζώμασι μακρὰ κάθεσθαι. Αλλ' ὄφρα σ' ἀκέσαιτ', ἰκτινὸ τῷ γὰρ σὺ τέκνωσας

Τοί τε ἄμ' Αὐγαίδᾳ πατέρι πεφιλημὸν κὶ Φυλεύς,

Βί μιν. τὸ τὸν' ἄλλῳ ἰσ' ὑρίσαθαι λίαν. Νῦν δ' ὧν τ' ἀείκεσσι, ἰκτῖν' ζεὺς Αιδικε ὄπαν, Εγερε' ἰρῶν πέφορον, σὺ δὲ μ' ἰθὺκλ δός, ὠγαθὲ δαίμων,

Ηδη ζοι Τερίζῶν ἀγῶ λίπε Πιτθίᾳ αἶαν. Αλκείδας ταῦρον Μαρσύαιον ἐκπαγλέξας Δίρκατι γαιοχόοιο σφόδρ' ἀχείσιος λοετροῖς. Αιολικε δ' ἀπορωιὸν μάζας μετεῖπε' ὀΐδυσσ. Σκηδὲν δ' ὄγ' ἰς βασπᾶ ζίμυ Αὐγάου πανυδάτου.

Ως δ' ἄρα χῶρο ἵκοτ βοῶν ἀελμένε' ἰόντων. Αλλ' ὑδ' ὧν ἀε ἡμαμενίης ἰκαλίχανο ἄλμης Οἷον σκιδναμένης φάμις ἄκυτο. ὅτ' ὑζῦ Αὐτῷ πᾶν' ἀγέλαι μὴ ἰζίκοιντ' ἀν ἰὸν χόρῳ. Επ' ὁ γέρον πολίμοτ βοῶν ἰφθιμα κὰ ῥάκα Γανιὸν τεκτῆναι μέτα ἰο χέρ' ἀμαζᾳ πλέξαι. Τὸν δ' ἄρ' ἰδὼν πάλι Αλκμήνε μετέπεκτ καζόμενόν

Βυκόλε χάρε γέρον, τίνα. ἀ βόες ; ἀ δὲ τι χώρᾳ ;

Η ῥάιν Αὐγαία ἐρέω πανύσυμον ὄλεθρον Τῷ δ' αἶ' ἐγὼ πολὺ πᾶσιν ἐφατὸν χρίματ' ἰδήσεῖ

Παυδίδιον ἀγαθὸν ἴδων τ' αἰγλήεν βοῦν τε. Αἱ δ' ἀγέλ' αὐθὶς ἴσῃς τῶν πάλιν ἄδην πανύσσῃ,

Η ἐκτιμένων κτεὰς, ἃ τινα. ἐς βασιλῆ ; Τὸν δ' ὁ γέρων, &c.

Hæc propoſuimus, ne adoleſcentes, qui in ejuſmodi codices inciderint, pro veris & genuinis Theocriti acciperent. Nam doctiores an patienter hæc lecturi ſint, neſcio. Mihi ſane inter ſcribendum animus ſæpe fuit inchoatum opus relinquere. Adeo me pigebat inepciarum.

## *Eidyllium XXVI.*

V. 29. ἢ δ' ἐπείτης.] Hoc eſt, ἢ δὲ ἐπείτης.

ὑπείτας. Raro evenit, ut ἄν elidatur. Nos alibi notavimus τὸ ἄν elidi in vocula δή. Aliter nullam ſententiam effecerint hæc, utpote inconnexa. Nam ſentit, qui Pentheo pejora fecerunt, ad nonum aut decimum annum non perſeverabunt, quin eos opprimat divina ultio.

V. 31. ἐκ Διὸς ἀγγέλλει τιμὰν ἔχει αἰτὶς εὐῖας. ] Αἰτὶς vocat γενέμλιον, quæ ſequitur, tanquam bonum omen, nempe εὐσεβίαν παίδευσι, &c. exemplo Homeri, qui οἰωνὸν in eadem ſignificatione uſurpavit. εἷς οἰωνὸς ἄριστος. Optimum illud omen, vel ſententia: quæ ἡ ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

V. 34. μεγάλαν ἐκγονίδα κύσας. ] Tumorem femoris, quem faciebat fœtus geſtatus. ἐκγονίδα vocat Homerico verbo.

## *Eidyllium XXVII.*

V. 2. μᾶλλον ἰμ' ἢ δ' Ἐλίκη. ] Legendum, ἄλλοτ' ἰμ' ἢ δ' Ἐλίκη. Aliter, ſcilicet Πάφον. Poteſt etiam legi, μαλθάκα δ' Ἐλίκα. Id eſt, quæ oves aut capras paſcit. Infra v. 68. καὶ μὰν ἀπεγράμην δὴ ἴσχος μᾶλλα τομαῖον. Utraque lectio placet. Puto priorem veram eſſe.

V. 13. ἄξιον ἦλθ' ἀρίστᾳ. ] Legendum, ἀξιοῖς.

V. 19. ἢ φούγοις ἢ ὄρυττε ] Sententia poſtulat, ἢ φούγοις ἢ ὄρυσσε. Sed eodem modo dictum φούγοις pro φούγοις, quomodo poſt. φούγω pro φούγομι ἄν.

V. 54. φαῦ φαῦ ᾧ τὸν μίτραν ἀνίστιχε. ] Pro verbo nihili. ἀνίστιχε, ego olim legebam ἀνίσσετε, cujus conjecturæ nondum me pœnitet. Sic infra de amiculo: τὰμπίσχετο κώνεια ἰμὰν ῥάκος. Eodem ſenſu.

V. 68. καὶ μὰν ἀπεγραμμὰν θύσιχε μᾶλλα τομαῖον. ] Fortaſſe δὴ ἴσιχε. Alioqui falſus modulus ſyllabæ.

## *Eidyllium XXVIII.*

V. 2. Γυναῖ τὸν ἀλεκτρύονα. ] Lege: γυναῖ τὸν. Manifeſta ſententia.

V. 4. Οὔνεκα Κύπριδος ἰερὸν καλάμῳ χλοερὸν ὑφ' ἅπαντι ] Noli dubitare quin legendum ſit: ὅππα Κύπριδος ἰερὸν καλάμῳ χλοερὸν ὑφ' ἅπαντι. Καλάμῳ καλῷ ὑφαὶ vocat, quod Catullus vimen junceum. *Textam vimine junceo, aureiſque maniplis.*

V. 21. ἀκρίτους κατὰ Μίλητον ἰχθεῖς. ] Ita poſtulat lex carminis, non ἰμετέρα.

V. 24. Κἄτο γάρ τις ἰμεῖτο. ] Lege, Κἄτο γάρ τις ἰμεῖ τᾳ. Id eſt, τινί.

## *Eidyllium XXIX.*

V. 16. ᾗ μὰν τοῦτ' τὸ καλὸν.] Lege, ᾗ μάν, hoc eſt, εἰ μέν. Sequentia confirmant.

## *Eidyllium XXX.*

V. 32. καί μιν κατευνάξαι.] Haud ſcio an procedere poſſit, quod olim adoleſcentes legebamus, — καί μιν κατευνάζει, hoc eſt, ἠφίεσεί μοι.

# IN EPIGRAMMATA THEOCRITI.

## *Epigramma IV.*

V. 2. Σιδὰ ἀφθονίδος μυκεσίπαιτα ἀστιχοῦσα.] Lege, ἀνθιχοῦσα.

## *Epigramma XVII.*

V. 5. Τὸν Συρακόσιον ἰκίδρυτα πλησίον πόλει ] Mire depravata ſunt hæc. Totum hunc locum ita reſtituo:

Ω Βάκχι, χάλκεόν τοι ἀστ' ἐλαθόπ
Τὸν αἰὲν ἀνίσθεον
Τοῖ Συρακόσιοι ἰκίδρυται Πελωρίᾳ [τᾷ θεᾷ,
Οἳ ἀσφαλὲς πολίται,
(Σωσὲν γὰρ ἔχει χαμάτους) μισαμένοι
Τοιῶν ἰκέτιος.

V. Συρακόσιος, genitivus ſingularis, ut Euripidi Θήβης, ἀντὶ Θήβων. Πελωρίᾳ, à vicino Pelœro promontorio.

## *Epigramma XVIII.*

V. 1. Ὁ μικκὸς τλὰν ἵστιξε.] Totum Epigramma male acceptum ab interpunctionibus ita lego:

Ὁ μικκὸς τλὰν ἵστιξε τᾷ Θρᾴσσᾳ.
Μάθε τὸ μαῖμ' ἐπὶ τᾷ ἀλᾷ, κἀνίγεφι
ΚΑΕΙΤΑΣ
(Ἐξ τὰν χέρα ἀ γυνὰ) ἀντὶ τύνων,

ἐς κῆρα ἴδηφι, ἴτι μὰν ἴτι ΧΡΗΣΙΜΗ κελεύτω.

Nam χρήσιμοι, χρηστὲ, ἀνήσιμοι, ἀνησιφόροι, ſunt nomina, quæ ominis cauſa ſervis imponebant Græci, ut Latini FRUGI. Hæc trita ſunt.

## *Epigramma XX.*

V. 4. Πάσσαδεχε συλίγεχθι ὠ' κ Καμείρ.] ſcribe, ὠ' κ Καμείρ.

## Ex Theocriti Berenice.

Αἴτις ἀνὴρ αἰτεῖτω ἐπαγγελτόλιν τι χ' ὄλλο
ΕΞ ἀλὸς, ἢ ζοίᾳ (τὰ δὲ Νίκτια κάλπι ἄεσται)
Ἰφάζων ἀκεχήνυχθ· ζώτη δ' ἐφ' ἰερὸν ἰχθύν,
Ος λευκὸν καλέονται (ὁ γὰρ δ' ἰερώταλος ἄλλων)
Καί κε λίπα στέσαιο· χ' ἱξεράσαιο θαλάσσης
Ἐμπλεα.

## JOSEPHI SCALIGERI EMENDATIONUM

## FINIS.

# ISAACI CASAUBONI
## *Theocriticarum Lectionum*
## LIBELLUS.

# ISAACUS CASAUBONUS
## HENRICO STEPHANO S.

*Mitto ad te, vir eruditiſſime, quæ ſuperioribus his diebus Euſtathii Vignonis digniſſimi typographi, mihique amiciſſimi rogatu, in quoſdam Theocriti locos ſcripſi. Is enim quum in animo haberet hunc poetam denuo edere, non ante conquievit, quam impetravit à me ut eum perlegerem, & ſi quid haberem quo poſſet ornari ejus editio, ſecum id, atque adeo cum omnibus ejus poetæ ſtudioſis, communicarem. Quod quam ægre ei receperim me facturum, vel ex eo intelligas, quod ſæpe poſtea mutare mihi contigit ſententiam. Merito: videbam ſiquidem haud ita facile eſſe, in tantis præſertim temporis anguſtiis, ſpicilegium poſt tuam meſſem in eo poeta colligere, quem tu olim, doctiſſime Stephane, bis ſummo ſtudio & diligentia emendaras. Veruntamen diu reluctatus, quum viderem hoc quod mihi ipſe intriveram, eſſe mihi exedendum: cœpi dum ad finem perducitur hæc editio, ſchedas meas colligere, in queis memineram me neſcio quid in hunc poetam ut & in alios utriuſque linguæ auctores non paucos, aliquando annotaſſe: non quidem, ita me Deus amet, in eam ſpem, ut illa unquam ederentur, ſed in privatum uſum meum. Iis igitur adjutus, atque etiam ſcriptis duobus exemplaribus, altero Theocriti, altero ſcholiaſtæ, quæ in manus meas opportune ante aliquot dies venerant, mox pauca hæc, partim in Theocritum, partim etiam in alios nonnullos auctores, exaravi. Ea qualiacunque ſint, volui eſſe amicitiæ noſtræ teſtimonium. Vale. Ex Muſeo noſtro. VI. Idus Auguſti,* CIↃ. IↃ. LXXXIIII.

ISAACI

# ISAACI CASAUBONI
# *Theocriticarum Lectionum*
# LIBELLUS.

## CAP. I.

*In Theocriti idyllio primo expoſita quædam, alia emendata.* Κολὶ δὴ ξεῖνε. *μάγος ἀνὴρ ξεῖνος. Homeri locus:* ξεινοβόλος πάτυγος *apud Silentiarium:* καθίζειν ἀκράητον: *deponere vino. Canon linguæ Doricæ.* Δῦναι τὸ πνῖος ἀπολέπεσθαι, *&* ἀπολέπειν. *Ælianus varie emendatus, itemque Cælius Aurelianus.* Τυέγεις: *Calydon Æolis: Heſychius & Stephanus correcti:* Σικελὰν ἅλα, *& ſimilia multa. Mos antiquus dirigere corpora morientium.*

VEterum opinio fuit, ut frontem pudoris, riſus lienem, ſic & iræ ſedem eſſe nares. Inde illud eſt ſuaviſſimi poëtæ Theocriti, non procul à principio idyllii primi;

Καί σε ἀεὶ δειμὺς κεκὰ ποτὶ ῥῖνα κέδνται.

& iſtud Herodis antiqui item poëtæ,

Μὴ δὴ κέρη τὸ ῥῖν' ἐκκὰν ἐπὶ ῥῖνας
Ἐχ' οὐδέν, ἢν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πύθῃ.

Perſius quoque, *Diſce; ſed ira cadat naſo rugoſaque ſanna,* & ante illum dixerat Plautus, *Fames & mora bilem in naſum concitant.* Præbuit occaſionem huic ſententiæ inſimul & dicendi generi, quod in omni graviore commotione, maxime antem iræ, ſpiritus concitatus ac velut æſtuans, copioſius & vehementius ebullit, nareſque erumpendo dilatat. Cernas id maxime in brutorum generoſiſſimis, equo, tauro, leone. Quamobrem placet τοῖς φυσιογνωμονοῦσι nares in homine apertas & patulas, ſignum eſſe iracundi. ἀναφέρεται γάρ, aiunt, ὁτε ταῦροι ἢ λέοντες. Atque hæc ne nimis rideamus, vetant priſci Hebræi, qui eidem voculæ & narium & iræ ſignificationem tribuerunt. Græcorum tamen antiquiſſimi, non de ira tantum ſic loquebantur, ſed aliis quoque gravioribus concitati animi motibus. Nam ille elegantiarum omnium pater Homerus, cum in Laërtæ & Ulyſſis ἀναγνωρίσει cecinit.

Τῷ δ' ὀρίνθη θυμὸς, ἀτὰρ ἴσχε δὲ οἱ ἦδη
Δειμὺς μὲν κατὰ ῥῖνας, φίλοι πατρὶ πεπτάνυσσε.

non aliud voluit de Ulyſſe intelligi, quam quod in ſimillimo argumento Moſes de Joſepho, Geneſeos capite XLV. tmemate primo, uſus voce ἐμφατικωτάτῃ, quæ τῇ διαθέσει ſignificationem habet. Et Joſephus apud fratres, & Ulyſſes apud patrem diſſimulabant ſeſe quinam eſſent: donec tandem vehementia φυσικῆς ἐνεργείας, quaſi vis major, cogeret ipſos ſe aperire, & in ſuarum neceſſitudinum amplexus ruere. μόγις vocat poëta eam violentiam, quæ nihil minus fuit quam ira. Quare Ariſtoteles, qui in tertio Nicomacheorum aliter accipit, facit quod & ipſe alibi, & cum eo multi ſæpe è veteribus, quando memoria ſua fiſi, auctorum locos libro inconſulto, laudarunt: erat

inquam. Notat philoſophus uſitatam eſſe hanc locutionem ad iram exprimendam: putavit & poëtam ſic uſurpaſſe, cujus verba meminerat, verborum ſenſum, & argumentum loci non item. Paulus Silentiarius inter Græcos epigrammatarios, meo judicio cenſendus in primis, ad geſtientis lætitiæ ſignificationem hoc genere loquendi uſus eſt. Sic enim accipio ἡνιοβλαβὲς πάταγος in illius epigrammate de tabula luſoria libro quarto:

Ἀλλὰ σὺ μὴ λίξ τι διημάχεο νῖκαλος ἔρπων.
Μηδ' ἀνεριβρόμιος ἡνιοβλαβὲς πατάγῳ.

ſeu vinceris, inquit, ne æſtues ira: ſeu contra, lætitia immodica ne efferaris. Sequitur apud Theocritum luculenta ſane deſcriptio κισσυβίου: quod fuit ampliſſimi vaſis paſtoritii genus, quo ſe illi laſſe, vino, aut quocunque alio potu ingurgitabant. Capacitatem ejus licet colligere ex cælaturæ multiplici argumento, id poëta ita graphice depingit, ut cum artificis manu ingenii copia, & venæ ubertate certaſſe videatur. Sed cumulum hujus laudis ipſe ſibi diruit, dum immodica quadam licentia uſus, ingenio ſuo moderatus non eſt: ut merito illum pridem cenſores ingeniorum, non impolitias quidem fecerint: ὑ γὲρ δίμας τῦτό γε: ſed ineptiarum notarint. Nam quid aliud potius quam ineptias iſta appelles?

Ἄλλοκα μὲν τῦνον πτοιδίρεπτος ἄνδρα γελάσσαι,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τ' ἰκνεῖσθ' ὁδόν.

quæ enim tam felix ſculptoris pictoriſve manus, quæ penicillo aut cælo iſtum oculorum animique motum exprimere valeat? Atqui ſtat illud, poëtas eſſe debere μιμητὰς τῶν ὄντων ἢ γινομένων, hoc eſt, eorum quæ ſunt aut fiunt, fierive poſſunt. In ea deſcriptione ait Caperius.

Ἐνθάδε δὴ γυνὰ, τὸ δεῖν δάμασμα, τίτυκται.

Fuit mihi copia manu exarati codicis, in quo vidi ſcriptum, γυνά τις δεῖν δ. quod non annotaſſem, niſi viderem & ſcholiaſten quoque eam lectionem habuiſſe, ac prope ſolam probaſſe. in ſcholiis ſane manuſcriptis videtur Amerias auctor dici ejus lectionis quæ hodie obtinet. In Græca interpretatione ſcribe, τὸ δεῖ τι, πρὸς τὸ δαίδαλμα. non τὸ δεῖ τὸ, ut eſt editum. Porro Amerias cujus modo mentionem fecimus, grammaticus fuit antiquiſſimus, Athenæo & Sophocli veteri Apollonii ſcholiaſtæ laudatus non raro. Etiam hic verſus ex eodem loco varie legitur,

— περὶ ᾧ ἀκρήτοιο ἐπὶ ξυνῆσι καδίξω.

fere tamen vel καδίξει vel καδίξῃ. quorum utrumque eſt vitioſum: ſcribendum eſt enim, vel admonente ſcholiaſte, cui ſubſcribunt & veteres quædam editiones, καδίξῃ. Nam Dores, ut ex Leptine docent Græci, τὸ ὑποτακτικὸ τῶν γραμάτων ἰμείως ἀμὶ ἐκφέρυσι: quem canonem, ut alios multos Doricam dialectum χαρακτηρίζοντας, neglexere paſſim qui hunc poëtam deſcripſerunt. Poſſumus etiam καδίξῃ legere: quam lectionem in codice chirographo inveni. Eſt vero perelegans & Græcorum proprium loquendi genus καδίζειν ἀκρήτοιο, pro reddere, efficere, & ut iidem dicere ſolent, ποιεῖν. Sic καλέσας καδίζει, efficere ut aliquis ſteat: de tragicis hiſtrionibus dictum ſæpius ab Articiſſimis ſcriptoribus. Plato in Ione, ὰς ἰὰν καλέσῃς αὐτὸν καδίσαι, αὐτὸς γιγάσεται ἀργίσεις καμεῖσθαι. Xenophon in Sympoſio: ἐπειρησάσθησαν ὅτι δύναιτο ποιῶν καθίσαι καδίζειν. utitur & alibi. Non longe abeſt ab hac elegantia Plauti illud in Aulularia.

— *Sedo quam rem agat:*
*Ut me deponat vino, eam affectat viam.*

plane *vino deponere*, eſt καδίζειν οἰνομένον Sequitur ſtatim. μάλιστα δὲ οἱ ὦ τι τι πάρεσ quæ jam olim varie ſcribi cœperunt. Scholiaſtes legi indicat, ὑσ' ἰπὶ πάρεσ: malim, ὑσ' ἴτι πάρεσ. Simile eſt paulo poſt, — ἃ δὲ τι κώρα. Πῖσαν ἀνὰ κρ. ubi legendum cenſemus, ἃ δὲ τι κώρα. Τὶ pro σὶ apud Dores, & vulgo notum, & apud hunc poëtam frequens, eſt autem ille locus ita connectendus, ἃ δὲ κώρα ζατυδρά τι φερρῆσι ποτί. non minus belle ſcripſeris vel τὸ vel γὶ, ut apud ſcholiaſten eſt editum, & quædam editiones habent: ſed τὶ malo. quod & in ſcripto codice inveni, & extat in Florentino. Reperio etiam in membranis Ζανόδοτος δόνησος. non ut hodie edunt, Ζανόν. Ἅ δνσ. cum membranis facit ſcholiaſtes etiam

etiam ſcriptus. Redeo ad Ciſſybii deſcriptionem. In eo ſermone utitur poëta genere loquendi pereleganti, δῆτα τὶ τοῖς, quod apud Græcos frequenter occurrit. Ariſtophanes Pace.

Οὐκ ἂν ἴστι δῆτα τῶν θεῶν τεμένεσιν.

Paulo tamen aliter Theocritus: addit enim vocem ἄλλον, quod vulgo non ſolet:

Τῷ μὲν ἐγὼ πορδμεῖ Καλυδωνίᾳ ἄγγελ' ἰδοῦσα
Ἄλλον.---

Recte enim Græcus interpres τῷ explicat, ἴσως τῷ vel τίνι. Hujus locutionis inobſervantia fecit ut elegantiſſimus apud Ælianum locus non intelligeretur, ac ne recte quidem legeretur, quem hic obiter emendabo. Is habetur variæ hiſtoriæ libro II. cap. XII. ubi de Themiſtocle ſic ſcribit: Ἔσχεν πρὸς τὸν γραμματέα, τί δ' ἂν ἐμοὶ δώσεις, ἔφη, καὶ οὕτω φανερὸν ποιήσω; ex quibus verbis mirum non eſt interpretes ſenſum nullum elicuiſſe commodum, cum ea ſint turpi mendo deformata. Lege, τί δ' ἂν ἐμοὶ δώσεις; *quanti faciendus vobis videar?* Lucianus in Cynico, Καίτοι, τί οὖν δώῃ τις ἀνθρώπῳ τῷ αὐτὸν ὑπὸ παρόδου ὠφελοῦντι; ſententia Themiſtoclis perſpicua eſt & acuta; cum enim veriſſimum ſit, invidiam πρὸς τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν, coſque ſolos ab ea tutos, qui nulla re ceteris præſtant, dolebat homini gloriæ cupidine flagrantiſſimo, quod nullos adhuc haberet invidos: hoc eſt, talem ſe eſſe & haberi vulgo, cui nemo invideret; atque hoc ille pro magno miſeriæ argumento habebat. ὑγιὲς ἀφθόνητος. ut Æſchylus ait, ὑγιὲς ἰσόζυγος τύχη. Contra, invidia proficientis teſtis eſt, ut inquit Cælius Aurelianus. Sic ille, *Aiunt Ippalum,* (ſcribendum *Hippaſum*) *Pythagoricum philoſophum, interrogatum quid ageret, reſpondiſſe, Nondum nihil: nondum quidem mihi invidetur. Si igitur proficientium teſtis eſt invidia, qua nobis olim comes eſt, magna gerimus in his quæ gerimus.* Adjicit Ælianus, quaſi interpretans Themiſtoclis hoc dictum, ὃς τοῖς δι' ὑπερφυΐαν, τοῦτο (malim, ὅτοις) δή τις τὸ τῆς Εὐφρονίδου περιελαύνοιτο ἀποδύσῃ. ὅτι δὲ τοῦτ' ἔστι κυνὸς, ὁ αὐτὸς Εὐφρονίδης φησίν. ubi non eſt quod longa oratione eruditis ſaltem viris perſuadere coner, legendum eſſe περιλείποιτο. nam ex vulgata lectione ſenſum nullum elicias niſi ineptiſſimum: optimum & planiſſimum ex ea quam reponimus. Idem ſcriptor De animalibus lib. VI. cap. I. ᾗ ζηλοῖς μὲν περιελαύνεσθαι, ᾗ ἀπορθοῦσι δὲ σύμπαθες. Locus Euripidis quem alludit, videtur eſſe hic ex Iphigenia in Aulide,

--- εἰ δ' εὐδαίμονες
Ἐν πᾶσι καφὴ ᾗ περίλειπτοι βροτοῖς.

ab ea mente apud Demoſthenem ἀπολείπειν ἑαυτὸν: ut in ea De corrupta legatione, τὰς τὰ ἱππεῖα πωλοῦσας ἀποδύσαντα, ἡδέως, ἰσίμους, ἀνδρὸς ἐγγύους. & apud eundem ſæpe περίλειπτος legas pro ἔκπωτος, vel ἀκροκάλιπτος, ut in Epitaphio, Erotico, alibi. Emanſores ſumus, & evagamur nimis longe: repetamus ſtationem. Addit ἀστόλους ille Theocriti, ut vaſis ſui pretium magis magiſque intendat, dediſſe ſe ejus gratia, --- τυρίοιο μέγαν κυκεῶ γαλακτος: id eſt, placentam: ſic enim appellabant cui erat immixtus caſeus: ψαφὶς cui non erat. vulgo caſeum interpretantur, non recte: etſi ita in Græcis quoque commentatiunculis. Nolo auctoritate Athenæi uti. Heſychius τυρόπλα πλακοῦντα. videtur Heſychius hunc ipſum Theocriti locum habuiſſe in animo, & explicaſſe, ut aliqs facit non paucos. Paulo ante probamus ut ſcribatur, Αἰτωλὸν τι δώρημ', potius quam ἀγγελίαν: quanquam γεγραφ' utriuſque meminere veteres interpretes. Heſychius, Αἰτωλὸν δώρημα· ἀντὶ τοῦ Αἰτωλικὸν παρὰ Θουκιδίδῃ. ὁ γὰρ Καλυδὼν Αἰτωλὸς ἐκαλεῖτο. In libris editis ineptiſſime ſcriptum hodie ἀντὶ τοῦ ἀγγελίαν. Innuit autem his verbis Heſychius, Æoles vindicaſſe ſibi aliquando Calydonem: quod ex hiſtoria notum eſt. Legimus enim, diu litem fuiſſe inter Æoles & Ætolos de hac urbe: tandem ſecundum Ætolos fuiſſe pronuntiatum, propter Homeri maxime auctoritatem: qui inter Ætolorum urbes Calydonem recenſet. Veruntamen, ſi antiquiſſima tempora repetimus memoria, certum eſt, Calydonem non ſolum fuiſſe Æolum, ſed etiam Æolidem nominatam. Thucydides in tertia hiſtoria, οὐκέτ' οὔσης ὑπ' ἐκείνοις τοῖς Αἰολεῦσι, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰτωλίδα. ἢ τὸν καλούμενον Καλυδῶνα. Simile illi Heſychiano mendum apud Stephanum reperias, in voce Αἴγινα: ubi loco iſtorum ſenſum nullum habentium verborum, ὡς δὲ τρίτασιν ἀγγελικὴν Κεφαλίτης, ſcribendum eſſe, ἴστι δὲ κατὰ τρίτην (vel τίνων) Αἰολικὴν

κλικὸν . . . . κεκμώντας, docebimus cum illum auctorem ſexcentis mendis quibus ſcatet, liberatum, olim, Deo volente, edemus. Cum ait Theocritus.

—ἰὼ ἰὼ τὸν. Τὸν Σικελὸν: & alibi
—ἰσορῶ τὸν Σικελὸν ἐς ἄλα.

accipit τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τοῦ παραγώγου. alia eſt enim Græcorum in hac voce, alia Latinorum ratio, qui poſſeſſivum cum gentili, ut ſæpe confundunt; Græci hic non faciunt, ut notat Priſcianus libro 11. Sed hæc eſt poëtarum licentia. Sic dixit Æſchylus initio Promethei vincti Σκύθου ὄρους. Dionyſius Afer Γαλάτου ῥοὴν, Alcæus in epigrammate Πίρρας τοιχία. Argentarius ταύτου δέμας, & aliquanto durius poëtarum princeps, γυναῖκα μαζόν. Iliadis ϛ. ω.

—γυναικὰ τὴ θέσθαι μαζόν.

Id cum Euſtathius ſcribit eſſe non ſolum Atticæ conſuetudinis, ſed etiam Doricæ, illius verba hic attexere operæ fuerit pretium. Τὸ δὲ γυναῖκα μαζὸν, ἀντὶ τοῦ γυναικείου κτητικοῦ ὑπάρξεως. Ἀττικοὶ γὰρ μὲν δοκοῦσι τοῖς κυρίοις χρᾶσθαι ἀντὶ κτητικῶν, ὡς φασιν οἱ παλαιοί. οἷον, Ἑλλὰς τοιχία, ἢ Ἑλλανικὴ. ἄνθρωπος ἐστὶ. ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινος, Ἑλλὰς διάκτιλος, δῆλος γάμος, Σκύθου ὄρους. Similia his apud Latinos *Arcadium magiſtrum* dixit Virgilius: & *laticem Lyæum* pro Arcadico & Lyæio. Horatius, *Stertinium acumen*, & *Sulpitiâ horrea*, pro Stertiniano & Sulpicianis. Perſius, *juvenes auras*, & *heroas ſenſus* quod affine eſt illi prope παραχρηστικῶς dicto veteris ſcriptoris in ſuperioribus Euſtathii verbis, ἄνθρωπος ἔδοξε. Sub finem quum dicitur Venus voluiſſe Daphnin cadentem caſu noviſſimo, quo factus eſt cadaver, ἀνηρθῆ, etſi poteſt ſimpliciter pro attollere accipi: tamen videtur referri poſſe ad veterem Græcorum morem: qui ſolebant morientes ſumma diligentia ἀρθῆν, & eorum membra dirigere. Euripides Hippolyto.

Ορθώσατ' ἐκτείνατε ἔθιμον νίκαν
Παιᾶνα τὸν' εὐκέραμα δακτύλοις ἰμεῖν.
Χο. Οἰκτρὸν ἀ δύστηνε, ὡς κακὸν γυνή.
Ηδη γὰρ ὡς νικᾷ σε ἐκτείνει δέ.

Illud etiam non diſſimulabo, longe mihi placere magis in hoc verſu,

Κύπτει τὴ φθονίῳ.

lectionem quam notat ſcholiaſtes κύπτει τὸν κεφαλαίου. ac videntur mihi illa verba habere ſententiam paulo meliorem. κεφαλαίου ſiquidem ita debes hoc loco interpretari, ut in illo Homeri Od. ρ.

— τὸ δὲ κεφαλαίνεται ἴδμεν
Ταῦτ' ἀγορεύμεναι, ὅτ' ἐμὲς φρένας ἠπεροπεύσης.

qui locus caprarii hic mentem facile aperiat.

## CAP. II.

*Ψιθύρισμα πίτνος. Locus ex Anthologia emendatus. τνέισθε λαλῦῃ priore brevi: μεταμελεγόν: γλίφανος: locus ex Anthologia correctus. Ariſtotelis emendatio in Homero. Scholia varie correcta. Recentiorum Græcorum notata imperitia. Acis fluvius. confirmata emendatio ex Euſtathio hauſta. Canon linguæ Doricæ: πλόκας & δύας eſſe ſcribendum: φοινάδες ἄρκτοι: Thymbris: Pion.*

IN eodem carmine ſuperſunt adhuc animadvertenda quædam. In primo verſu peccant qui diſtinctionem importunam collocant inter ψιθύρισμα & πίτνε: quod & per ſe clarum eſt. & liquet ex Nonno, qui πίτνε ψιθυρίζῃ, imitans hunc locum, non ſemel dixit. libro XII. Καὶ πίτνε φιλόζυγα συνήμονες ἅλικι πνοιῇ Δευκαλίων ψιθυρίζει. Ubi vox κεκλαλίων videtur confirmare ſententiam eorum qui à ψιθ. τὸ κεκλῆνω, hoc verbum deducunt, volunt enim ψιθυρίζειν proprie eſſe in aurem ſuſurrare: quod tenuiſſima voce fieri ſolet. juvat & locus alius ejuſdem poëtæ lib. XVI.

Τίπτε μοι ὡς ἰμὸν σῶμα τὸν μὴ Βάκχιον ἀϋτεῖ. Οὐ πίτνε ψιθυρίζει ἢ ἵνα ἰφθίγξατο δάφνη; Meleager in epigrammate,

Πρῶτε μοι κώνωψ, ἔκχυδε ἄγγελε. νῦν δ' ἄκεσσε
Ζωπύρας ψιθύρας πτερυφιθύρῳ πάλῃ.

Alibi

Alibi ſæpe de foliorum ſtrepitu ſonoro eam vocem Nonnus uſurpat, lib. XL. —ἴδρωτι δὲ ἐπὶ χάρμῃ. Φοιβήιος ἄλλος, μύθων βοῦν, ψιθύρισμα πετήλων. libro primo, Εἰ φωτὸν αἰθέριον νόθον ψιθύρισμα τιθήνης. lib. III. Καὶ δρύες ἐψιθύριζον. Mox Οχθη τ' ἀγκαλίκαρπος ὁμίλικι σύμφυλος ὄχνῃ. Ὀρθρίνῃ ἐψιθύριζε. dicitur & de avium miauritionibus: quod eo dico, ut obiter iſtum ex Anthologia locum emendem, ſub finem libri VII,

Ὀρνίθων ψιθυρισμὸ τί κεκράγατε, τί μ' ἀπιάπτε,
Τὴν τρυφερῆς παρθένον παρκλαυθμίοις;

ſcribe, Τὴν τρυφερῆς Τρυφερῆς παρακλ. Tryphera puellæ nomen eſt; ut initio ejuſdem libri, Εσι δ' ἐκ μορφῆς ἁ Τρυφερὴ τρυφερή. Mox placet nobis ſcriptura quæ extat in Græcarum annotationum farragine, Τυρίσθις, pro Συρίσθις. nam illud conſtat eſſe Δωρικώτερον. Sequitur non longo intervallo, Αρια σὺ σακίζων λαψῇ γίγας: ad quem locum obſcura mihi, puto & aliis multis, nota interpretis ſcribentis, λατίταζω τὸ λα ἀπὸ τῆ ἄλας Δωριεῖς, ὃν φασιν Αττικιστὰ ἆθλα. ἴσως φασὶν ὅτι ὁ βραχὺς ἐστιν. non ſolum videtur ſupervacuum ſed etiam abſurdum & ridiculum quod notat de modulo ſyllabæ λα: quam ideo ſolum ait produci, quia ſit vox Doricæ dialecti, cum ſit alias brevis. an legit λαγῇ non λαψῇ: nam λάζεσθαι dicunt poetæ ſignificatione eadem. Sed puto verius. hoc voluiſſe Aſclepiadem notæ illius auctorem: fuiſſe olim in uſu vulgo, remanſiſſeque apud poetas, & λάζω & λάσω: iſtud tamen λαψῇ non eſſe ab eo communis dialecti λάζω. unde reſtat adhuc tritum uſura ἔλαβον: ſed à λάζω factum. Dorica mutatione τῆ η in α longum, ut in ἄλας pro ἅλις, & ſimilibus. Καὶ λεπτολογήματα. & moleſtas grammaticorum nugas. Præterea fallitur hic magiſter, ſi capio hoc illius tam ſubtile: nam quod in ἔλαβον non idem ſit ſyllabæ λα modus, alia cauſa eſt. ut norunt quicunque literaturam Græcanicam attigerunt. nec ſunt Ιπποκράτης πᾶσιν, βλαχαντὰ τίκτει. Caprarius Thyrſin affatur, & ait,

Οὐ δίμυε, ὦ ποιμὴν, τὸ μεταμβρυὸν, ἡ δίμυε ἄμμιν
Συρίσδω. ἢ Πᾶνα μαθώμεθα.

at vetus poeta cujus extat epigramma in Panem libro III. in contraria ſententia noſtrum poetam imitatur.

Χ' ὦ ποιμὴν ὁ ὄρεσι μεταμβρυὸν ἀγχόθι πηγᾶς
Συρίσδη.

quo in loco μεταμβρυὸν pro τὸ μεταμβρυὸν poſitum, ut apud noſtrum in Thalyſiis,

—πᾶ δὴ τὸ μεταμόριον πόδας ἴλκεις.

Γλύφανος eſt γλυφεὺς cum dicitur ciſſybium, —τετυγχὼς, ἴτι γλυφάνοιο τοτύσδων: ſignificat & γλυφεῖον, ſcalprum ſcalptoria: etiam pro graphio uſurparunt. In veteri epigrammate è libro ſexto auctoris incerti, quo recenſetur ſupellex notarii, ſcribe,

Καὶ γλύφανον καλάμῳ πλατίος γλαυκὸν
σιδήρου.

nam male vulgo editum γλυπτοῦ. Philippus dixit γλυφίδα eodem ſenſu. Καὶ σμίλιον δυσὶν ἀκρωτίοιν γλυφίδα. Paulus Silentiarius ἐξυστὸν ἐκ. Καὶ πλατὺν ἐξυστὸν ἐκ μεσοχάλκου δυσακίνη. Julianus γλυπτὸν ἐκ σιδήρου.

Δίχρυσο δ' γλυπτὸν σιδήρου, ᾧ θρασὺς ἄρης
Σὺν μήτρῃ ἰδίῃ δῶκε διακτορίῃ.

qui omnes loci confirmant ſuperiorem emendationem. Ciſſybii deſcriptionem ita orditur ingenioſus ille αἰνιγμάτων.

Τῦ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑάλῳ κισσὸς,
Κισσὸς ἐλιχρύσῳ κισσοπεμόνι.

Imitatus eſt eleganter hunc locum ut alios multos, poeta μεγαλοφωνίζων Nonnus, de cratere quodam loquens, Dionyſiacorum libro XIX.

Τοῦ περὶ χείλεσι ἄκρον ἐπ' ἀμπελόεντι
καρήνῳ
Κισσὸς ἕλιξ, χρυσέῳ δὲ πέριξ θαλάλλετο
κόσμῳ.

niſi plane conſtaret nobis de integritate vulgatæ lectionis in ſuperioribus Theocriti verbis, merito ſuſpicari aliquis poſſet legiſſe Nonnum,

Κισσὸς ἕλιξ. χρυσῷ δὲ κισσοπεμόνι.

Sic alibi ſæpe nihil erubuit vates ille maximus multa ex Homero mutuari, & palam ſibi ſumere ut ex publico fon-

te

te aquæ hauſtum. Quæ notant veteres ad illa verba Καλὸν ὑδρεύσατο, ea ſic ſcribi debent: ὑδρεὴ ἡ κεφαλὴ δηλῖ. Ὧν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἐγραψε.

Κωπίας δ' ἐγένοντο γενεάδες ἀμφὶ γέροντι.

ὑπὲρ ὑδρεύσεις. locus eſt in Odyſſea ῥ. π. ſed in noſtris libris vulgata lectio quam Ariſtoteles exibilaverat, adhuc locum occupat. Euſtathius vero γενεάδες pro genuina ſcriptura amplectitur potius quam ὑδρεύσεις. Sed mirum, tacuiſſe illum de hac Ariſtotelis emendatione. quod igitur id ſciamus, debemus eam gratiam illi grammatico, qui primus ad iſtum locum annotavit, ſive is eſt Amarantus, ſive quis alius. Amarantum edidiſſe in Theocritum commentarios, conſtat ex Etymologico: præter quem, etiam Aſclepiadem, Nicanorem Coum, Ameriam, Munatium, Neoptolemum & alios nobiles criticos video laudari ex eorum omnium & aliorum plurium doctiſſimis ſcriptis collectus eſt jam olim commentarius in hunc poëtam: de quo Euſtathius intelligit, cum τὰ ὑπὸ τοῦ Θωκρίτου laudat. Utinam extaret illa prior collectio mera & integra: ea quidem lege, ut quæcunque recentiorum imperitia illi de ſuo appinxit omnia delerentur. Nam quæ hodie circumferuntur quid ſunt aliud, quam πολλὰ μὲν ἰδιωτικὰ, πολλὰ δὲ λογικά; illa, antiquis iis de quibus diximus, accepta ferri debent, vere γνήσια ſcriticis & eruditis: iſta, recentioribus, quorum ſtupenda plane inſcitia, imperitia, negligentia, vanitas etiam & impoſtura. Non dicimus hoc temere: ſed experti ſæpius rem ita habere. Vidimus enim, partim etiam habemus quamplurimas hominum iſtorum ἐξηγήσεις, & ſcholia in pleroſque omnes poëtas antiquos, etiam in Græca epigrammata, & in Oppianum: quæ omnia olim à nobis diſcendi cupiditate inflammatis, avidiſſime comparata, lectione deprehendimus eſſe plane quod Theocritus ait, ἔπαν χύτρον. λάβεσι ἐπὶ κόρρᾳ, aliud nihil. Porro ad hunc Homeri verſum refero quod in Etymologico magno ſcriptum eſt, γενεάδες αἱ κατὰ τὸν γενέσιν γενάμενοι τέλειοι. τινὲς κακῶς ὑδρεύσεις. ita lego illum locum. Acis Siciliæ fluvius Theocrito nominatus verſu iſto,

Οὐδ' Ἄκιδος ῥεέθρα μέθ' ἁδείας ἐφοίτων.

is eſt, opinor, de quo Euſtathius non ſimel: certe quidem, is de quo Virbius ſequeſter: *Acis*, inquit, *ex nimio affectu in matrem decurrit, ex cujus ripis Polyphemus ſæva in Ulyſſem ejaculatur.* Silius Italicus:

*Quique per Ætnæos Acis petit æquora fontes.*

E veteribus Græcis qui ejus meminerint præter Theocritum in mentem mihi nunc quidem venit nemo. geographis quoque contemtus & indictus eſt. Ideo videtur Nymphodorus cum de Sicilia ſcriberet, dubitaſſe de iſto Theocriti loco. Arguunt illius verba in συγγραφῇ ſcholiorum, quæ ita putem corrigenda. Νυμφόδωρος ὅτι ἐπὶ Σικελίας ἔστι ποταμὸς Ἄκις ἀγνῶ. Non eſt autem dubitandum recte hunc verſum,

Ἦ ῥ' ὑπὲρ φορέσῃ κάτα' ἄλσεα ἄμμι διδοῖεν;

ex Euſtathii commentariis in Iliadis ῥ. χ. ſic eſſe emendatum. Nam quod ille paulo aliter eum profert, fruſtra viros olim doctos ea diverſitas impulit ut de hujus loci emendatione, ſuſpenſa manu, quaſi alio pertinerent Euſtathii verba, pronuntiarent. Veterum ſiquidem grammaticorum mos eſt in proferendis auctorum locis, id unicum cujus gratia eos laudant, ſpectare, neglecta interim ſententia. Ex eo eſt, quod multa ſæpe apud eos aliter ſcripta inveniuntur, quam in ipſis auctoribus habentur. Ne longe exemplum petam, ſimilis ejuſdem Euſtathii ſecuritas vel incuria, cum in Ὀδυσσ. κ. de Lipara inſula loquens, ſcribit, ἧς ἦν καὶ νῆσος ἀγνὴ παρὰ Θουκίδῃ Διπάρα. ὃθ' τὸ ἐπιφορικὸν ὄνομα παρᾷ. neque enim νῆσος Διπάρα uſquam dictum à poëta, ſed Διπάρας Ἡφαιστ. locus eſt idyllio ſecundo,

— ἴρυε δ' ἄρα ἁ Διπαρεὺς
Πολλάκις Ἀφαίστοιο νέμας Θεσπιφόνοιο πάλαι.

dixit & ἴσσω κτηνεῦ νέμας in Dyſcrote: ſed nihil id ad Euſtathium, cujus aliud ſimile μεγαλειῶν ἁμάρτημα indicamus infra capite quinto. Cæterum, ex iis quæ docent nos interpretes ad iſta verba, Καὶ πλώκας βάλε, colligimus, mutato accentu ſcripſiſſe veteres grammaticos ex idiomate Dorica πλώκες, & δώκες (ſic ſcribendum in ſcholiis) & ſimiliter alia id ge-

nus. Eum linguæ Doricæ canonem refert Euſtathius ex commentariis in Theocritum. Ita ille in hæc verba ex Iliad. ϐ. 4.

—ἡ δ' ἀγχὶ λιάζετο δυγατέρα ἦν.

ἰστέον, ait, ὅτι οὐκ ἂν τὸ ἐν τοῖς Θεοκρίτου φαίνεται, εἰ μὴ ἄρα εἰ καὶ γράφοιτο οὐ δεῖται τῶν παλαιστικῶν συζύγων τὸ α τῶν αἰτιατικῶν παρὰ τοῖς Δωριεῦσι· οἱ δὲ ἐν τῷ ἐκτάσει ἀπ' ἰσοπληθίας τῆς κοινῆς διαλέκτου. ex iſto canone ſcribendum oda quarta, πρώκας ſcitizetai ut habent libri antiqui, non πρῶκας, ut alii codices ideo corrupti, quia emendati. Meminerint tamen tirones, non ſemper huic canoni eſſe locum in ſcriptis τῶν δωριζόντων: idemque ſentiendum de cæteris omnibus quæ huic dialecto propria eſſe traduntur. ſimile poteſt obſervari in Herodoti & Hippocratis τῶν ἰαζόντων ſcriptis. Urſas cur appellet poëta φωλάδας ex Ariſtotele, Theophraſto, Sopatro, Plinio, obſcurum non eſt: illud obſcurius, quid ſecuti e veteribus criticis nonnulli φωλάδας expoſuerint καλλιστίστας. ſed cum φωλάδα nominari certum morbi genus, Suidæ teſtimonio cognoſcamus; ſuſpicor ita aliquem fuiſſe appellatum ex iis quibus cutis affici deturparique ſolet: ut non male transferri ea vox potuerit, ad rem indicandam variis maculis diſtinctam. Thymbrin cujus meminit poëta ibi,

—κἀρ' Ἀρίθυσα
Καὶ πολυμοὶ τοὶ χῶτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.

interpretibus fluvii nomen eſſe placet. Cæterum ita dubia & incerta eorum traditio, ut prope ipſis aqua hic videatur hæſiſſe. non minus dubia quæ ſcribit alicubi Euſtathius in ſummum vatem de iſta voce. quinetiam commentarius in Dionyſium de hoc Theocriti loco ſic notat idem. Σημείωσαι ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεταί τι τὴν ἀμφικαλλομένην γραῦν ἢ Σικελίς τις εἶναι Θύμβρις πολυμός. Mihi non diſpliceat Thymbrim iſto loco montis potius eſſe nomen, unde plures fluuii oriantur, & in mare præcipitent. Poſtremo ſcribit ſcholiaſtes, & probamus nos Εἶκας δὲ νίκαι Ῥίον. non ῥίου. Scio ῥίον appellari omne promontorium, aut etiam collem: ut in Hercule μισοῤῥώπῳ:

Αὐτὰρ ἔπ' ἀκτὴν θέμωνος ὑπὸ σκιερὸν ἐκρύφθην.
Ἐν ῥίῳ ὑλήεντι.

ſed hic alia notione accipiendum, de Rhio promontorio in ea ora Peloponneſſi, ubi Helice fuit, omnibus geographis celebrato.

## CAP. III.

*Idyllium ſecundum percurritur. Locus ex hypotheſi vetere.* Κελάδων: *Athenæus emendatur, itemque Stephanus. Ritus Romanus in ſacris notatus. Iynx Suadæ filia:* Δέλφιος, Πάειος: *Æris uſus in re divina. Dia, Dium. Stephanus varie correctus:* φυτόν: *Heſychii locus: Plauti & Theocriti ſimiles loci:* καλεῖσθαι *pro* eſſe. *Sophocles corrigitur. Bacchus pomorum auctor. Philetæ locus.* ἰυγξ.

IN argumento ſecundi idyllii ſcriptum eſt, ἡ δὲ Θεσύλιδα Θάκριδος ἀντιφρασικῶς ἐκ τῶν Σώφρονος μιμήσεων μίμων. mirum vero ecquam hic cenſor ἀντιφρασικῶς in elegantiſſimo poëta notare voluerit. equidem quorſum ille id ſcripſerit non ſatis aſſequi conjectura poſſum. fortaſſe illi parum viſus ſervare decorum Theocritus, dum imitatione Sophronis, ancillam Simæthæ tribuit: quod urbanæ potius quam ruſticæ conveniat perſonæ. Sed profecto Simætha iſta, meretrix fuit urbicaria, non mulier ruſticana. Non defuerunt, qui iſtum nodum ſecare mallent quam ſolvere, & tollerent vocem ἀντιφρασικῶς: quam nos in optima quaque editione & chirographis quos vidimus, inventam, temere rejicere non auſimus. Sed accedamus ad rem. Athenæus libro undecimo vocem κυλίκιον explicans, hunc profert verſum Theocriti, qui initio idyllii iſtius habetur:

Στέψω τὰν κυλίκαν φοινικίῳ ἐς τὸν ἐμὸν τρῶ.

incertum autem eſſe ait, utrum id ſit proprium quoddam poculi genus, an

generalis omnium appellatio. Verba Athenæi ſic lego. ἄδηλον δὲ εἰ πολὺ ἀδρὸς ἦν ποτηρίον, ἢ πᾶν ποτήριον κυλίκη καλεῖται, ἀπὸ τοῦ κύλιξ εἰς αὐτὸ ἢ λοιβήν. vel, ἄδηλον δὲ πρὸς ἀδρὸς ἦν ποτηρίον, ἢ εἰ πᾶν. adducit deinde χρῆσιν Euphorionis, quam exiſtimo ſumptam ex ejus carmine cui erat index Ἀρεὶ ἢ Πετηροκλείτῳ, vel Πετηροσυλείτῳ: nam utramque lectionem agnoſcunt libri calamo exarati. moveor ita cenſere, argumento ſimilis loci inde allati à Stephano, Αλύζη.

Ος τις μοῦ κυλίκεσσι Αλυζηΐδα μῶνος ἀπηύρα.

Sic enim ſcribendum, cum vulgo ineptiſſime legatur is verſus. Cæterum κυλίκη apud Nicandrum in Theriacis eſt pila in qua aliquid pinſitur:

—τόσσ' ἄνθρικα πίνε θρύψας
Ες κυλίκη.

quo modo hic interpretari nihil, opinor, vetat: nam veteres interpretes iſto loco nihil certi habent quod ſequamur, aliis *caput*, aliis *poculum*, aliis aliter exponentibus. Eſt vero animadverſione haud indignum, Virgilium cum idyllium iſtud totum ſtudioſiſſime imitaretur, maluiſſe dicere,

*— cinge hac altaria vitta*;

quam, *cinge hac pocula vitta*, aut aliud quid cum Theocrito. Nam aut ego vehementer fallor, aut ritum Romanum nobis more ſuo, poëta doctiſſimus indicavit. Is fuit, ut ſacra quædam facturi, aram vitta cingerent: & eo referendum quod ait Propertius libro IIII.

*Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores,*
*Terque focum circa laneus orbis eat.*

& quod Ovidius v. Faſtorum,

*Araque graminea viridi de cæſpite fiat,*
*Et velet tepidos nexa corona focos.*

& libro ſexto ex eodem more illud eſt,

*Hæc ſecum Tanaquil ſacrîs de more peractis*
*Juſſit in ornatum fundere vina focum.*

etſi poſteriores hi loci de verbenis accipi etiam poſſunt. De jynge ſcribit ſcholiaſtes, tradidiſſe quoſdam, eam fuiſſe filiam Ηχῦος. addit vero codex vetus, οἱ δὲ Πηδῦος. In eodem exemplari ſcriptum eſt,

Αλφιτάζω πρῶτον πυρικάλλαι.

non περὶ τάκλου. atque eam lectionem videtur annotare voluiſſe vetus interpres. Non probo quod quidam tradunt, ἀλλ' ἐπίπαστε, ideo eſſe ſcribendum, quia integrum ſit non ἄλλα ſed ἄλφα. mihi aliter videtur: qui ſciam ſexcentis locis apud Græcos poëtas vocem ἀλφὶ ſic uſurpatam reperiri. Sequitur,

Θέσσυλοι θήλειαι πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπόλησαι;

& in Cyclope,

Κικόνεσσ' κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

ſimile eſt in Homeri Odyſſea,

— σὺ δέ τις φρενὸς ἐκπεπαλῆσθαι ἔοικε.

& apud Herodotum, φρενῶν ἀγαθὴν παρακαλέῃ. Scripſerim mox,

—τὰ Δίλφιος ἐσθλὰ πάσσω. &
— ἐγὼ δ' ἐπὶ Δίλφιος δάφνας Αἴσω.

ita potius Dores quam Δίλφιος, ut Πάφιος potius quam Παφίος. eſſe autem in hac oda exquiſite ſervatam linguam Doricam priſci tradunt magiſtri. Verſum iſtum,

Χ' ὡς ἀνεπάδη ἕδνα ῥόμβος ὁ χάλκιος, ἰὲ Ἀφροδίτας.

Aliter veteres diſtinguunt, aliter recentiores libri, & interpretes. liquet ex editis ſcholiis: & magis adhuc ex iſto interpretamento codicis manuſcripti: ῥόμβος ὁ χάλκιος ἰὲ Ἀφροδίτας ὁ ἐκ τῆ δυσμῶν τῆ Ἀφροδίτης κατασκευασμένος. Porro ſcholiaſtes editus iſta verba,

Η μά γί ὦ μυτρὸ χ' τὸ ἐκίχαμα τίτυλλαι;

ſine interrogatione legit: non editus vero cum interrogatione ſcribit & explicat, & ita etiam ſequenti idyllio,

Η μά γί ὦ σιμὸς καβαίνομαι ἄμμι;

aliter tamen habebat vetus Theocriti codex: ubi etiam recte

Κυίσκως

Κηύτας ῥ' ἀδάμαντα.

ſcriptum offendi, non Ραδάμανθα. Sequitur deinde,

— τὸ δ' χαλκίον ὧς τάχες ἄχη.

ad quem locum quod notant ſcholia, multum apud veteres fuiſſe æris uſum in re divina, maximeque πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν: confirmatur valde iſtis Macrobii verbis lib. v. cap. XIX. *Omnino autem*, ait, *ad rem divinam pleraque ænea adhiberi ſolita, multa indicio ſunt: & in his maxime ſacris in quibus deliniri aliquos, aut devovere, aut denique exigere morbos volebant.* Recte etiam notatum in iiſdem, ſolitos veteres delinquente luna æra pulſare. Cauſam cur id vulgo fieret, aperit Plutarchus in libello de facie quæ in orbe lunæ appareat. Plerique tamen aliter acceperunt, quos vanitatis arguit Ovidius merito.

*Et quamvis aliquis Tameſaa removerit æra,*
*Nunquam luna ſuis excutietur equis.*

Vide iterum Plutarchum in Æmilio Paulo, Livium lib. XXVI. Tacitum lib. I. Manilium.

*Ultima ad Heſperios infeſtis volveris alis,*
*Seraque in extremis quatiuntur genibus æra.*

Ait Theocritus.

Ἐν Δίῳ καθ' ἅμιν ἰὼ πανηγύριν Ἀριάδνας.

vetus codex habebat Δίῳ: ſed aliud Dium, aliud Dia: nec quicquam mutandum. Dia namque eſt Naxus. Callimachus,

Ἐν Δίῃ τὸ γὰρ ἔσκε παναίτιον ὕπνιμα Νάξῳ.

& ita apud Homerum, Apollonium, Catullum alioſque in fabula Ariadnes. Adi, ſi lubet, Stephanum: & lege apud eum, ὁ περὶ Ἀμύργης, non περὶ Σαμοθρᾴκης. claret ex iis quæ ſcribit hic ſcholiaſtes. Notabis etiam Δίας πρὸς Μικύθου eſſe Stephano, quæ iſti eſt, ὁ περὶ Μήλου. quarum lectionum utra ſit verior, alias viderimus. Sane ex iis quæ hoc ipſo loco interpres ait de voce Μύνδιος, non dubito reſcribere apud Stephanum in Μύνδος, Ἀρκαδίας pro Καρίας alterutro loco: quod & aliis rationibus probare poſſem, ſi id ageretur. Placet autem mihi vehementer ut cum dicit Theocritus ἐκπομπικὸς φυτλὸς ἦεν. φυτλὸν exponamus φῦλμα. φῦλμα autem eſt πᾶν τὸ φυόμενον, ut ἀκρόδαμα τὸ ἀκροφύμενον, & alia id genus. Ita ab aliis quoque reperies uſurpatam vocem φυτλὸν. Callimachus de ferro loquens,

Γνώδιον ἀντίλλοι τι καλὸν φυτλὸν οἱ μὴ ἐφύκοι.

Heſychius, φυτῷ, φύμασι. reſpicit Heſychius, niſi vehementer fallor, locum illum ipſum Archilochi quem profert ſcholiaſtes. Solet enim ille Grammaticus difficiles quoſque locos principum poëtarum in ſuos commentarios transferre & explicare. quod tamen videas ſæpe (ut hoc obiter dicam) etiam doctiſſimos viros non animadvertere, & eo falli. Exemplo ſit is qui ex illo Heſychii loco ubi explicantur hæc Homeri Ιλιάδ. ο'.

Ὦ πόπον, ἢ δὴ πάλιγκο μάχης ἐπὶ μοῖρα κίρκε
Δαίμων ἠμετέρης. & Ιλιάδ. π.
— ὄρα πάγχυ μάχης ἐπὶ μοῖρα κίρκε.

proverbium neſcio quod, omnibus hactenus inauditum, & ipſi in primis Heſychio. confinxit. Sed ad rem. Scribo, τὰ δὴ τῆλε πολλὰ μὶν ἄλλα. non πῆλε. alibi hunc locum explicamus contra interpretes. Eo verſu,

Κἀμφεσταλμένα τὰν ξυνίδα τᾶς Κυπρίδος κτλ.

Satyrico aceto defricatur mulierum illiberalis ambitio, in aliena veſte ſeſe venditantium. Juvenalis,

*Vt ſpectet ludos conducit Ogulnia veſtem.*

Quid ſibi vult vetus nota ad hæc verba? ἀλλά μοί τις κατυφὴ ἦεν ἐξακάτας. nota hæc eſt: γεγράφθω καὶ ἐξάκατος. ὃ γ' ἐξάκατος. ego qui hæc ita ſcripta non intelligerem, ſic ſcribebam, ut ea intelligerem, γεγράφθω καὶ ἐξακάτης. ὃ γ' ἐξάκατος. notum verbum ἐξακάζω, inſolo, ſicco. Valde autem ſimilis eſt apud Plautum Silenii narratio narrationi Simæthæ quæ ibi incipit:

— τίς μοι κακὸς ἄγγελος τοῦτο;

Plauti locus eſt in Ciſtellaria,

*Quo is homo infamavit paſto ſe ad te? S. per Dionyſia.*

*Mater pompam me ſpectatum duxit: dum redeo domum,*
*Conſpicillo conſecutus eſt clanculum me uſque ad fores:*
*Inde in amicitiam inſinuavit.*

Sed Theocriti imitationem vel potius συνήμμοσιν in dicta paria & ſimilia, non uno loco deprehendas in Plauto. Ne longe abeam: proverbium quod in hoc ipſo idyllio extulit noſter,

-- αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Οσσ' ἔστ' ἐς ᾠδὰν καὶ θύρσα. & ibi ſch.
πᾶς πόρτις αὐτὰ λιλαίεται τὼς ἴς.

non ſemel expreſſit Plautus. Aulularia.

Me. *Volo ex te ego ſcire quid ſit agnus curio.*
Eu. *Qui oſſa atque pellis totus'ſt, ita cura macet.*

Captiveis: *ego qui tuo merore maceror, Marceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer: Oſſa atque pellis ſum, miſer ærumnacitudine.*

Sic Apollonius. - μισεῖ δὲ τὸν ἰσχία μᾶλλον ἱέρηκα. Veteres Latini ſcortilum dixerunt qui totus eſſet oſſa & pellis, ut docet nos Feſtus. Simætha paulo mox cum ait,

Αλλ' ἦ ῥά νύ γε λαθεῖν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυδρα φεύγων.

videtur alludere vetus proverbium, ὁ χρόνος ὑμᾶς ἐρεῖ. Scribe deinde χ' οὗτος, non χ' ὕστερον. nec aliter in ſcholiis. Ait Delphis, - ἀεὶ γὰρ λαθεῖς. Καὶ καλὸς πάντας μετ' ἀϊδίοισι καλεῖται. καλεῖται hic ita accipio ut τὸ εἶναι potius quam τὸ καταγορεύεσθαι, vel λέγεσθαι ſignificet: ut & apud Romanos verbum *appellor* nonnunquam Varro, De re ruſtica: *Sequitur ſecundum illud, quali terra ſit ſolum fundi. & à qua parte vel maxime bonus aut non bonus appelletur.* hoc eſt, καλὸς five ἀγαθός. Notat hoc loquendi genus apud Homerum ejus interpres Euſtathius ſæpiſſime. quod in ſacris literis ex idiomate Hebraico plurimis locis invenitur. Plato De republica lib. VIII. μᾶλλον ὅτι τῶν ἀγαθῶν μεμοῦσθαι, μήτε χρηματιστὴν, μήτε δημιουργὸν, μήτε ἰατρὸν, μήτε ἐπιτέλεσιν, ἀλλὰ πάντως ἢ ἄκοσμον καλεῖσθαι. & paulo poſt, πάντως ὅτου κἀκεῖνος καλεῖται. Sic & princeps tragicorum Sophocles ſæpe. In Electra,

Αστοῖ μ' ἄνοσι παρόντες·
Ταῦτα γὰρ ἄλυδα καλεῖται.

Philoctete,

Αλλ' ἀκτίσασθε ἄνδρα δύστηνον, μόνον
Ερημον ὧδε κ' ἄφιλον καλούμενον.

In Trachiniis,

-- τοῖσδ' Ηρακλῆς
Ο πατὴρ ἐμοὶ καίγαθὸς καλούμενος.

ubi tamen perperam editum τιμώμενος: quum Aldi editio habeat καλούμενος: recte. Contra in Oedipo Colon. iſto verſu,

-- μόνας δὲ τὰς καλουμένας ξένην
Σάξιν οἷας τε.

verius fortaſſe ſcriberetur καλούμενον, ut & Aldus edidit, & habet Suidas ἀθέτ: etſi vulgata lectio mihi non diſplicet. Poſuerunt invicem *eſſe* pro nominari veteres, ut ad Phormionem adnotat Donatus. Scriptores Attici εἶναι & καλεῖσθαι nonnunquam jungunt. Iſocrates Panathenaico, ἢ διὰ σωφροσύνην μόνον ἀξιοῦσθε δίκαιοι γιγνέσθαι καὶ καλεῖσθαι καθ' ἑαυτούς. Ariſtoteles Politicorum lib. VIII. μὴ καλὸν ἀγαθὸν φαίνεσθαι μᾶλλον μᾶλλον ἢ εἶναι περιγιγνομένην πόλιν. Mala Dionyſius cur appellet poëta. explicat Athenæus libro tertio; cujus ecce verba: Οτι δὲ καὶ τῶν μέλλων ῥητέον ἐστὶ Διόνυσος, μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος, ὑπισχνούμενος λέγων,

Μᾶλα μὲν ἐν κάλαθοισι Διονύσου φυλάσσων·
Κεστὶ δ' ἔχων μύκαν, Ηρακλέος ἱερὸν ὄρπαξ.

deinde addit Neoptolemi Pariani locum, quo & pomorum, & omnium aliorum ἀκροδρύων inventio Baccho tribuitur. Philetæ locum qui adducitur in hunc verſum ab interpretibus, ita ſcriptum invenimus.

Μᾶλα φέρων κάλαθοισι, τὰ οἱ πατὴρ Κύκνος ἐπόησε
Δώρα Διονύσου δῶκεν ἀπ' ἀκροτάτων.

Εχθὲς ſive χθὲς ſæpe idem valet ac χθὲς ἀμφὶ πρώην: neque heſternum diem præcise notat: ſed latius multo extenditur: ut in fine hujus carminis minimum ad dies duodecim, illo verſu,

Κὐτί τι τᾶνος ἰμὶ ἰσπαίμφαλος, μίσφαλος ἰχθές.

dixit enim initio,

Οτ μοι δωδεκάταιος ἀφ' ὧ τάλας ἰδίνυσ' ὕπο.

&

& ait iterum ſub finem,

*Νῦν δέ τι δωδωκαταῖος ἀφ' ὧ τί τιν ὑδίνοις ὕδωρ.*

## CAP. IV.

### *Callimachi fragmenta quædam apud varios auctores emendata.*

PHiletæ locus de quo egimus modo, admonet me aliquot Callimachi fragmentorum quæ in ſcholiis corrupte ſcripta, operam noſtram deſiderant. Neque vereor ne fraudi mihi ſit apud amantes harum literarum, ſi occaſione iſta paululum à propoſito aberravero. Verba interpretis ad ſuperius idyllium ſecundum hæc ſunt: *Εἰώθασιν οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πτίσσειν κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Καλλίμαχος· Ἐγχεῖ καὶ πᾶσιν ὑπὲρ δικαίου, ὑδὲ Ἀχιλλεὺς τῶν ἱερῶν ἀξιάσειεν κυάθων.* de iſto veterum amantium more notamus aliquid ad XIIII. idyllium. Sed verſus Callimachi ſic ſunt ſcribendi ex membranis,

*Ἐγχεῖ. καὶ πᾶσιν ὑπὲρ. Διοκλέος· ὑδ' Ἀχιλλεὺς*
*Κείνῳ τῶν ἱερῶν ἀξιάσειεν κυάθων.*

Iterum ſcholiaſtæ verba ſunt ad carmen IIII. *Ἢ σαγάνα ἢ δρέπου πρόκα λίγυιν ἀπὸ τᾶ πρὰ πίμπλαθι.* ὧ Καλλίμαχος· *ὧς καὶ ἰκάδιον πρόκας ἴρας πιτύσας, περίκιον ἰκδύκιος ὕδωρ ἴδων.* ſcribo, ut ſententiæ ſimul & verſui conſulam,

*— ὥσπερ ἰκάδιον πρόκας ἴρας πιτύσας*
*Περίκιον ἰκδύκιος τινὶ λιγυς ὕδωρ ἴδων.*

*περίκιον ὕδωρ*, dapes inemtæ. vel cibus pauperum, miſerorum. Heſychius, *περικὸς, πτωχὸς, πλουκὸς.* Homero & poëtis *περίκτης* eſt mendicus. Legere memini *περίκα* pro mendicitate. niſi mendum eſt in his verbis Dionis Chryſoſtomi oratione De non capta Ilio. *φασὶ δ' Ὁμηρον ὑπὸ περίκας τι καὶ ἀπορίας πραγματεύσασθαι ἐν τῇ Ἑλλάδι.* Verba interpretis fere adduxerant me ut ſcriberem *Πρόκιον ἰκδύκιος.* ſed repugnat ſcriptus codex: in quo ſcriptum inveni *πιτύσαι* pro *πιτύσας* & *ἰκ δίκας ἴρας ὕδωρ.* fortaſſis an ſcribendum *περίκιον ἰκδύκιος ὕδωρ ἴρους ἴδων.* Deprehendimus ibidem, & alium Callimachi locum, valde obſcuratum: nam & auctor ejus ſcholii nomen poſtea reticuit: & ſcribarum imperitia plurimum auſa eſt in illo depravando. Ita igitur ſcriptum, quo loco verbum *πακύνθω* explicatur. *πάκιον ἔλεγον τὸ λεπτότατον τῦ ἀλεύρου· παρ' ὃ καὶ φάκιον λέγεται τὸ λινοῦν. Ηδὺ δὲ φάκιον ἀλεύρεις ἐν τῷ ἰδίνθαι.* manifeſta vitii lectio. In libro ſcripto qui in Genevenſi bibliotheca ſervatur, reperimus, *ἡδὺ ἀπάφακιον ταῦρον.* nihilo melius. niſi quod indicio vocis *ταῦρον*, quæ in vulgatis deeſt, latentem Callimachi verſiculum ſumus odorati: Scribendum enim putamus, *Εἰδῦαι φάκιον ζεῦρον ἰμαμένας.* extat iſte Cirenæi poëtæ pentameter in Etymologico magno, in voce *ἰάλεμος.* In ipſo fine ejuſdem carminis, habet dictus liber. *Ὅτι δὲ οἱ σάτυροι καὶ οἱ πᾶνες καὶ ἐπίφορροι* (ſcribo, *ἰσιπόδες*) *πρὸς τὰς συνουσίας καζυγεύοντες* (fortaſſe, *κατ' ἀγρὸς ὄντες*) *καὶ Καλλίμαχός φησι.* At locus ab interpretibus ad primum idyllium productus in explicanda voce *σκαῖος*, ſumptus eſt ex libro Callimachi De avibus: cujus præter Suidam & Athenæum meminere commentator Apollonii & auctor Etymologici. Ex ejuſdem Choliambis ſumtus eſt hic verſus, qui in ſcholiis legitur ad ſeptimam eclogam. *Ἰς τὸ περὶ τύχης ἰαμβεῖον ἀλίου δύσεις.* Extant & in Etymologico magno, ut alia multa hujus auctoris, quædam non ſine mendo. Eorum partem ſuperioribus adtexam, ſimul ut emendem. Scribit auctor in *ἀμπρούν*. *ὁ μὲν Καλλίμαχος κυείσας ἐκ τῦ ἴλιδος ἴλαδε ἢ λέξιν. οἱ δὲ Ἀσδροδίκαιοί φασιν ἐκ κόδων ἀμπρούοντες.* Scribo, *Ἀνδρες δίκαιοι φασ' ἐκ χηδῶν ἀμπρούοντες.* loquebatur de ubertate meſſis, & *συλκομιδῆ* frugum. *ἐκ χηδῶν* valet, *ἐκ τῦ χηδ*, ex arvo ubi ſeges. qui *κόδων* retinent, & *ἀμπρούειν* explicant *vitam trahere*, refelluntur ſatis ab ipſo auctore, qui ait *κυείσας* hic verbum illud accipi. Similis vox *ἀγεῖσθαι* in alio ejuſdem verſu.

*Ἐς τ' ἰὼπωνίαν, ἥν τ' ἀγεῖδι νέαιμα πάλῃ.*

In *ἐνιδέγγυον* ſcribo, *ἀλλ' ἢ ἀνιδέγγυον ζεῦ ἴδωκεν.* non *δίδωκεν.* Ita extulit proverbium Homericum quo & Theocritus eſt uſus, *ὑδ' ἅλα δοῦσ.* nam *ἀνιδέγγυος* eſt *τὰλάκυτον*, ut apud Latinos, ciccus, pilus, hetta, nauci. Scribit idem: *Διόκλεος, νομάματος ἐστὶ ὄνομα βαρβαρικὸν παῖδος ἡλικί· ἢ ὅτε νικήσῃ ἐν ὅτε τόμασιν ἐπίδοσκεν. Καλλίμαχος, Τύπτεκ ἢ νίκευς πορθμεύτον ὕτε φέρητε*

UMI

φέρεσθαι Μὴ ἐκπέσοιεν, ὅτι θυμιατήριον. Ἀλλ' ὑσάπιος ἐκ τοιμάτιον πρὸς Ἀχερουσίας ἐπὶ βάθρον δικάσας. Mos Græcorum quem notat, omnibus jam notus eſt. ut Juvenalem alioſque plurimos taceam, quoties mentio apud Lucianum ejus oboli quem mortuis in os indebant veteres, ut eſſet unde naulum ſolverent? Verſus Callimachi ab aliis parum feliciter tentatos, ſic ſcribendos cenſemus:

Τύνικα δ' νίκυες πορθμῆος ἔτι φέρεσθαι
Μὴν ἐπὶ πλοίου, ὄφρα τὸ θυμιον ὀπίσω ἄλλως
Ἐς τοιμάτιον, πρὸς Ἀχερουσίας ἐκπεδάσῃσι.

Proferuntur hi verſus. non quod in illis voce δικάσας eſſet uſus poëta: ſed ad confirmationem ejus moris quem diximus. nec potuit ab eo grammatico locus illuſtrior & dilucidior eligi. Loquitur autem Callimachus de Hermione ubi fuit Ditis oſtium, ſive terræ hiatus altiſſimus: vulgo ψυχοπομπεῖον dicebant: putabant enim animas fato functorum per illud foramen recta ad inferos pervenire. ideo nauli gratia obolum non inſerebant ori ſuorum mortuorum. Strabo, παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τὸ καταβάσιον τῆς εἰς Ἅιδου καταβάσεως σύντομον εἶναι δόξαν· ὡς ἐντεῦθεν ἐκβαίνειν τὸ ταχιστον. Ex his intelligimus quo pertineant illa verba, μὴν ἐπὶ πλοίου. ſed notanda vox μὴν: nam etiam alibi fuere ψυχοπομπεῖα & viæ ducentis ad inferos compendia, quod ex geographis & Heſychio certum eſt. Cætera ut ſunt à nobis correcta difficultatem non habent: nec obſcuræ emendationum rationes. ἐπίσω vel ὀπίσω pro φέρεσθαι etiam Andocydes orator aliique poſuere, nedum poëtæ: monſtrum lectionis ἄλλ' ὑσάπιος natum ex imperitia ſcribæ, qui in deſcribendo vocem adjecerat à poëta omiſſam, & ita notaverat ἄλλως ἄνυς uſitatiſſimo in libris veteribus compendio. In voce δίκεσθαι ſcribe: Καλλιμαχος. δικεῖον φησὶ τὸ ἀξεσμὸν. non autem φλῦσσ. furcam intelligit. De notatione nominis ἱρομνὴς ita ſcriptum ab eodem: Ἐρομνὴς ἱστομολογοῦσι διαφόρως· οἱ μὲν πικρὸ τὸ ἶαρ, ὃ τιμιώτ τὸ αἷμα, ὡς παρὰ Κυρηναίοις, Αἷμα γὰρ αὐχὴν τὸ ἱκμὸν τὸ ἐλθὲν ἶαρ. mutilata eſſe Callimachi verba ſatis liquet. Integer verſus hic eſt: Πομδὰν δ' ἐκ αὐχὴν πᾶν ἐλθὲν ἶαρ. reperi apud Nicandri interpretem in Alexipharmaca. Scribo in λάκτις,

Αἶδις ἀκκιτίζουσα ἓλη ὑπὸργία λάκτιν.

nam ἴκτιν nihil eſt: ἴκτιν à κτάω non ſatis convenit. λάκτις, eſt trua. ut in ſimili loco Nicandri, - λάξω τακτὸν ὑπ' ἀγῆ λάκτιν. Omnino mapalia faciam ipſo capite. ut in curia ſenatores perſæpe: quocumque me rapiet memoria, eo deferar hoſpes. Igitur in Arati vita quæ Achilli Statio adjecta eſt. Callimachi extat epigramma in eum poëtam: quod quia corruptiſſime ibi ſcriptum eſt, nec viri docti cum inde illud deſcriberent, quicquam emendarunt, apponam id, atque ex animi ſententia corrigam. In autem editum eſt:

Ἡσιόδῳ σ' ἄτιμα, καὶ ὁ τρέφων οὐ τ' ἀνδρῶν
Ἐχαίρων, ἀλλ' ὀκνέομεν μιμηχρήσασθαι
Τῶν ἰκτίνων ὁ Σολεὺς ἀπιμάξασθ' χάρτι
λικτῷ
Ῥήτις Ἀράτου σύγγονος ἀχρυπίης.

prius diſtichum multifariam depravatum eſt. Scribo,

Ἡσιόδῳ τὸν' ἄτιμα, καὶ ὁ τρέφων οὔτως ἀνδρῶν
Ἐχαίρ-ν· ἀλλ' ἰκτῖνι μὴ τὸ μιμηχρήσασθαι
Τῶν ἰκτίνων ὁ Σολεὺς ἀπιμάξασθ' χάρτι
λικτῷ
Ῥήτις Ἀράτου σύγγονος ἀχρυπίης.

Prævixit ex parte ad hanc emendationem, quod in ejuſdem vitæ initio eſt ſcriptum. Aſclepiades, inquit, Τερρεῖς φησὶν αὐτὸν γεγονέναι, ἀλλ' ὁ Σολέως, Καλλιμάχου πολίτης ἀνδρὸς καὶ ἀξιοπίστου Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέναι φίλα τέκνων· ἀλλ' ἰκτίνι μὴ τὸ μιμηχρήσασθαι (ita emendo vulgatam lectionem, quæ eo loco depravatiſſima eſt) τῶν ἰκτίνων ὁ Σολεὺς ἀπιμάξασθαι. Heſiodi carmen de fideribus laudant veteres grammatici: Theon in Aratum ἀστρικὸν βίβλον vocat. Arati librum aſtronomicum vocat Callimachus ῥήτις λικτίδος, ut Strabo τὰ κατὰ λικτῖδα libro decimo. Δημοσθένης δὲ τὰς ἀστρικὰς αὐτῶν καὶ Ἀρχίλεως ἐν τοῖς κατὰ λικτῖδα. Plinius libro v. epiſtolarum: *Videt ut Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur & colligat: modum tamen ſervat.* Ptolemæus rex in epigrammate quod in eadem illa vita legitur,

Αἰνῶ τὸ λεπτολόγον σκῆπτρον Ἀράτου ἰχνί.

Poteram plura iſtis adjexere, quæ ex hoc poëta apud varios auctores vitioſa ſcribi obſervavimus: ſed hæc ipſa vereor ne nimis multa multis videantur. Hic igitur pauſa eſto.

CAP.

## CAP. V.

*Percurritur idyllium tertium.* παρακλαυσίθυρον *carmen:* τῆθυν *&* τλῶδε: παρακόπις, *&* ἐειδακές: τὸ πᾶν λίθος: *Superſtitio veterum in ſternutatione, & oculi palpitatione.*

ECloga tertiæ inſcriptio eſt Κῶμος in libro manuſcripto. Eſt autem hoc carmen exemplum elegantiſſimum παρακλαυσιθύρου: nam ita proprie appellabant, ut alibi explicamus pluribus: cauſam ejus appellationis declarat poëta idyllio XXIIII. cui index Ἐρωτὶς ἢ Δέσμιος: eſtque id alterum non minus elegans παρακλαυσιθύρου exemplum. Ait ibi poëta,

Ἀλλ' ἰοῦσθ' ἴκελαι ποτὶ τυγχάνοντι μελάθροις
Καὶ κύπτε τὰν θυρίδ'. ὕστω δ' ἀπινίκατο φωνάν.

Thynnorum piſcatores olim in altas rupes mari imminentes ſoliti ſpeculas collocare, ut inde thynnos obſervarent, ſicut author eſt Strabo, qui Θυννοσκοπὶαι vocat. Propterea canit Theocritus,

— ὡς κύμαθε τῆνα ἁλίσυμα
Ὥστε τὰς θύννως σκιαδίζεται Ὀλτις ὁ γεραιός.

Sed videtur poſtulare ſententia ut ſcribamus, ὡς κύμαθε τῆθυν ἁλ. & ita putarim legiſſe auctorem hujus interpretamenti non editi, ὡς κυμ. τ. ἁλ. ἀπὸ τύτης. ἰκέσθω ἁλίσυμα. Τῆθυν Doricum à τῆθος, ut κίθυν à κῆτος. paulo ante τλῶδε dixit. pro eodem. τλῶδε καθίλκυσ Ὑμ' ἰκάσιν. Scribit Scholiaſtes in explicatione vocis Ἀγκὼ, νύνιφα γὰρ ἡ γρᾶυς ὕτω φασίν. ex quibus intelligimus lectum olim à quibuſdam fuiſſe ἀγκῶ. cujus γενετῆς etiam in ſcriptis ſcholiis obſcura mentio ſimiliter habetur. Illa igitur ſive Græo, ſive Agræo, Ἀγκὼ πωλογεύτρια παρακόπις, muliercula fuit ſolita ad ſarculandum operas locare. nam ita potius verba ſilla interpreter. Videntur & παρακόπις & ἐειδακὲς Dorum proprie voces fuiſſe: neque aſſentior iis qui putant eſſe nomina propria. Euſtathius Ἰλιάδ. σ'. Ἰσέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ τῦ ῥητὰ ἡ μιθ' ὧτερον ἐειδακὲς λεγομένη. & Ἰλιάδ. γ. Ὅτι δὲ Θεόκριτος ἢ παρ' αὐτῷ ἐειδακίδα, ἤτοι μιθ' ὧτερον, παραβάτην καλεῖ. καὶ διὰ τί, ζητητέον ἴσως. quanquam Euſtathio hic iterum impoſuit memoria: non enim de eadem ambæ iſtæ dictiones. quod ille ait, uſurpantur. Notabis obiter elegans loquendi genus illud, τὸ πᾶν λίθος. quo etiam alibi uſus. idyllio XV.

πάντα πόκως ἴκελ' ἰχθύς, ἅτινα ῥόφει.

Sophocles in Philoctete, Ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν ὕλημα. Ariſtophanes Acharnenſibus,

Βδ. Μικκὸς γα μᾶκος ὕτος. Δι. ἀλλ' ἅπαν καλόν.

Latini eandem ſententiam voce *merum* exprimunt, ut cum dicunt, *rus merum, ſcelus merum.* & Æſchylus quoque in Agamemnone, ἄκρατος ὀργὴ, id eſt, *mera bilis.* Notabis etiam in hoc idyllio, quod alicubi obſervat Euſtathius: veteres Græcos bonum exiſtimaſſe omen ἢ ἐκ δεξιᾶς πλαρμὸν, & ἢ παλμὸν τῆ δεξιᾶ ὀφθαλμῦ. ac profert ille Theocriti iſtum verſiculum,

Ἅλλετα ὀφθαλμὸς μιν ὁ δίξιος.

Plautus in Pſeudolo.

*Niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.*

De ſternutatione exempla ſunt paſſim obvia. Cereri genus hoc μαντικῆς aſcribebant. Heſychius, Συμβόλοις τῆς διὰ τῦ πλαρμῦ εἰωσιμίας ἐχόντων· ἀντιθῦλος δὲ ἤτοι Δήμητρος. Scripſiſſe autem reperio etiam Poſidonium de ratione captandi ominis ex palpitatione: Suidas enim auctor eſt, edidiſſe eum παλμικὸν οὐόσημα. Extat vero hodie Melampodis hierogrammatei Ægyptii, ad Ptolemæum regem miſſus libellus, cujus argumentum & titulus Περὶ παλμῦ μαντικῆ. In eo eum alia multa, tum quod ad hunc locum facit, de oculo dextro ſic ſcriptum: ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐπὶ ἄνωπα, κατὰ θημιόλιν καὶ Ἀλγυπτίους, καὶ Ἀστρολόγους, ἰχθῦρὸς ὑποκείμενος ἕξει ex his verbis cognoſcimus qui fuerint vaniſſimæ hujus artis primi & præcipui auctores. Teſtatur etiam Suidas editum olim à Xenocrate Οἰκονομικὸν εἰσήγημα, id eſt, de ſignis domi apparentibus: exempli gratia, ſi in tecto felis aut ſerpens apparuerit, quid hoc portendat. de fele habes exemplum apud Ariſtophanem, Terentium,

tium, & in LVII. Dionis. de angue apud Plautum, Terentium atque alios.

## CAP. VI.

*In quarto idyllio notata quædam:* ἔλαιον ἐκ ὄπωπεν: *nemus oleaſtrorum ad Olympiam:* σομάλιμνον: ἀρμοῖ· μᾶλλα δὲ σκαπάνη *cur Ægoni tribuantur eunti ad ſacrum certamen. Arrianus emendatur: Plutarchus illuſtratur. Milonis Crotoniatæ ætas: Milones plures: Lucillii epigramma expoſitum:* πιάσειν. *Olympionicarum* ἀναγραφαί. *Pindari librorum* ὑπογραφαὶ *genuinæ.*

SEd veniamus ad quartum idyllium. Ejus principio Battus audito bubulcum Ægonem ad certamen Olympicum eſſe profectum, ſtupefactus rei novitate, ait,

Καὶ πόκα τᾶνο ἔλαιον ἐς ἀφθαλμοῖσι ἐκούᾳ;

Ita ſcribunt Dores, non ἐκούσῃ. eſt autem dictum ἰμφατικώτατα: nam ut efficiat Ægonem ſacro certamini nunquam præparaſſe, negat eum vel vidiſſe unquam oleum: ſine quo exercitatio non fiebat in palæſtra & tyronum ludo. Nimis ingenioſi fuerunt, qui iſta aliter acceperunt, partim etiam ſcripſerunt, ut interpretes nos admonent. In eorum verbis non ſunt prætereunda hæc. ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἐλαίου ἐλαῶν ὄρους φησὶν Ἀριστοτέλης. Loquitur de corona Olympica, & oleaſtro unde ſolita ſumi. hunc ait afuiſſe ſtadia octo, auctore Ariſtotele. ſed hujus intervalli ecquem alterum terminum intelligit? Piſamne an Olympiam? an locum illum ubi certamina celebrabantur? etſi iſtud quidem non poteſt: nam ſtadium in ipſo oleaſtrorum nemore collocat Strabo. Philoſophi extant verba hæc in Ariſtophanis Commentariis: Ἐν τῷ πατρώῳ ἴσως ἐλαίᾳ· καλοῦσι δὲ καλλιστεύοντες· ὥσπερ δὲ ἕκαστον τὰ φύλλα ἢ κλῶνες ἐλαίας πέφυκεν. ἀφικνεῖ τι τὸν στάδιον ἄπωθεν ἢ μύρτου, ἢ τὸν στεφάνης συμμέτρως· ἀπὸ ταύτης λαβόντες Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ολυμπιάσιν· ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι ὦσι ἀθλητῶν διάστασις· ἔστι δὲ αὐτῆ περὶ τὸ Ἰλιακὸν πεδίον, σταδίων ἐξ τῆ πόλει ἀπέχουσα. περιφερόμενος δέ. ἢ ζημία μεγάλη τοῦ διγόνου αὐτῆς ἐστιν. ἀπὸ ὧδε τῆς ὑφηγητοῦ λαβόντες Ηλεῖοι τὸν ἀθλητὸν ἐν Ολυμπίᾳ τὸν στεφάνης. Aliquanto poſt occurrit in omnibus quas videre licuit editionibus, mendum turpiſſimum. Sic enim vulgo legitur hic verſus,

Καὶ μὰν ἐς τὸ Μάλιμνον ἰλαύνεται.

cum ſit omnino ſcribendum ἐς σομάλιμνον. Σδμαλίμνη & σομάλιμνον voces quæ hactenus in tenebris delituerunt, pluribus à nobis, Deo volente, in noſtris Animadverſionibus in Strabonem ſcriptorem præſtantiſſimum, explicabuntur & aſſerentur. Nunc ſatis erit Euſtathii locum afferre, ne quis poſtea de veritate hujus lectionis dubitet. σόμα δέ, ait, ὅτι καὶ ἐπὶ λιμένων λέγεται, καθὰ καὶ ἐπὶ στόμιον, ἔτι δὲ καὶ λιμνῶν, ὡς δηλοῖ τὸ παρὰ Θουκυδίδῃ σομάλιμνον, δῆλόν ἐστι. Locus eſt in decimo Odyſſ. commentario. Sequitur,

Χ' ἀ σύελξ ὑρύτι πακύπλιᾳ ἄν πτοτ' ἔκᾳξα.

ubi ſcribendum ἐκάξα, pro ἐκάξω: quod minus recte quidam libri habent. Illo autem loco.

—ἀ γὰρ ἄκανθα
Ἀρμοῖ· οὐδ' ἑκάτερ· ὑπὸ τὸ σφυρόν.

ſi ſequimur ſcholiaſten, male ſcribitur ἁρμοῖ pro ἀρμοῖ. Statuitur enim ab illo inter hæc differentia: ſed eam Euſtathius non admittit, qui Syracuſano more δακτύλῳ hanc vocem annotans, exponit ἀρτίως. Æſchyli quoque ſcholia ἁρμοῖ explicant πανταχοῦ, cum hac adjectione, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἁρμάτων τῶν συντιθεμένων ἢ ἁρμοζομένων πάνυ. Omitto quæ de iſta voce diſputantur in Etymologico. tantum monebo, verſum iſtum, qui ſine auctoris nomine ibi adducitur,

Ἀρμοῖ τυ κἀκείνῳ ἐκάτερχι κἀκεῖθι ἴκεθ',

videri vel Apollonii eſſe, vel ex iſto Apollonii libro primo manaſſe, aut contra.

Ἀρμοῖ τυ κἀκείνῳ ἐκατερχόμενον ἴκευ.

Jam vero cum dicat Corydon de Ægone

he quem Milo Olympiam abduxerat,

Κ' ἔχειν' ἔχων σκαπάνην ἢ ὄλκην τυτθὸν μᾶλα.

quæri jam olim cepit quid hic μᾶλα poëta appellet: & quorſum oves, quorſum etiam σκαπάνῳ ſecum Ægo in Elidem detuliſſet. Paucis omnibus ſatis faciemus. Qui Olympicæ coronæ cupiditate ducti in Piſatidem veniebant, ii ante legitimum certamen, quod erat dierum quinque, triginta ipſos dies ab epiſtatis, & ludorum magiſtris exercebantur. Ifacius Tzetzes in Lycophronem, τὰ δὲ Ὀλύμπια πέντε ἡμέρας ἤγετο, ἀπὸ νέᾳ ἕνὸς τοῦ πενταετηρικοῦ, μέχρις ὅλης ιε'. περιγυμάζοντο δὲ πρόσθεν, ἡμέρας τριάκοντα. Philoſtratus De vita Apollonii libro quinto, Ἤλθον τὸν ἀθλητὰς ἐκβιβάσαι ἔκ Ὀλυμπίας, γυμνάζονται ἡμέρας τριάκοντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἤλιδι. Ita fiebat ut XL. fere, vel minimum XXXV. dierum mora athletis in Elide eſſet facienda. Propterea oves XX. ſecum deducit Ægon, ut illarum carnibus toto illo tempore alatur. nam peregrinantes olim de cibo ſibi ſolitos proſpicere nemo non hoſpes & peregrinus in literis poteſt ignorare. De σκαπάνῃ ſive ligone aut raſtro, ut exponitur in Gloſſario, notavimus jam olim, fuiſſe genus exercitationis Græcorum epheborum, quod explicat Feſtus Pompeius. *Rutrum*, inquit ille, *tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, ephebi more Græcorum harenam ruentu exercitationis gratia.* Fuit hoc inter præludia quibus athletæ præparabantur ad cætera certamina: eratque inter eos contentio quis ſocium ſuum in pulvere palæſtrico ruendo præverteret, quod παρρύπτειν Græci dicunt: ideo ligonem vel rutrum domo aufert Ægon, hoc ipſo athletam ſeſe profitens. nam & pictores ſculptoreſque, ut declarat ſuperior Feſti locus, athletas vel certe aſcetas rutrum tenentes effingebant. Hæc nobis ex veterum lectione comperta ſatis & certa. At vir doctus nuper in Agoniſtico ſuo veterem hanc noſtram notam & Græcorum quoque interpretationem loci hujus conatu magno refellere aggreſſus eſt. Placet illi μᾶλα hic eſſe poma, non oves: σκαπάνῳ mulctram, non δίκελλαν ſut ligonem. quarum ſententiarum prior ex antiquis repetita, exploſa pridem eſt & refutata peritioribus criticis, ut videre eſt in ſcholiis: altera plane recens ac nova: prorſuſque, ut nobis quidem videtur, ἀμφότερα, καρὴ τε ἢ κιννί. Quæram enim ego ab eruditiſſimo viro, apud quem vel poëtam, vel poëtæ interpretem, vel cujuſcunque generis ſcriptorem Græcum, σκαπάνῳ pro mulctra aut alio quo ſimili vaſe poſitum obſervaverit. Proferat aliquid ſtabiliendæ huic ante inauditæ interpretationi iſtius dictionis: tum videbimus utra ſignificatio iſti loco magis conveniat. Nam quod σκαφὶς & σκάφιον indidem ortæ voces, & vas interdum & inſtrumentum fodiendi deſignant, nihil hoc ad verbum σκαπάνη. de illis præter auctorum χρίας plurimas, quæ ſunt ad manum, etiam ratio afferri poteſt, cur varias ſignificationes habeant: de hac, neutrum poteſt. At inquiet, nonne alia multa vocabula apud optimos ſcriptores nove uſurpata reperiuntur, quorum exempla fruſtra requiras? Sic eſt ſane: meminimus enim eorum quæ vel ipſi obſervavimus, vel apud veteres grammaticos. Euſtathium maxime, ſuper iſtis ὅσαξ ἰρημένοις, & ut ita dicam, μοναδικοῖς verbis olim legimus. Sed quid opus inſolentes & novas interpretationes fingere cum optime quadrent notæ & certæ? Verum σκαπάνῳ uſitata notione poſſe hic accipi negat idem. cui, ſi recte mentem ejus capio, prorſus non placet fuiſſe ullum veteribus athletis cognitum aut uſurpatum ἐρυχῆς in palæſtra certamen. Id igitur probemus. Athenæus libro XII. Ἐν Κρήτῃ δὲ σκάπτουσι τινὶ τῶν ἀθλητῶν κλίνη, ὑπεσθέντες τινὲς ξυθιζοντῶν ἐθαύμαζον λέγοντες, εἰ τριακάντιον ὄγκον κλίνη. θλίβεις μὲ κίκιννον τὸς σκάφοντάς ἑαυτοῦ ἢ παλαίσεται. Lærtius in Diogene cane: ἐπαγγέλλεται πρὸς μὲν τῷ παρρύπτειν ἢ κακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τὸς ἀνθρώπους· πρὸς δὲ καταπαλαίσαι, ὑβρίσαι. Arrianus Diſſertationum Epicteti libro tertio cap. XV. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρρύπτουσιν ἀλλήλους· ἔστι ὅτε χεῖρα ἐκβάλλει, ἀφῦσε ῥῖψαι, πολλὴν ἄφὺν κατέχειν. ita ſcribendus iſte locus, male vulgo & ſcripcus & ab interpretibus acceptus. de quo alias plura, ut ſperamus. Jam ergo liquet cur auctores & quo ſenſu σκαφῖς ponant inter athletarum inſtrumenta. Plutarchus in commentario, An ſeni capeſſenda ſit Reſpublica: ὑδὲ γὰρ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς ἀκίνητον ἢ ἀγύμναστον παρεχόμενος, ὅτι μὴ δυνάμενα σκαφεῖσι μηδὲ πάντῃ χρῆσθαι. non eſt dubium σκαφεῖσι hic eſſe quod eſt apud Theocritum σκαπάνῃ. quare etiam in Arato ejuſdem Plutarchi ſic interpretabimur hæc verba: ὑπεφαίνοντο δὲ ἀμέλει ἢ ἡ ὑλώδης ἀθλητικὴ τῆς ἰδίας· ἢ τὸ σφυρὸν

τῇ προτάσει ἢ βασιλικὴ ἡ παντάπασιν ἀρρίτου τ' ἀδιαφορίας ἢ τὸ σκάφιον qui aliter accipiunt, errare omnes mihi videntur: quod pace virorum eruditiſſimorum, quos hic locus habuit exercitos, dictum ſit. Pæne exciderat mihi lectorem admonere turpis mendæ quæ in argumento hujus carminis continetur, quo loco ſcriptum eſt: ἀρχαιτιστὴς δ' Μίλων Θιοκλέους· οὗτος ὁ Μίλων τῇ ἑβδόμῃ πάλιν νικᾷ· ὁ δὲ Θιοκλῆς κατὰ τ' ἐκαίσκην ὀλυμπιάδα (mſſ. ὥσπερ ἰδιάζων κατὰ τ' ῥ' ὀλυμπ. vide ultimo capite.) ἤκμασεν. Falſum eſt Milonem Crotoniatam viciſſe olympiade ſeptima. conſtat fuiſſe eum Pythagoræ diſcipulum, qui poſt quinquageſimam demum olympiadem docere cœpit in Italia. auctor Halicarnaſſeus Dionyſius libro 11. Puto igitur emendandum, τῇ ἑβδομηκοστῇ ἑβδόμῃ πάλιν νικᾷ. nam per illa tempora & multis adhuc annis poſt, præcipua laude per utramque Græciam celebres fuerunt Pythagoras & Milo: ille ſtudiis philoſophiæ, hic arte athletica. argumento ſit vel id unum quod de utroque narrat Diodorus Siculus in anno ſecundo olympiadis LXXXIII. ut valde mirer hoc mendum repertum mihi etiam in duobus ſcholiorum mss. exemplaribus. Sed nulla neceſſitas cogit nos de illo celeberrimi nominis athleta Theocriti locum interpretari: nam poteſt & de alio qui ipſius poëtæ fuerit æqualis intelligi. plures enim variis temporibus fuiſſe antiquo Miloni & ὁμωνύμους ne dubitandum quidem eſt. Verum Crotoniatæ illius ea claritudo fuit, ut quicquid de ullo Milone agoniſta diceretur, id omne quaſi de ſe dictum ſibi vindicaret. Feramus ſane: fit enim ſæpe. at doctos viros quis ferat alterius neſcio cujus Milonis contumeliam in hujus gloriam μεταχαμαιζῆλαι; Extat enim antiquum Luciliii epigramma, quo miſer quidam athleta, Milo nomine, falſe ridetur: quod homines doctiſſimi, decepti nominis homonymia, ad Crotoniatam Milonem retulerunt, & in contrariam partem acceperunt. abſurde prorſus & contra auctoris mentem. Id ſic habet Anthologiæ libro 11. cap. 1.

Εἰς ἱερὸν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαίστης·
Τὸν δ' οὐδεὶς στεφανῖτ' ἀθλοθέτης ἐκάλει.
Περσεβάλων δ' ἄλλοθι τὸν ἐχίον. οἱ δ' ἐβόησαν.
Τοῦτον μὴ στεφανῖτε, τί μόνος ὧν ἔπιτιν.

Antè autem ἐν μάταιον ἀνάκρημνον, ὑπὸ τοῦ ἐστίν;

Ἐν κεῖμαι, λοιπὸν τ' ἄλλα μή τις βαλίτω,

Milo iſte cum ſine antagoniſta in ſtadium prodiiſſet, quaſi eſſet nemo qui certamen cum ipſo non recuſaret, vocatur ab athlothetis coronam acceperus: ſed cum accedens ad illos cecidiſſet, ſtatim abjudicatur ab eo præmium. ille tendit contra, jure deberi id ſibi, utpote τειθάρτι. erat enim lex agoniſtica, cujus Apollodorus, Suidas, aliique multi meminerunt, quæ τειθάρτι jubebat eum qui ad præmium aſpiraret. inde pendet omnis epigrammatis hujus argutiola, quæ in illis verbis eſt ſita μέχι τοῦ ἐστί; ea tantundem valent ac ſi diceret ὑπὸ ἐπεσάκτα; ſtabam, cecidi, ſurrexi: hæc tria ſunt. Vide igitur quam longe à vera ſententia aberrarint viri in hoc genere literarum maximi, qui nobilem illum Crotoniatam athletam putarunt à poëta laudari. Atqui vel Lucillii nomen debuerat eos ſui erroris admonere: nam quæcunque illius extant epigrammata, omnia fere ſunt σωσιπατρικὰ & διασυρτικά. accedit eo quod titulus ille totus in ignavos & infelices agoniſtas eſt compoſitus. Cæterum Ægonem Olympia non viciſſe, ex eo colligit ſcholiaſtes, quod in Olympionicarum catalogo ab Hippia Eleo primum edito, deinde ab aliis auctо & recognito, nomen Ægonis non inveniſſet. Hoc ſibi iſta verba volunt, ὑπ' ἀναγκάσαι δὲ ὁ Λίγων πυκτικὸς Ὀλύμπια quiſquis fuerit hujus notæ auctor, eum oportet antiquiſſimum grammaticum fuiſſe, qui catalogum illum Olympionicarum viderit: ejus meminit in Numa Plutarchus. paris argumenti fuit, ut ad Laërtium docuimus, Ariſtotelis liber cui indicem fecerat Πυθιονικῶν ἀναγραφὴ. neque dubito aliorum ſimiliter in colligendis Iſthmionicis, & Nemeonicis fuiſſe occupatam induſtriam. qui omnes libri ſi hodie extarent, non leve in iis dubio procul præſidium haberemus ad dirigenda Græcæ hiſtoriæ tempora, & alia multa intelligenda quæ in Græcorum libris hodie intelliguntur vel duo vel nemo. Quoniam autem de Olympionicis, Pythionicis, Iſthmionicis ac Nemeonicis mentio incidit, aperiam obiter amantibus harum literarum ſuſpicionem quandam meam: puto enim voces illas in fronte ſingulorum Pindari librorum eſſe reponendas: pro eo

eo quod vulgo legimus Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea, male, opinor: non enim ludos ipſos laudare ſummus vates περιγνμίνος inſtituit: ſed victores eorum agonum. nec aliter in ſuis veteribus codicibus Aldus videtur inveniſſe. Et vero, quod me magis movet, non aliter laudatos reperies Pindari illos libros ab antiquis grammaticis. id quod ego admonitus quondam ab optimo & doctiſſimo viro Franciſco Porto, diligenter poſtea obſervavi. Exempla cum ſint paſſim obvia eorum ſcripta volventibus, pauca proferam de multis. Athenæus libro XIIII. ὅτι γὰρ ἦσαν οἱ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δνύτειραι τερπίζαι πολυτιμᾶς μισθοφορίας, παρίστησι Πίνδαρος ἐν Ολυμπιονίκαις. Apollonius grammaticus, libro II. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ἰσθμιονίκαις Πινδάρου ἐπέρρηξε τὴν ὑπομνηματισαμένην. Sophocles in ſecundum Argonauticorum Apollonii, περὶ δὲ Κυρήνης ἱστορεῖ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις: nec aliter ille, quoties Pindarum laudat: laudat autem aſcripto operis nomine bis tantum quarto commentario. Zenobius. Μίγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ· μίμηται Τεύκρον Ἀναξίου καὶ Πινδάρου ἐν Νεμεονίκαις. Euſtathius in III. Ἰλιάδ. λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Ολυμπιονίκαις. & ita ſemper Euſtathius, niſi labor memoria: quod non arbitror hic quidem. Pindari interpretes, ὅτι καὶ περὶ ἱδίων ἀγωνίσατο, καὶ Πίνδαρος ἐν Ολυμπιονίκαις. ad odam III. Pythionic. Iidem, καὶ ἐν Πυθιονίκαις, σκιᾷ ὅπαρ φησίν. ad odam ſextam Nemeon. item ad quintam Iſthmion. ἢ καὶ ἐν τοῖς Νεμεονίκαις μεμνηται. Quid quod Suidas ait ſcripſiſſe Pindarum Ολυμπιονίκας, Πυθιονίκας, Ἰσθμιονίκας, Νεμεονίκας; non Ὀλύμπια, Πύθια, Ἴσθμια, Νέμεα. nec movet me quod recentiores neſcio qui ſcholiaſtæ vulgatam lectionem ſequuntur & explicant: neque enim tanta eſt, aut debet eſſe eorum apud me auctoritas.

## CAP. VII.

*Animadverſa quædam in idyllio quinto.* Ἀμὸν ἕρπεθ'. σκείζεσθαι βῦς. σύλευσ'. *Plutarchus & Stobæus emendati.* πὶτ τῷ: *Panici terrores:* ζῶντα ἄφις: *Doricæ voces* τῆνδε, τίνος, τετεί, τεὶ χάλως, σάφως, σόφως, ὠρανὸς, ἔξ.

IN primo verſu idyllii quinti videtur ſcholiaſtes aliter legiſſe ac nos hodie legimus. Quum enim vulgo hujus poëtæ interpretes putent Sybaritam ibi appellari paſtorem qui alio nomine Lacon dicitur, exiſtimo Græcum interpretem aliter hunc locum accepiſſe, & legiſſe.

---ἢ πυμάνα ἢ Συβαρίτα
Φυύγοντι ἢ Δάκωνα.

Non legitur id quidem in editis ſcholiis: neque nos ſane in manuſcriptis invenimus: ſed facile colligi ex eo iſtud poteſt, quod in ſimili mox loco, ubi poëta ait,

—τὸ γὰρ πλέκε φᾶλα Συβάρτα.

vocem Συβάρτα ita accipit, ut non ſervi ſed domini ſit nomen. quod ſi ibi facit, hic quoque ſimile feciſſe quis dubitet? Et ad me quidem quod attinet, facile ei aſſentior: nam quod movere aliquem fortaſſe queat, accidi τὸ ἰδιωτικὸν loco proprii, idem quoque perſpicue fit infra, ubi Lacon ſic ait,

Μή τό τις ἁρπάσῃ τὸν τοῦ Διὸς, αἴτις Συβάρτα
Αἴτ' ἰμὶν ἴσι κἄνιτι τὸ πύμπιον.

ubi vides Laconem manifeſto vocem Συβάρτα pro heri ſui nomine poſuiſſe. Sed quia ita ſenſerit ſcholiaſtes, dubitandum non eſt, quum vel hoc unum id evincat. Adnotat ille Laconem fuiſſe appellatum de nomine patriæ: morem enim veterum fuiſſe, ut ſervos à loco unde erant, nominarent: quod & Strabo non ſemel obſervat. Si igitur Lacon hic ſuæ patriæ nomen gerit, qua obſecro ratione Sybarita dicetur; non enim puto, quia hero ſerviebat Sybaritæ. Verſu ſexto ſcripſerim lubens Ἐκτάσια σύεργε, potius quam Ἐκτάσιε. ſicut idyllio ſuperiore ἐπάξᾳ non ἐπάξῃ habent integræ fidei codices, fortaſſe etiam ille Doricus typus participiorum in αις pro ας quem multis locis in ſcriptis Pindari exemplaribus deprehendimus, Theocrito fuerat uſurpatus, & mox in λακτίσαις & alibi in aliis. Decimo verſu ſcribitur in membranis, Οὐδὲ γὰρ οὐμάς. cujus lectionis admonet nos ſcholiaſtes. affertur

iiſdem in membranis & tertia lectio Εὐμ' ἐκ caſu gignendi. quod non video qua ratione defendi queat: non ſane magis quam quod reperi ibidem paulo poſt, εἰ κατὰ τύπτει. nam verum eſt ἤ. Miror autem adeo novam locutionem eſſe viſam ſcholiaſtis κατ' ἀντίφρασιν ἄλλωδαι. cum certum ſit non aliter locutum eſſe elegantiſſimum quemque è veteribus. Pro ἀλείμμεν autem vel ἰλείμμεν (nam ita quoque legi adnotant ſcholia) codex chirographus habuit ἀλείμμι. Idem cum ilbris editis conſentiens, ἰρίδω habebat in hoc verſu,

Αλλ' ἄγε, ἢ τὸ τοῦ ζεῦξον ἀμὸν ἰρίδω.

nec probo quod cenſent quidam reponendum, ἴεσθαι: quum expoſitio quam affert interpres φέρων κατάδω. & ita legiſſe illum arguat. & ſit recta. Non nego Græce dici poſſe ἀμὸν ἴεσθαι: nam etiam Athenæum dixiſſe ſcio ἀνεζεύχθαι ζεῦξε lib. x. ſed illud ἰρίδω longe eſſe aio elegantius. eſt enim quod nos diceremus, mettez la. genus dicendi frequens in contrahenda ſponſione. Dicunt quidem Græci & καζεύγνυσι ἄνδρον eo ſenſu, ut infra in viii. χρύσεΐς καζεύχθαι ἄνδρον; & ζεῦγε ἀμὸν ibidem. Sed verbo ἰρίδω eximie impetus exprimitur qui ſolet eſſe in provocantibus invicem. quicquid enim ſubito fit, de eo Græci ἰρίδω uſurpant. facetiſſimus poëtarum Ariſtophanes de comedone non ſemel poſuit, & alibi ſimiliter ἐπὶ τῷ συρτόμῳ τὸ πνεῦν. ut doctiſſimus ejus commentator explicat. Ælianus plane ea notione uſus hoc verbo, cum Theocrito, ſi recte apud eum hæc ſcripta De animalibus lib. xii. capite xxiiii. πυγμάζουσι ἐπὶ χρυσίῳ πυκτόμαχοι καὶ ἀργυρέῳ· καὶ οὐκ ἀγωνίζονται ἀμοιβὴν ἄθλου ἰρίδοντες ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ζώου. id eſt, ſponſione inter ſe certare Omnino autem in hoc ruſtico proverbio,

— τίς δὲ παρούσας
Αἶγας προβατείου κακὸν κύνα βάλλετ' ἀμέλγειν;

reponenda elegans & antiqua vox Dorum ἀλείμμι. cujus quum ſcholiaſtes quoque faciat mentionem, miror nondum fuiſſe eam in ſuum locum reſtitutam. Atqui Heſychius quoque eam vocem agnoſcit & interpretatur. ἀλείμθαι, ait, βάλλεσθαι, ἅλλεσθαι. extat & apud Timæum Locrum ἀμείμενο pro βαλόμενο. legere memini & apud Archytam quoque. Sic accipe in iſta vere Laconica ſcytala Braſidæ apud Plutarchum, peſſime ab omnibus, quos vidi, Apophthegmatum interpretibus accepta, Ἐξεπόν, ait Plutarchus, ἐπὶ πόλεμον ἔχειν ἐφ' ἑαυτοῖς τοὺς ἱππέας, Ἀστὰ βούλομαι πρᾶξιν πολίτην πολεμεῖν, ἢ τύπτεξιμμι. id eſt. Ego quod opto bello perficiam vel moriar. Scribo etiam in elegantiſſimo Hippodami fragmento apud Stobæum ſermone xli. ἢ γὰρ ἃ ῥᾳδιώτατα πραττόμενα τοῖς ἀνθρώποις ὄντα ἀφορώντων ἢ ἀδυνάτων ἐντέτηκε, νῦν ἐστὶν ἀναγκαῖον τὰ μὴ ῥᾴδια ἴεσθαι. hoc eſt, ne cupientibus quidem ſit facile. In xliiii. verſiculo ſcribunt veteres,

— ἢ ὕστερος βασιλικὸς ἵξεται.

quod malo quam ὕστερος. Illo autem loco,

Μὴ τύ τις ἠρώτα πατρὸς Διός.

ſcribit Euſtathius πὸν τοῦ. eum vide ad Iliad ρ. & λ. hac ratione & κὰτ fuerit fortaſſe ſcribendum. ut infra, Κὰτ τοῦ Λάκωνος τοῦ πυμάνου. non κατοῦ. & ſic de aliis id genus. Non prætermittam quam legi in χοιάνων exemplari Genevenſis bibliothecæ notulam ad hæc verba.

ὦ μ' αὐτὸν τὸ Πᾶτα.

ὦ μάτων τὸ Πᾶτα ὄμυνον· ἰώσατι γὰρ οἱ ἐκ πτοίας καὶ μανίας καζερημένῳ μόλιστα· πάντες δ' οἱ τοιοῦτοι ταῦτα Παῖτες ἐκάλουν. Idem docet & Euripidis ſcholiaſtes. Inde ὁ κεκμηκὼς πυκτὴς Θήρυλος, Diodoro Siculo aliiſque Græcorum hiſtoricis, & Panica Ciceroni. quod pluribus explicat Polyænus. Suavem vero interpretem vocis ζεῦξε in hoc elegantiſſimo loco:

Ἔα λέγ' ὅτι λέγεις καὶ τὸ ξύνον ἐς πλοῦν αὖτις Ζεῦξ' ἄφες.

vult enim ζεῦξε à ζεύξ deducta voce, pro ζεῦγος poſſe accipi, cujus commenti vanitatem, ne pluribus refellam, optimus mentis poëtæ interpres Plautus arguit: qui poſteriorem hujus loci expreſſit ſententiam, ut Virgilius priorem, cum dixit, Quin age ſi quid habes. Verba Plauti ſunt in Milite,

*Jamjam fac amabo eſt: ſinite aleam ſi poſſum vivus à vobis.*

parilis venuſtatis eſt apud Theophraſtum in charactere garrulitatis, ὅτε τις ἀπύροῦσε

ἀεὶ ῥᾶϑε βάλλεται ἄνϑρ. ubi plura congeſſimus. At illud non negligendum quod in iiſdem ſcholiis legimus: ſcribi nimirum,

τοῖδ' ὑπὸ τὰν κόπιν.

quod videtur Δωριακώτερον. itaque infra quoque ſcribendum

ὄππα μὲν τοῖδε τὸ βάκος.

& eſt non ſemel iſto modo in hoc poëta peccatum. Nam in illo quod mox ſequitur, ὐχ ἑρπύλ τιμᾶ τύτω ὄρλες. interpres non τούτῳ ſed τυτὶ agnoſcit: ut & infra legit idem,

τυτὶ βοσκητᾶδι πρὸς ἀνϑολάς.

Similis τόπος voculæ Doricæ πᾶ, quæ apud illos ſignificat ἢ ἐν τόπῳ κίνησιν. Mirum vero & in manu ſcriptis. & in editis quoque nonnullis, ut apud ſcholiaſten, legi conſtanter λυκαβᾶς non λυκιᾶς: nam analogia potius exigit λυκιᾶς, ut ἀντιᾶς & πιλαργιᾶς. Legit præterea interpres.

τὰς ἄγας (aut ἄγας ex more Dorico) παρωϑέα. non παριωϑέα. id videtur ex ejus interpretatione poſſe colligi quæ hæc eſt: ἄγω παρίημι ἢ παρίεμαι. ſed nihil mutandum cenſeo: & hanc lectionem confirmat valde ſimilis locus id. 9.

Κ' ἐμ' ἰκ τοῦ ἄντρω σύνορος κὸρα ἰχϑὶς ἰδοῦσα
Τὰς δαμάλας παριῶσας.

Eumedes quem nominat Lacon, is eſt, quem Cratidam ante appellavit. vide ſcholiaſten ad Thalyſia de voce Σιμιχίδαι differentem. Is mihi videtur legiſſe verſu hujus xc. Κἠμὶ γὰρ ὁ Κρατίδας: non ὁ Κρατίδας. inde enim, ni fallor, habet Eumedis patrem Cratidam fuiſſe appellatum. ſimiliter etiam v. LXXXVIII. ὁ Κλεαρίστα veteres quidem expoſuere filia Clearistæ, ut ex ſcholiis diſcimus. Paulo ante, Εὖ ποτιψιθίζετον non ποτὶ κίγκα. ita in ſcholiis: ac placet. & interjecto verſu, κἄλως μάλα τύνδ' ἴσαμι niſi putemus fruſtra notatum antiquis grammaticis Doras dicere σάφως, σύφως. κάλως, non σαφῶς. συφῶς. καλῶς. Quod ait Comata ſub finem, Ἀνυσάμαν ἢ ἀμίν, id ſcholiaſtes interpretatur ἢ πλέον ἐλαβον: rem dicit. verba poëtæ parum illuſtrat. niſi fortaſſe legit iſte, Ἀρυσάμαν τὸ ἄϑλον. ſed nihil muto: nam alium vidi qui ſic explicabat, τιμίους ἢ πλέον ἔλαβον. Scribe eodem verſu ex veteribus grammaticis & mss. ἰς ὠρχησὸ ὕμιν ἀλσήμας. Poſtremo illud ſciendum quod admonet Euſtathius, legiſſe quoſdam è veteribus criticis, ἀδύ τι παπτωλιάσδ' non ποπτωλιάσδ' ipſe autem Euſtathius legit, & omnino ſcribendum eſt. ἔστι κ' ἀκούσῃς, vel ἀκούσειν: non ἔστι. Verba ejus ſic eduntur extremo commentario ad Ιδ. αδ. Τὸ μὲν ᾠδὴ ἔστιν ἀντὶ τοῦ ἦσε, μόνον αὐτὸ καθ' αὐτὸ κείμενον· οἷον πικρὰ θυκχείτω, ἔστι κ' ἀκούσειν, ἤγουν μίκεται ἀν ἀκαχομένως. συλλογὴν ἐποιῆσϑαι, ἐκ τοῦ ἦσε, δὴ καὶ ἀκούσειν. ipſe ſcripſerat ἔστι. idem mendum in illius παρεκβολαῖς ad Ια. 9. ubi ſequitur Euſtathius alteram lectionem ἀκούσῃς. In magno quoque Etymologico ſcriptum, Doras ἔστι aſpirare contra morem cæterorum. quare ita poſthac ſcribamus in Δωριάζοντων monumentis. ut in primo, ἔστι κ' ἀμίλξῃς in ſeptimo, ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν. & ita ſemper.

## CAP. VIII.

### *Saltuatim notata quædam in ſexto idyllio. Alcmanica figura: remedium contra faſcinum: mores varii antiquorum.* κλαπῶ.

IN codice manu exarato, ſcholia ad ſextum idyllium ſic incipiebant: Δαμοίτας ἢ Δάφνις· ἑκατέρους ἴσχει τοῦτο τὸ κεχρωμένον Ἀλκμανικῷ σχήματι. ἐνταῦϑα γὰρ ἐπειδὴ ἐπάγεται ἐπὶ τοῖς δυσὶν ἓξῆς δὶς πλεονασμὸν κίγκται μετὰ τὸ ἔν. οἷον, εἰ δὶ κ' Ἄρης ἄρχοιτο μάχας, ἢ Φοῖβ· Ἀπόλλων. λύεται δὲ ἑκάτερα μὲν ὑπερβάσει· οἷον, εἰδὶ κ' Ἄρης ἢ φοῖβος Ἀπόλλων ἄρχοιτο· τοῦτο δέ, ἀπὸ κοινῆς λαμβανόμενον τὸ ὁ βυκόλος. Apparet legiſſe qui hæc ſcripſit, verſu ſecundo. συνάγεται. non συνάγεται. quod notat de Alcmanica figura, quæ etiam περισσολογίας dicitur, idem apud Euſtathium leges non ſolum ad Ια. ↓. unde eſt allatus in ſcholiis verſus: ſed etiam ad iſtum ex Ια. 9.

Ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλουσι κλόνι Σκάμανδρος.

Aratus quem affatur poëta, pleriſque viſus eſſe is cujus extant φαινόμενα. non defuere

defuere qui aliter ſentirent: ideo additum in MSS. ſcholiis, ἄλλοι δὲ φασὶν [ὅτι διακίγνται] πρὸς τινὰ ὕπτιον κακύμονον. Δαμοίτας, ὑποδιῃρεμένου τοῦ ι, ut à θυμὸς Θυμοίτας, ſtudioſe notat Euſtathius ad Il. α. γ. & μ. Porro inter varia antiquorum remedia quibus ſe à faſcino defendi poſſe arbitrabantur, fuit & illud quod commemoratur hoc verſu,

Ὡς μὴ βασκανδῶ δὲ, πρὶς ὡς ἰμὶν ἴκπλυτα κόλπου.

cujus rei alii quoque poëtæ multi Græci Latinique poſt Theocritum meminerunt. Quid autem veteres moverit ut putarent vim aliquam habere ad amoliendum oculorum faſcinum, ſputi in ſinum conjecti fœditatem, declarat Plutarchus. Ait ille res turpes & obſcœnas ideo adverſus faſcinum adhiberi, ut harum intuitu eludatur vis mali oculi nocere cupientis. Plutarchi verba hæc ſunt, Sympoſ. v. probl. VII. διὰ γὰρ τὸ τῶν περβασκανίων γένος αἰσθάνεσθαι πρὸς τὸ φθόνου ὠφελεῖν, ἐλκομένης διὰ τὴν αἰσχύνην τὸ ὀλίγον· ὅθεν ἔτι νῦν ἐπιρρίπτειν τοῖς παῖσιν. Vocat περβασκάνιον, quod Latini amuletum vel mutinum. quare recte auctor Gloſſarii *mutinum* explicat περβασκάνιον, vel περβασκάντιον. ἀτοπίαν appellat, rei appenſæ fœditatem ut ſputi, vel Priapi: nam & Priapos in eum finem appendere fuit moris. πρὸς γὰρ τὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν, τοῦτον κολάζειν παρεκάλυπτον, inquit Diodorus Siculus libro quarto. Nec dubium eſt quin eandem ob cauſam Romanis olim moris fuerit pudenda pro amuletis è collo puerorum ſuſpendere. Varro De lingua Latina lib. VI. *Poteſt vel ab eo quod pueris turpicula res in collo quadam ſuſpenditur, ne quid obſit, bona ſcæva cauſa.* Similiter apud Græcos, artificibus quibuſdam moris fuit ante officinæ fores ridicula quædam arcendæ invidiæ appendere vel affingere. Pollux libro ſeptimo, cap XXIV. Περὶ δὲ τῶν ἁμάρτων τοῖς χαλκεῦσιν ἐστὶ γυναικά τινα καλαρτᾶν, ἢ ἐκκαλάπτειν, ἐπὶ φθόνῳ ἀποτροπῆ. ἐκάλουν δὲ βασκάνα. Fecimus autem libenter, ut Plutarchi locum obiter explicaremus: quem nullus doctiſſimorum interpretum quos vidimus, intellexerat. Vide amplius Turnebum libro IX. cap, XXVIII Scribendum autem κλαπτὼ aut κλαξὼ cum ſubſcripto ι, & ἴστι, non ἴστι, in hoc verſu,

αὐτὰρ ἰγὼ κλαπτὼ δόρκας, ἴς τις κ' ἰμάσῃ.

## CAP. IX.

*Thalyſia percurruntur.* χαῖε, χαίτω, χαῖτω: φαίνειν *pro facere*: oſtendere: *Homeri locus.* ἀφύλαι· ἵπτιοι δ' ἄλλοι. *Oromedon.* χόνζα, ἄγνος, σκύμαλος: *Apollonius emendatur. Caucaſus* ἰχατίων.

LAudans Theocritus in Thalyſiis Phraſidamum & Antigenem, quum vellet ſignificare, eos cum paucis ejus ævi antiquum obtinere, ait,

ἢ Φρασίδαμος
Κ' Ἀντιγένης, δύο τίκτε Δυκάονος· ἢτι πὶρ ἰσθλὼ
Χαῖρ τῶν ἴτ' ἄνδρῶν.

quo etiam modo dixit de Anacreonte in epigrammatibus,

Ἀνακρίοντος ἰσλὸν ὄβρι τὸ Τίῳ
Τῶν πρόσθ' ἅτις πιφανὸν φθογγῆσαι.

χαῖε autem appellat viros bonos & ὠγενῆτε ἢ ἀρχαίους, ut exponunt ſcholia. eſtque ea vox Dorum propria: qua & Ariſtophanes utitur in Lyſiſtrata: ubi ſic loquitur Lampito mulier Lacedæmonia,

— χαῖε μὲν τὰ τῶ σιῶ.
Κοὐδὲν ἀλλ' ἢ αὖ.

quem locum enarrans Suidas, χαῖε, ait, ἀντὶ τῦ ἀγαθέ· ἢ καὶ παρὰ Δακεδαιμονίοις τὸ ἀγαθέ· apud Heſychium ſcribitur χάιε. quod autem videtur Suidas hanc vocem παρὰ τὸ χαίρειν deducere: id pertinet ad ſequentia apud Ariſtophanem Lyſiſtratæ verba, quæ comica petulantia, in alium longe diverſiſſimum ſenſum hanc vocem detorquet. Ait Theocritus,

τὰ δ' ἀπαρ' αὐτὰν
Αἴγλεγι πλοκίας τι ὑπ' ἴσκιον ἄλσος ἴφαμον.

φαίνειν hic, ut ſcholiaſtes etiam explicat, eſt ποιεῖν, facere, reddere: quomodo ſæpe accipi notum eſt ἀποφαίνειν & δεικνύειν, interdum & μηνύειν, ut in Laërtii epigrammate de Democrito. Latini quoque

que recentiores ſcriptores *offendere* nonnunquam ſic uſurpant. Eutropius de Tacito, *vir reipublicæ gerendæ idoneus: nihil tamen clarum potuit offendere.* Imperator in Inſtit. *& voſmetipſos ſic eruditos offendite.* Repone verbum φαίνῃ in iſto Homerico verſu Ια. γ.

ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους γε μάθοις πάσσυτον ἔφαρον.

perperam enim hactenus ὔφαρον pro ἔφαρον eſt editum. Scholia, ἔφαρον, φαίνεσθαι ἰκανόν. in iiſdem tamen alterius quoque lectionis extat expoſitio. Euſtathius vero ὔφαρον explicat, ſpreta vel ignorata altera ſcriptura. quam tamen putamus nos eſſe potiorem ac poëtæ menti convenientiorem. Sic Herodotus,

Κλεῖν' ὕτω δὴ ἔφαρτο τὸ ἴσπλα λόγον.

Apollonius,

ἡ δέ μιν ἄστον ἔσω παρίσῃ τε φαίνῃ τε μύθων.

Theocritus quoque idyllio IX. Βουκολικὰ μῆλα χαίροντι, φαίνεται δ' οὐδέν. At ὑφαίνῃ apud poëtam, ut cum dicit, μῆτιν ὑφαίνῃ, aliud eſt: ut ſciunt qui tantum vatem πανσοφίαν. Aſſentior Euſtathio βουκολικὸν ineſſe ἀφέλειαν. imo rus merum. iſtis verbis quæ ſequuntur non longe.

—ὡς τοῦ ποτὶ ἡτορίοισι
Πᾶσα λίθος πλαίσια ποτ' ἀρυλλίδιον ἀείδῃ.

Locus Euſtathii eſt ad Ια. ι. alibi vocat audax dictum, loquens de voce ὀχλεῖν Ια φ. Τοῦτο μέν, ait, σωφρόνως πέφρασται τοῦ ποιητοῦ ἐπὶ ψόφῳ τινί. Θεόκριτος δὲ θρασύτερον ἔφη τὴ πᾶσα λίθος ἀείδῃ. Puto autem ἀρυλλίδιον eſſe hic calceamentum ruſticum clavis ferreis ſuppactum: vel ſculponeas, quæ inter eundem lapidibus illiſæ ſonitum edunt. præter Theocritum etiam Euripides illud indicat in Oreſte, quo loco ait chorus,

σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρυλλίδος
τιθεῖσα μὴ κλύσειέν μεθ' ἵππου κλύοντος.

Non metuit ſibi Simichidas à ferula grammaticorum, cum mox cecinit,

—τάχ' ὥτιος ἄλλον ἰκανεῖ.

Atqui vapulat poëta eo nomine à ſcholiaſte: cujus verba ita legi ſupplerique debent. ἁμαρτάνουσι δὲ ἐξαίφνης τὸ ὥτιος· ὕτιος γὰρ ἐκ δυσὶν ἄλφα ἐκ πλείονων ἐστί, ὁ ὕτιος δὲ ὑτιος οὐσιαστικῶς cæterum quanti æſtimanda ſit hæc cenſoria nota, periti intelligunt, qui ſciunt Atticos ipſos differentiam inter ἄλλος & ὕτιος facere non tanti. In quadrageſimo ſexto verſu,

Ἴσον ὄρεϊ κορυφῇ τιλίσαι δῆμον Ὠμεσιδάων.

probo eam interpretationem quæ Oromedontem eſſe montis nomen ſtatuit. videtur namque mons ille à gigante ibi occiſo & obruto ſic eſſe dictus. Oromedon gigantis eſt nomen. Propertius,

*Te duce, vel Jovis arma canam, cæloque minantem*
*Cæum, & Phlegrais Oromedonta jugis.*

Quod de cunilagine ſcribit interpres ad hunc verſum,

Χ' ἁ σιλὶς ἰανθεῖσα πανυκτερίνα ἴσα' ἐπὶ πᾶχυν
Κνίζᾳ.

Theſmophoriis matronas Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, illa ſibi cubitus ſolitas ſternere: idem alii quoque tradunt, & de eadem conyza, & de agno. Non tamen propterea debent κνίζα & ἄγνος confundi: differunt enim genere toto: κνίζα eſt herba: ἄγνος eſt frutex aut arbor potius: eſt quippe vitex. quod liquet ex Plinii libro XXIV. cap. IX. vide & Nicandri interpretes ad hunc locum in Theriacis:

Φρίξειεν δ' ἐπίοικε χαμαιζήλοιο κνίζης
Ἄγνου τε βρύα νιφαδ.

At grammatici putarunt licere ſibi in iſtis eſſe minus acutis: qui etiam πέρμακον interpretati ſunt ἄγνον: eſt ſane πέρμακος non frutex, ſed affinis ſalici & vitici arbor: docet clare Apollonius, narrans libro tertio ſolitos Colchos, mares mortuos ſuſpendere à ſummis promalis & ſalicibus; quod Ælianus in eadem hiſtoria dixit, ἐκ τῶν δένδρων ἀπαρτᾶν. Apollonii verſum ita ſcribe,

Ἐξείης πέρμακοί τε καὶ ἰτέαι ἐκπεφύασιν.

nam πέρμακον, quod vulgo editum eſt, mendam continere non ambigo: quum

&

& Heſychius ita ſcriptum habeat: & Heſychii lectionem confirment Erotianus in Dictionibus Hippocratis, & Theopompi Colophonii verſus apud Athenæum libro v. Sed ad penſum noſtrum redeamus, & reliqua hujus carminis percurramus. Ait,

ὡς πόκα τᾶς Κωΐας ἀεχώσαλῳ Δάφνις.

vide ſcholia ad ſequentis idyllii finem. Mox,

Η Αδω ἢ Ροδόπας ἢ Καύκασον ἰχανόωσα.

cur Caucaſum ἰχανόωσα dicat, non ignorant qui vetus illud dictum à Strabone aliiſque relatum, recordantur,

Ες Φᾶσιν ὕδωρ ναυσὶ ἰχάλως δρέμω.

& ab eadem opinione dictum eſt ab Apollonio,

— ἄμα δὲ Κολχὶς
Πόντου καὶ γαίης ἐπικίκλησκε ἰχαστήρια.

Vetus poëta apud Ciceronem,

*A ſole exoriente ſupra Maoti' paludes.*

& certum eſt ex eodem Tullio adhuc ejus ætate magnum fuiſſe Romæ, oſtium Ponti vidiſſe. Ait,

— ἐπεὶ τ' ξεῖνον ὁ Δύσμορος ὐκ ἰλιτ' μι.

Lego, ἰλιτ' μιν. non enim de ſe poëta loquitur, qui in illa inſula erat peregrinus: ſed de amico & hoſpite ſuo. Ait,

— ὁ δ' μοι τὸ καγκλίλον ἀδὺ γελάσας.

ſcholia ἀφελκύσειεν, γελάσας. modo tamen, γελάσαι. ſed ita ſæpe peccatur.

## CAP. X.

*In octavo & nono carptim quædam animadverſa.* σύριγμα. ὁ συεικτὰ, ἐππύτα φηγὸς, πολεμικὰ σάδηεν, βᾶν ἀέγετα. *Concha veteribus protuba. Superſtitioſæ veterum opiniones.*

DUbitari ſcio à multis quid ſibi velit Theocriti ſcholiaſtes cum ſcribit ad idyllium octavum, illa enarrans, καζαδείδαι ἄεδλον; ἄεδλον eſſe quod vulgo appelletur σύγκλημα. Græcorum recentiorum ea vox eſt, qui συγκλῶ ſæpe pro paciſci, & συναρτῶ uſurpant: eſtque id verbum non infrequens in ſcriptis juriſconſultorum Græcorum. Hic tamen interpres σύγκλημα appellat, non ipſam conventionem: ſed id in quod facta eſt conventio. In hoc verſu,

Πᾶ ποχ' ὁ συεικτὰς πεδέφιλες ἕδετ μόνος.

antiquiſſimæ editiones Romana & Florentina præferunt συεικτὰ, non συεικτάς: ſicut paulo ante, καλὸν ἰὐκτὰ Μοιρᾶνες. mutarunt hunc locum qui exiſtimabant tantum ob metricam neceſſitatem poëtas ea formatione uti. quod falſum eſſe ex Homero & Euſtathio certum eſt. Uſi ſunt etiam in patrio caſu, & in quarto, contra Homeri conſuetudinem, ut notat Theon in iſta Arati verba,

πάλλε ἰκτίνα φηγὸς.

Orpheus de lapide magnete,

— ὑκ ἰδίνᾳ μεδίμνοι πολλαμὰ σίδηρον.

Sic in hac lege Demonaſſæ Cypriorum reginæ, Μὴ ἀποκλείσαι βῶν ἀέγετα, apud Dionem Chryſoſtomum oratione altera De Fortuna. Omnino autem ſcribendum eſt.

Ω τερέγα τᾶν λινκᾶν ἀγᾶν ἄνερ, ὦ βάδες ὔλας
Μυείων· ὦ σιμὰ φῶτ' ἰφ' ὕδωρ ἴεμαι.

non ut in omnibus reperimus editionibus ὦ βάδος, facit nobiſcum ſcholiaſtes, ut ex ejus editione, atque interpretatione conſtat. Sic ille. ὦ βάδος ὕλας, ὅτι ἰκὼν ὑλῶδες βαύτων. Repetendum ἀπὸ τοῦ, δυλες. quaſi diceret Menalcas, ὦ τερέγα δυλες ὑφάδη. ὦ βάδος ὕλας μυείων. Initio noni cum ait poëta, Μόχθοι βουνὶ ὑφάντις. placet Euſtathio ſumtum id eſſe ab Homero, qui ΟΔ. ι. dixit.

— ἢ ὑπ' ἰμέρου ἔλιτο ἑκάστῳ.

Lego in eodem,

— ἴχω δέ τοι νὺ' ὄτον ὥφελε.
Χείμαῤῥος ἢ νυδὸς καρύων ἀμύλιος πεφύκως.

non ut eſt editum, ἢ νυδὸς κ. ἢ valet, quemadmodum: & νὺ' ὄτον, accipiendum ὑπτιαδὸν, pro νὺ' δύγον: ut & Lati-

ne non ſtanti. hæc confirmantur auctoritate ſcholiorum non editorum, quæ locum ſic explicant: ὑκ ἴχω δὲ ὑδὲ μισέω σφυρίδα κλιμάκος. ὥσπερ ὑδὲ τοῦδε ἀνὴρ καρῶν ἢ καρδίαν, παρόντος αὐτῷ ἀμύλου, ἤγουν πλακοῦντος· ἐν γὰρ τῇ πλακοῦντι ἀεὶ ἢ κάρυα. Sequitur,

— ὁ δ' ἰγκαρχήσαῖο κύκλῳ.

ubi non probo ſcholiaſtæ expoſitionem, ἐπὶ τέτῳ ἡδέως ἰγέλασε. nam concha accepta lætum intonuiſſe illum, ſignificat. Sic alibi de Amyco.

Ἦ ῥ' Ἄμυκος, ἢ κόχλον ἐλὼν μυκήσαῖο χοῖλον.

& Lycophron, Στεφάνῳ τ' ἀμαιμακὲν ἰξάρχων νόμων. & paſſim poëtæ. Apparet autem veterum fuiſſe hanc ſuperſtitioſam opinionem, ut eos quibus in naſo vel lingua, tubercula, ut fit, aut alia hujuſmodi cutis vitia in aliqua ejus parte orirentur, putarent vel mentitos eſſe, vel depoſitum non reddidiſſe, vel aliquid denique fraudis admiſiſſe. Nam & in hoc idyllio eam religionem tangit Theocritus cum ait.

Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ἰλοφυδέα φύσης.

& iterum in XII. ſive Aita,

— ἐγὼ δέ σε τὴ κακὸν αἰνῶ
Σιδύνα ῥινὸς ὑπερθεν ἀραιὰς ὑκ ἀπαρνῶ.

Tenuit hæc religio & Romanos, ut notatum eſt ad Propertium, eruditiſſimo Scaligero. Ovidius:

*Eſte dei credâmne? fidem jurata fefellit:*
*Et facies illa quæ fuit ante manet.*
*Quam longos habuit nondum perjura capillos,*
*Tam longos poſtquam numina læſit, habet.*
*Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore*
*Ante fuit: nives lucet in ore rubor.*

Horatius II. Carminum:

*Ulla ſi juris tibi pejerati*
*Poena Barine noceuiſſet unquam,*
*Dente ſi nigro fieres, vel uno*
*Turpior ungui.*

Similis quoque fuit Διτδαμνίας, quod teſte etiam Strabone, eos viros qui ſubito morerentur, Apollinem: mulieres, Dianam dicto factove offendiſſe, credebant. Perſas quoque ait Herodotus credidiſſe, ſi quis vitiliginem aut lepram haberet, eum ἐς τ' Ἥλιον ἁμαρτεῖν τι ταῦτ' ἰχθῖν.

## CAP. XI.

*Ad decimum idyllium.* ξυκος & βυκαῖος: ὀρδίνιον: ἀπτερύγεσσι τῆς αὔλακος. *proverbia quædam notata. Euphorionis locus emendatus, & alter Sapphus.* ῥῆμα: ſchema. ὥπως. παίνῃ ὁ τέκτων. παῖσδα.

INitio decimi, non ſcholiaſtes tantum de vocis βυκαῖ expoſitione ambigit: ſed & Heſychius, cujus hæc ſunt, βυκαῖος, βυκάλος, οἱ δὲ διεστῶς. Nicander initio Theriacorum.

— σὺ δ' ἀν' ὁπλοτάτῃς ἀφύσσεις
Βυκαῖός τ' ἀλέγων.

Vetus enarrator, βυκαῖος, διεστὼς, βυκάλος, ξυνάγων βοῶν ἐπάλμους, ἢ γαμήλους ἀπλῶς. At Euſtathius in Dion. & βῦκος & βυκαῖος generaliter ἄγγειον explicat. In ſecundo verſu ſcribendum, Οὐδ' ἐν ὄγμοις ἄγαν ὀρθὸν δύνα. hæc ſcriptura eſt antiqua, elegans & vera. Interpres ad illud, τᾶς αὔλακος ὑκ ἀπτερύγεσσι. exponit αὔλακα ὀρθίνιον, voce ejus ſemibarbari ſeculi, è Latino detorta. plane idem eſt ac verſus, quare etiam ἀντὶ τέκτων ea ſunt uſi. Euſtathius, ἴσως δὲ ἦσι γεγραμμένον τὸ ὑδύνα, πεστιθεμένης μὲν τέκτων, ἢ τοῦ ὀρθίνιον ἴδιον. eſt autem venuſtiſſime dictum ἀπτερύγεσσι τῆς αὔλακος: ut apud Latinos *depaſci* de igne, & לחם apud Hebræos *pugnare*, à לחם quod eſt *comedere*. Scribe etiam mox cum veteribus. — χαλεπὸν χρέος κύνα γαῦσαι. ſine cauſa recentiores mutarunt in χρέως, reclamante ſcholiaſte. Planius extulit hoc proverbium Lucianus in libello Περὶ ἀπαιδευσίας. ὑδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσασθαι ἂν, σκύβαλα γνῶναι μαθοῦσα. alii aliter. Affine adagium in epigrammate Platonis, κυνὶ λεῖα μαλάσσῃ. quod & libro VII. Anthologiæ in alio epigrammate extat: affine item aliud apud Diogenem cynicum in epiſtola quadam, ὥσπερ προβάλλων ὀκ ἂν ἀπέχεσθαι τῶν ἀρίστων. Legit etiam interpres,

τὶς δ' τυ τῶν παίδων κυμαίνεται. & μάντις ἢ τὰν τύλλα χερεΐζει ἃ καλαμαία.

Euphorionis verſus de hyacintho, qui ſunt apud ſcholiaſten valde corrupti, ſic lego,

Πορφυρίη ὑάκινθε, τὶ μὰν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτίης ἀμάδοισι διδύσκεσθαι Λιακίδαις, Ἔλεγε ἀντίπλη γεγραμμένα κακκύεται.

confirmantur correctiones iſtæ manuſcripti auctoritate, in quo ita ſcriptum, paulo minus, inveni. recte etiam idem liber in his Sapphus verbis quæ proferuntur ad ſequens idyllium, γλυκύμαλον οἳ ἰρύγγιον ἄκρον ἐτ' ὔδῳ, ſcribit ὄρθιον. arbitror etiam ἰρυδγίῳ ſcribendum eſſe non ἰρύγγιῳ. Vt ad Theocritum revertar, etſi non eſt plane ineptum quod in ſcholiis ᾠσῆμι pro ᾠδῆμαι legitur iſto verſu,

Σχῆμα δ' ἐγὼ ᾠ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλαις.

eam tamen lectionem non probo, reſtumque pronuntio eſſe ᾠδῆμαι. Senſus eſt: Si mihi opes ſuppeditarent, Veneri conſecrarem & tuam & meam imaginem, ac tu quidem tibias tenens, ſertis redimita ſtares: ego autem, non habitu iſto hominis ruſtici & pauperis: ſed vel habitu citharœdi cum ſyrmate, vel ut aliquis procerum palliatus & elegantior calceatus. Σχῆμα eſt veſtis exterior quæ induitur quoties opus σύγκρισιν opifices fere nullam geſtabant, erantque tunicati: ne ditiores quidem intra ædes, aut in remiſſione. Alciphron in epiſtolis, ἐξ ὧν φιλοσοφεῖν ἐπείπατας, σιμὸς τὸ ῥύγχος, ἀχλὺς ὑπὸρ τῶν κροτάφων ἐπῆγε· οὐτε σχῆμα ἴχων ἀ διζύδιον μετὰ χεῖρος. οὐτε τῆ Ἀκαδημίαι συζῆς. Sic in Περὶ ἀποχῆς Porphyrii. ἀλλ' ὅτε τῷ σχήματι χάσας. & apud Euſebium in vita Conſtantini, ἐκτινάξαντες τῆ μακεδὼν ἐγκεκαυμένοι τῆ κυφαλῆ τὸ σχήματι. Legi etiam in hiſtoria miſcella, de Carolo Magno libro XXIII. *quem illi ſuſceptum, ut Romanorum æmulabant imperatorem, coronabant eum inaſſum. & ocreis eum & ſchemate induentes.* Præterea ſcribendum ſub initium, - ἄδιον ὑτὸς ἐργαζῆ· & ſub finem. πιαίνῃσι ὁ τάχυς ὑτὸς. Euſtathius Ιλιαδ. ζ. Δαφνὶς κατὰ τὸ καλὸν, σοφὸν, ὄνοτατὸς φασὶ ᾠ ὑτὸς. ὅτι, πιαίνῃσι ὁ τάχυς ὑτὸς. Pertinet ad hunc locum quod Columella ait, *Frumenta ſi tempeſtive fuerint deciſa, poſtea capere incrementum.* id enim eſt quod Theocritus πιαίνεσθαι dixit. & eam ob cauſam in epigrammate Bacchylidis Zephyrus dicitur πιότατος ἀέλμων. Auctores habeo veteres grammaticos, Dores non παῖδα, ſcripſiſſe, verum παῖδα: quare ſcribo in hoc carmine, συνίσκετο τὸν ῥαδινὸν μὰ Παῖδα. & ita alibi reſtituendum. Legenti mihi aliquando ſcholia in hunc verſum,

Τοιγάρτοι περὶ θυρσῶν μιν ἀεὶ ταῦρον ἔπεκλε πάλαι·

oborta erat ſuſpicio, deeſſe hic alterum verſum in hanc ſententiam,

περὶ δ' ἰμὶν τὰ θύρασιν ἀεὶ ταῦρον ᾖε καλὰ πάλα.

Ait enim ſcholiaſtes, πάλαι, φησὶν, ἀεὶ τῷ ταύρῳ πάλαι μοι ᾖν καλὰ ὁ μέσος τὰ ἴσον. ἀλλὰ ᾗ τὰ ἀεὶ θυρῶν. quæ verba etiam ſcripti libri agnoſcunt. Sed muto ſententiam, neque deeſſe quicquam cenſeo. At interpretis paraphraſis hactenus vera eſt: ſequentia in libris editis falſa. γὰρ τὰ περὶ τῶν θυρῶν μὴ ὄτιν ἀκαρμάνα, ἀλλ' ἄκαιρα μίγνυ. non erant iſta in exemplaribus MSS. ſed eorum loco hæc, ἀεὶ τῷ ταύρῳ ἀτιμάζητά μοι πάλαι.

## CAP. XII.

### *Sofibii verſus de Lityerſa luce donati, ac partim etiam emendati.*

PRiuſquam ulterius progredior, longiuſve recedo ab hoc Theocriti idyllio, ubi de Lityerſa fit mentio, volo gratiam inire ab erudito lectore, & hujuſmodi elegantiarum ſtudioſo. Proferam enim hoc loco quoſdam Sofibii veteris poëtæ verſus, in quos forte incidi: qui & elegantiſſimi ſunt, & lucem adhuc (quod quidem, re diligentiſſime quæſita, ſcire potuerim) non viderunt. Eſt vero horum mentio apud Athenæum: ne quis putet eſſe commentitios. quanquam ille Sofitheo aſcribit; ſed locum illum arbitror corrigendum: quum & in codice unde iſta deſcripſimus diſerte ſcriptum ſit Σωσίβιος, & ita quoque legatur apud Græculum grammatiſtam Johannem Tzetzem: qui & ipſe

ipſe horum verſuum meminit, & quoſdam deſcribit. Quoniam autem non leviter corrupti quidam illorum erant in noſtro exemplari, repræſentabimus eos cum fide & cura quales invenimus: quo poſſint acutiores, veſtigia veteris lectionis rimantes, facilius tutiuſque verum in tenebris ſagaci conjectura olfacere. Theocriti verba ſunt hæc,

Θᾶττον δὴ χ' ἕλκοι τὰ τοῦ Φιλὼ Διτύρτα.

Scholiaſtes adnotat: Διτύρτης Μίδου ἦν υἱὸς, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν ὅτε κατέβη. κἀπὶ τοῦτο γὰρ τὸν [illegible] συντρέχει αὐτοῦ τὰ τῶν ὑποχθονίων ἀπειλούμενος· τὰ δὲ σάμαθα ἐλάμβανεν ἐν τοῖς δράγμασιν ὡς πεφαλλαγισμένων. Ἰσως δὲ τοῦτο κατὰ μέρος Σωτίωνος ἐν Διάφοροι λέγοντος·

Οὔτι οἱ Κιλλυπὶ πατρὶς ἀρχαία πόλις
Μίδᾳ γενέσθαι, ὅστις αὖτ' ἔσχον ὄρη.
Ἡκεν' χ' ὑπ' φατὸς υἱὸῦς ἄγαν.
Οὗτος δ' ἐκείνῳ παῖς πεφύκασι γένος.
Μητρὸς δ' ἑκάστης ἡ τύχη' ἐπίσταται
Ἑβδ' μὲν ἄρτυς τρὶς ὅτις καθαίνῳ.
Τρὶς δ' ἁρπαίας ἁμάρας πιὼν ἄμα.
Καλὸν μετρητὴν δ' ἀκάμφορον πίδον·
Ἐργάζεται δ' ἰλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία.
Ὀγμον δρέπει τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Δαίνυσι τ' ἁμὸς συντέκνοις ἐς τέλος.
Χ' ὅτάν τις ἴλθῃ ξένος, ἢ πατρίξ,
Φαγεῖν τ' ἐδωκεν ἠδ χ' πιεῖν ἐθέλοντι.
Καὶ τῷ κεν τρὶς τόσα ἐς ἐν δέρᾳ
Πλέον' φδοῦσι γὰρ τοῖς δαιμόνιοι ἄνδρι
Ἐπίστασθαι οἷσπερ Μαιάνδρου ῥοαῖς
Καρπιμάτων ἀρθμὸν τὰ δ' ἀφλοῖ πάτῳ
Τὸν ἀνδρεμάνην πυρὸν ἀναπνέοντ
Ἄρκι δ' ἐζεῖ τ' ἔλαιον δὲ δράγματι
Αὐτῷ κυλίσας, κρατὶς ὁρᾶται φέρει.
Γίρων δ' ἐκεῖνόν φασιν ἄνδρα γενέσθαι
Ὅτι δὴ ἀνιδρωτὶ ὑφ' Ἡρακλῆι, ἴσχ' λόγων.
Θαλὼν μὲν ἦν Μαιάνδρου ἰρῆος πάϊς
Σοφὸς τις ἄνηρ δίκαιος· ἦν δ' ὁ Διτυρσώτας
Ἀπ' οὐδὸς· τὸν γὰρ ἄνδ' Ἡρακλῆν.

Hæc eſt, ut dixi, noſtri exemplaris lectio: cujus mendas ut abſtergeamus, in primo verſu ſcribe. Ἀπ' οἱ Κ. πατρὶς ἀρ. κ. Nam Celænæ urbs Phrygiæ, etiam Athenæo teſte. Lityerſæ patria fuit. Tertius ſtabit ſi legas. χ' ὑπ' φατὸς υἱὸῦς ἄγαν. intelligenda autem iſta ex mente loquentis, qui videtur fuiſſe aliquis Midæ regis ſubditus vel cliens. In quarto reperio apud Tzetzem in Chiliadibus, πεφύκασιν. In ſexto ſcribo, ἑβδ' μὲν ἄρτυν τρὶς ὅτις καθαίνῳ: vel ὅτις κ. ut apud Athenæum & Tzetzem. τρὶς ὅτις ἄρτυν dictum pro τρὶς ὁτιοῦν φορτίον: ut pr. Samuelis capite XVI. חֲמוֹר לֹחֵם aſinum panis. In octavo præfero lectionem noſtram & Tzetzæ. ei quæ eſt apud Athenæum καλὸν μετρητὴν. & eſt locus elegans: nam quum metretes capiat duas tantum amphoras, Lityerſa tamen, ait poëta cum dolium decem amphorarum exhauſerat, metretem ſe bibiſſe dicebat. In nono habet Tzetzes, πρὸς τὰ φορτία. quod non probo. Undecimum ita reſtituo, Δικαίῳ ὁμοίως συντίθησιν ὡς τέλος· convenientiſſime ad ſententiam. Uno die, inquit, arvum decem γύας (id menſuræ eſt nomen) habens metit, & mergites in acervum congerit. In duodecimo lege ξένος. Decimumtertium ruentem deſtina fulci, ac ſcribe, φαγεῖν τ' ἔδωκεν ἠδ'. χ' ἐδ' πιεῖν ἐθέλοντι. In decimoquinto peccatum tranſpoſitione: reſcribe. -- φδοῦσι γὰρ ἄνδρι τοῖς δαιμόνιοι. XVI. ita fortaſſe conſtituendus: Ἐπεὶ δ' ἀγὼν ἴδῃ τε M. hoc ſenſu: poſtquam hoſpitem ſuum ſatiavit Lityerſa, opes oſtentans ſuas, ducit eum per arva, quæ ad Mæandrum ſita largiterque rigata, ſegetem ferunt uberrimam. ibi tum ille eorum capita falce demetit, inſtar culmorum. itaque ſcribendum ἀκαμπῆ ἄρπῃ. In XXI. γαλὼν non γίρων. & ἐξεῖνεν omnino, ab ἐξεύζω. De viceſimo ſecundo dubitavi diu, eſſentne poëtæ verba an interpretis: atque hoc quam illud verius. Poſtrema ſic lego, ut metro conſulam:

Σῶλος τὶς ἄνηρ· ἦν δ' ὁ Διτυρσώτας ἀνὴρ
Τὸν ἀνδρεμάνην· τὶς γὰρ ἀνδ' Ἡρακλῆν;

ſed iſti duo verſi a videntur fuiſſe perſonis diſtincti. Eſt enim totus hic locus ex tragœdia ſumtus, ut docet nos Athenæus.

## CAP. XIII.

*Obſervantur nonnulla in idyllii* XI. *&* XII. φιλοστόργως ὄμφακος ὠμὰς, τὸν ἀμπόφορα ἀπὸ μαννοφόρει: κιγκλίζει, & κιγκλίζει.

NOn probo quod interpretes vocem φιλοστόργως, exponunt σκληρῶς, in undecimo Theocriti: ubi de Galatea ait Cyclops.

Λευκοτέρα παλίας ποτιδέγμα, ἁπαλοτέρα ἄρνες,
Μόχθω γανυστέρα, φαιρωτέρα ὁμφακος ὁμᾶς.

omnia iſta in laudationem † ἐρωμένης effutit inſanus amator: neque in iſtis verbis ulla aſperitas aut fœvitia illius notatur, ut putant illi, φαιὸς, eſt ſplendens, nitens, λαμπρὸς, ut interpretantur veteres grammatici, quorum potius auctoritate nitendum. Callimachus, φαιρὴ τᾶμος ἀνίαχε ἴωξ. ea voce commendat Cyclops in Galatea ſua cutis bene curatæ nitelam & gratiam. interpretes movit fine cauſa ſimilitudo uvæ immaturæ: nam Græci poëtæ ita ſolent exprimere id quod in mammis turgentibus & ſororiantibus adeo mirantur formarum ſpectatores. Nonnus libro XLVIII.

Δίρκιο πᾶσι σφεγγάσσι θεραπόντεσσιν ἀνίδι μαζὸς
Ὁμφακος εἰδαίνοντος ἀδηλίνας.

Idem poëta alibi vocans ἀκλινῆ, ferme idem ſignificat. libro VII.

Ἀκλινίων τερχθέντας ἴτυν μιτρώσαλος μαζῶν.

Ovidius in XIIII. Metamorph. ubi plurima de hoc poëta mutuatus eſt manifeſtiſſime, alio ſimili uſus idem dixit Theocrito. Ait ibi Polyphemus Cyclops,

*Splendidior vitro, teneroque laſcivior hædo,*

omnino φαιρωτέρα ὁμφακος ὁμᾶς valet, ſi rem potius quam verba ſpectes, *Splendidior vitro.* Ne illud quidem probare poſſum quod in iſto ejuſdem idyllii loco,

---τρίφος δ' ἰζεῖ ἐνδυκὲς νιφόεν
πάσας ἀμπώρους, ἢ σκύμνους τίτασας
ἄρκτων.

conſentiunt Latini interpretes & emendatores priores in damnanda altera lectione quam affert ſcholiaſtes, & præfert vetus editio Romana, πάσας μαστοφόρους. mihi enim hæc potior videtur ſcriptura: nec dubitaverim ſecundum eam contra alteram litem addicere. abſurdum eſt, νιφόεν, quæ nondum eſt tenera cerva, dici fœtam. durum eſt, cervæ embryonem vocari ἄμνιν. At poëtæ in proprietate dictionum obſervandæ, parum ſæpe ſunt religioſi. id quidem verum: ſed ne hic νιφόεν cervam interpretemur, impedit quod ſequitur junctim de urſæ catulis. vetat & Virgilius qui *capreolos* imitans hunc locum dixit:

*Præterea duo nec tuta mihi valle reperti*
*Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus ambo.*

Ovidius quorſum ſpectaret hoc munus pluribus exponit:

*Inveni geminos qui tecum ludere poſſint*
*Inter ſe ſimiles, vix ut dignoſcere poſſis,*
*Villoſa catulos in ſummis montibus urſa.*

quanto ſunt habiliores ad colludendum hinnuli, ſive capreoli, cerva fœta, tanto vulgatæ lectioni & interpretationi præſtat ſcriptura altera, & quæ ex illa elicitur ſententia. Quid ſignificet vox μαστοφόρους, recte in ſcholiis explicatur. Pollux quoque μάνος vel μάννος pro torque Doricam eſſe dictionem ſcribit: quod facit non parum ſtabiliendæ iſti γλοσσῇ. Juvat nonnihil & Virgilianus Polyphemus, qui etſi non idem, ſimile tamen dicit de ſuis capreolis, cum canit, *—ſparſis etiam nunc pellibus ambo.* Latinus poëta ἁμφίδεξιν κόλλοπα commendat: Græcus cultum & ornatum. ſolita autem varie ornari animalia quæ animi cauſa alerentur, alibi fuſe notavimus. Sunt apud Græcos duo verba & ſono & ſignificatione affinia, κιχλίζειν & κιχλίζειν. ambo orta ſunt ab avibus: prius quidem à cinclo, qui numeratur ab Ariſtotele inter aves aſſidue caudam motitantes. inde ergo κιχλίζειν, obſcœnum vocabulum, quo uſus Theocritus in quinto. Κιχλίζειν à turdis deductum minus turpem apud Atticos ſignificatum habet. eo enim gulæ & cupediarum vitium notabant. Perſius eleganter expreſſit, *turdorum noſſe ſalivam.* apud alios ſcriptores non multo honeſtius ſonat hoc verbum quam τὸ κιχλίζειν. eo enim utuntur ad procaces nequitias amantium deſignandas. nec ſunt audiendi viri docti qui hac notione κιχλίζειν ſemper ſcribi volunt. nam ita accipit Cyclops in fine idyllii hujus.

Πολλὰ συμπαίζοντι μοι κόρη τὰν νύκτα κίκλησαι·

Κιχλίζοντι δὲ πᾶσαι. vel κιχλίσδουσι, ut in quibuſdam. Confirmat hanc ſcripturam Macedonius epigrammatarius poëta, qui τὸ κιχλίζειν quid ſit, venuſte explicat.

Κιχλίζει,

Ἐκκλίζε, χρημάτισμα γάμε περίλυδον ἰῶπα·
Ἠντχά μοι πύτης· πάντα μάτιω ἰρίθις

Mox, Παῖζε μόνη τὸ φίλημα· μάτιω πύπτιζε σαυτῇ. declarat & Athenæi referendarii alterum epigramma.

Ὁμμαῖς διπύλις χρυφίων ὑπ' ἀλμαῖς πυρσῶν,
Χίλια δ' ἀκεσβαρᾷ λαξὰ παρικλαπίλις.
Καὶ πολὺ κιχλίζυσα σοβεῖς ὑβδερυγᾶ αἴγλαν.

Macedonii verſum profert Suidas in κιχλίζε: ut de ea lectione dubitare nemo queat. Tranſeo ad ſequens carmen: cujus initio etſi non improbo vulgatam diſtinctionem,

Ἠλυθες ὦ φίλε κῦρι, τελίτᾳ τὸν τυκτὶ χ' ἡδεῖ Ἠλυθες·

ſequar tamen potius alterutram duarum quas notavi in veteribus libris. prior interrogationis notam ponebat poſt ἀεί; altera poſt ſequens ἦλυθες. Eſt illi ſimile, *Tenesne te mea Antiphila?* In decimoquarto verſu manifeſtum eſt ἀπαλάυδον: nam ἡ ἕτερα αἶτια poſuit, cum orationis ſeries poſtularet ὁ ἕτερος αἰτιᾶς.

Διὸ δή τιν τώδι μὰν' ἀμφορίεσιν γαίοδι φωδ'· ὁ μὲν ἦς ἴαπιλος, φαὴ χ' ὁ 'μυκαλήσδων'
Τὸ δ' ἕτερα πάλιν, ὥσκιν ὁ Θίοτακλος ἴσκει, αἶτιαν.

## CAP. XIV.

*XIV. idyllium leviter percurritur. Hylæ parentes: Cupidinis incertus pater.* εἰσορᾷν *pro vivere:* ἀλκδινὸς ἀνήρ. ἀφ' ἧ τότε. πότε δ' ἄλλο ἐπ' ἄλλο δ' ἀεγλής. *Locus Apollonii emendatus.*

FAlſum eſt quod de Hylæ parentibus tanquam ex Apollonio promtum legitur in ſcholiis ad principium decimitertii. Apollonius ſiquidem nec Philodamo, nec Ceyce natum facit Hylam, ſed Theodamante. Is de Hyla & Hercule ſic canit in primo,

-- πρόσθε δ' ὅμως ἐκ πατρὸς ἀπούρας
Δεύς Θιοδάμαντος.

Scholiaſtes, ἢ Υλαν ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Θιοδάμαντος φησὶν εἶναι υἱὸν· Ἑλλάνικος δὲ Θεμίστης. Cum ait poëta, ἐπ' τινι τοῦτο διαὶ πάντα τέκνον ἴγνωθ' de patre Cupidinis intellige, qui incertus eſt. ut refert Servius. Meleager,

--πατρὸς δ' ὑκ ἴτ' ἴχω τίνος· ἤτοι γὰρ αἰθὴρ
Οὐ χθὼν φησὶ τικεῖν ἢ θερσύν, ὦ πλαγθ.

Idem alibi de Cupidine, γενίτης δ' ἤτ' εἰ τις ἤτε τυφὸς. Sed & mater incerta: variant enim hic quoque auctorum ſententiæ, quas vide apud interpretem Apollonii, in tertium, & interpretes Heſiodi. Ait, -- τὸ δ' αὖ ἔπος ὑκ ἰσορόωσιν, ἱστορᾶν, ſeu *videre* pro in vivis eſſe non male accipit ſcholiaſtes. ſic apud Tragicos βλέπειν ἐκπε: & Homerus

Οὔτις ἰμοὶ ζώοντε κ' ἐπὶ χθονὶ δερκομένω.

nam δερκομένω quidam interpretantur βλέποντε & ζώοντε alii aliter, ut Priſcianus, qui eum verſum vertit, *Non me vivo & in terra videndo.* Deinde ſequitur, Καί μιν πάντ' ἰδίδαξε. Apollonius,

Δὴ γὰρ μιν τοίοισιν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἴφραδε.

Addit,

Αὐτῷ δ' οὖ τι ἔλαχεν ἐς ἀλκδινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

interpres legit αὐτῷ pro αὖτῷ, & explicat αὐτὸν, hoc eſt, jam in illa ætate. de quo ſuum eſto unicuique judicium. ἀλκδινὸν ἄνδρα idem interpretatur, vere virum, ἀνδρεῖον. potes & pro juſto & probo accipere. Priſcianus libro XVII. *Juſtum pro vero, & verum pro juſto, frequenter tam nos quam Attici ponimus.* & paſſim exempla: ſic etiam apud Hebræos. Ait,

Πατρὸν ἐκ ποίων περιλεγόμενοι εἶεν ὀφελός τι.

Apollonius, -- ἀγελόμενος κακαχαίδος εἶτε φίλοιτο. Ait Theocritus, -- ἀφ' ἧ τότε χειρὸς ἔτας. Apollonii verba inſtar commentarii erunt,

Πότερα δ' οἱ τόν γε χολωσάμενον ἀπιχθὸν ἀλλάξατο
Νυκτιμένης ἐρίζωνος· ὁ δὲ ἧ μάρτιμος ἦεν
Ἐκ μακάρων, οὔτ' ἄρτις ἰδὼν διὰ γῆ πεφάτη.

in

in quibus verbis niſi accipias ἰδὼν pro βλέπων, hoc eſt, ſine pernitie, vivus, legi malim ἰών. & obſerva φρένιν Theocriticam, ἀφ' ὧ τότε pro ἀπὸ τότε, vel ἀπὸ τοῦ τότε χρόνου. cujus mihi aliud exemplum non ſuccurrit. ut nec hujus quam in eadem voce τότε apud Apollonium notabamus: qui dixit, τότε δ' ἄλλο μὲν, ἄλλο δὲ, pro ἄλοτε μὲν ἄλλοτε δέ. locus eſt libro IIII, ubi canit de Sirenibus,

-- τότε δ' ἄλλο μὲν ἀοιδῆσιν,
ἄλλο δὲ κηρύθεσκεν ὑπαὶ γλυκερὴν ἰύγγα λιγαίας.

Sequenti verſu, cave erres cum interpretibus, qui ἰχατιὰς, de neſcio quibus agrorum extremitatibus interpretantur. Verba Theocriti,

-- ἰχατιὰ δὲ
Ἅρπα νέον βλάστοντι, τετραμμένη ὠδῖνι ἴσον.

appellant Græci ἰχατιὰς ſingulorum agros ſuis finibus diſtinctos & ſeparatos. recteque doctiſſimus gloſſographorum Heſychius expoſuit ἀχῶν. ita hic accipiendum, & in iſto oraculo apud Plutarchum. Ἐχατιὴν πυρὰκτε Λύκει καμάκεσσι δοκεύων. Ariſtides Sacrarum ſecunda, ᾗ πορφύρεος ὁ Ῥῆθος ὡς ἰχατιάς τινας τῶν αὐτοῦ, εὐθέσεσι τέθαπται ὑπ' αὐξητοῦ. Sed in ea voce apud elegantiſſimos auctores interdum aliquid ineſt contemtus. Alciphron in epiſtolis, Κριτίᾳ ἰκετεύειν ἐκ βασιλέως ᾗ Περσικοῦ πλούτου, ἢ καθέμενον ἐπὶ ᾗ † Ἀτλικῆς ἰχατιᾶς κωμῴδιε ᾗ αὐχμηρὸν ἱρυγάνιν. ita loquitur, quoniam Attica erat κατὰ γῆν, nec uber ſolum. dicitur & de ædibus ſimiliter οὐτιδανοῦ χάους, quia gurguſtia pauperum in extremo oppido eſſe ſolent, procul ab omnibus locis celebrioribus. Baſilius Olymp. οἷα πολλοὶ οἱ θαυμάσιοι † φίλου ἡμῖν πνεύματος ᾗ φιλοσοφίας ζηλῶ † ἰχατιᾶς ἀπηκούσαν. Talem ἰχατιὰν intelligit Praxinoa in Adoniazuſis,

Ταῦθ' ὁ πάρεδρος τᾶνος ἐπ' ἰχαλᾶ γᾶς ἰαλεῖ
ἰσόδως
Ἰαλὸς ὑπ' οἰκητᾶ.

Sequitur apud Theocritum,

ὡς σ' ἐνὶ' ἀὐγίσθης ἀκάματος λίς, &c.

qui locus ita placuiſſe Apollonio videtur, ut in eodem argumento, hoc eſt, in raptu Hylæ, bis eum ſit imitatus. & ἐθιμοτάτῳ δ' αὖτε Theocriti reſpexit, niſi fallor, cum dixit, —ἄγνυσι δὲ κλάδ' ἤδιμον. Atque hæc hactenus. Volui autem tironibus, velut ad fontes intenſo digito, indicare, quam poëtæ hujus, æqualis propemodum ſui, ſtudioſus fuerit Apollonius. Cujus quia toties facta hic eſt mentio, lectorem monebo ὑφ' πάρεργον, de mendo quod dum hæc ſcribo apud illum animadverti. Verba ejus ſunt lib. III.

-- δοῦλ δὲ κλαυτὸς
Δολιχῆσι δακρύοισι· τὰ δ' ὑρῆιον ἀσηγὲς
αὖτως.

Legendum eſt enim ἀσαγὲς, non ἀσηγὲς, quæ vox iſto quidem loco eſt inepta, neque dubium eſt ita ut emendamus legiſſe doctiſſimum ſcholiaſten, qui notat τὸ ε hic eſſe ἐπιβατικὸν, ut in illo Homeri. ἔξυπε δῶμα. Heſychius, ἀσαγὲς· πᾶν τὸ λάβρον. Nicander Theriacis, -- ἐξ ὑσίχου δὲ κατιδίτας ἀσαγὲς ἅμμα. ita autem dictum Apollonio ἀσαγὲς μὲν τὸ δάκρυα, ut ab aliis multis ἀσαγὲ δακρύῃ. quod ad Oedipum Coloneum exponitur in ἐξηγήσει Sophocleis, πολυσαγεῖ. Latini poëtæ, *guttatim*. Ennius Hecuba, *hinc mea lacryma guttatim eadunt*. Male etiam ζυγὰ de navium tranſtris accipiunt ibi, κατὰ ζυγὰ δοῦπα πίπτοντα. eſt enim à re militari ductum. ſed de eo plura alias.

## CAP. XV.

*Ad idyllium XIV.* Αὐαλέοι κλίνοι, αὖον ψυχὴ· ἄσυχα ὀξύς· *mos amantium.* ἐλαύνειν πῦρ ὅθι κόρρας· pugnam ducere. *alia nonnulla.*

VEniamus ad idyllium decimumquartum. Αὐαλέαι κλίναι poëta vocat, oleo & unguento non delibutos: his opponuntur πολλάκις λιπαραὶ ſæpe apud poëtas. Ita autem Græci illuviem, ſqualorem, & auſteritatem vitæ ſiccitatem appellant: eſtque vetuſtiſſimum dictum Heracleti, αὐὴ ψυχὴ σοφωτάτη. pro quo hodie ſcriptum apud Clementem Alexandrinum & Plutarchum αὐγή: ut alibi pluribus explicamus. Verſu ſeptimo ſuavis jocus eſt in Pythagoriſtam illum qui Athenis venerat in Siciliam,

Ηερῶ

Ἠρῶ μὰν ἁ τῆνο (ἰμὶ δυστᾶ) ἐκτὸς ἀλύρω.

ru, inquit, maceret, horridus & ſqualidus, amore mulieris: & iſte quoque oſſa erat ac pellis propter amorem, non mulieris quidem, ſed panis. vult dicere, famelicum fuiſſe, & ex inopia neceſſario abſtinentem: quam autem iſta Platoni conveniant, cujus ſplendida ſemper vita, luxui propior quam ſordibus, nemo eſt quin videat. Quare valeat illorum acumen, qui perſtringi hic Platonem à poëta divinarunt. In verſu decimo legit ſcholiaſtes, & reperimus nos in ſcripto codice,

Τοῦτος μὰν ἀεὶ τὸ φιλ' Ἀλχίνα ἄσυχα ἐξύσ-

quod ita explicat, ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ τοῦ σιωπῇ ἐξυσθήμενος. οὐ δὲ ὁ πάντα σιωπηλὸς ἀνάρχης, ἀλλ' ἔχει τι καὶ ἐξύπνιον· ἢ ἄσυχα ἐξύς, ἀντὶ τοῦ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἴσυ κινούμενος καὶ τιλλόμενος ὑπ' ἀσυχίᾳ καὶ μὴ ὑπ' φασερᾷ. Etiam horum verborum interpretationem quæ affertur à ſcholiaſte:

Ἦδη δὲ περιῶσα ἴδοὖ ἐπιχαθὴς ἄκρατος ἅ τινος ἤθελ' ἴκατον, ἴδη μάνη ἄ τινος. Ἐπίκ.

cur ineptam cenſeant quidam, rationem non video: nam certum eſt in commeſſationibus fieri ſolitum, ut ad nomen ſuæ ἐρωμένου biberent. & quos cyathos alicujus gratia educebant, de ejus nomine eos appellabant: puta, Glycerii, vel Laïdis. ideo ait, ἅ τινος. id eſt, cujus eſſet id poculum quod poſtularetur. Sic loquitur Callimachus in eo loco quem ante attigimus: Ἔγχει, ἁ πάλη ὑπνί, Διοκλέι. Interdum etiam tot cyathos ſiccabant, quot literis conſtabat τὸ ἐπιφημιζόμενον nomen. Epigrammatarius Latinus.

*Navia ſex cyathis, ſeptem Juſtina bibatur.*

verſu XXII. probo valde hanc lectionem & interpretationem, quam inter alias affert ſcholiaſtes,

Οὐ φθονεῖς ὁ λύκος οὗτος, ἐπειδή τις ὡς σοφὸς ὤκιν.

Trajectione locus nonnihil obſcuratur. Sunt autem priora verba Æſchinæ: poſteriora unius è convivis, qui Cyniſcam alloquitur conſcius ejus erga Lycum amoris. Senſus eſt: Tacente Cyniſca, ego gravius commotus, Non loqueris? dixi. tum aliquis de iis qui intererant convivio, ita per jocum Cyniſcam eſt affatus: Vidiſti nimirum Cyniſca lupum, ut vetus eſt dictum. ita accipit interpres illa verba. ὡς σοφὸς ὤκιν. in voce autem λύκος ſuaviſſima eſt ἀμφιβολία. Scholiaſtæ verba ſunt hæc. σιγώσης αὐτῆς, ἐπαφεῖς τις τῶν αὐτὴν εἰπών. paulo poſt, ὡς σοφὸς ὤκιν. ἄγαν. ὡς ὁ παροιμιακὸς ὤκιν. Sequentis verſus,

Χ' ὕφθα νὺ μαρίως κιν ἀπ' αὐτᾶς ἁ λύκινον ἄψας.

ſententiam expreſſit poëta incertus hoc epigrammate lepidiſſimo,

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύτην διζημένους, ὕτος ὁ τύκλωψ
Τὸν καλὸν ἐμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι.
Δυσὶ γὰρ ἀπ' ἰμᾶς ψυχᾶς ἄψαι σίλας· ὑνθάδι γάρ μιν
Καδμεῖος, πολλὰν ἐξαίρει φλόγα.

Non longe poſt, ἰκαύτην πῦξ ἐπὶ κόρας, ita fere dictum ut Latine *pugnum alicui ducere*, vel *colaphum*. Ulpianus, *Si, cum ſervo pugnum ducere vellem, in proximo te ſtantem percuſſero.* Quintilianus, *Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod durum caput habeas.* Claudit poëta hoc idyllium ita,

-- πολλή τι θέλ' ὀλίγου χλοερῆν.

Horatius in re diſſimili ſimillime eſt locutus,

*-- dumque virent genua*
*Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.*

Sic apud Ciceronem, *viriditatem habere*, pro vigere.

## CAP. XVI.

*Adoniazuſæ percurruntur.* Ἔχε χάλλιστα, ὑπαινῶ· recte: benigne: ἀλλήματος· ἀδλήματος· ζωμάτια ἔρια· σκιάτια ἄκρα· σκιλλών· κρεῖττόν ἀρ' ἰχθῦς κρεμαρεῖν ἐστὶν, deponere, detexere. ἐμπεργατεῖς· ἀνάδλω μεγάλως: o bene. ἀπίλαυτα. ὁὶς ὥρας· φλό-

*ζειν δ' φιλέεσθαι, χαριεν ὑπομάσσειν, ἰάλλεμος· μαλακώτερος ὕπνος. alia multa.*

VErſu tertio ſi iſta verba ἔχει κάλλιστα, non Eunoæ ancillæ tribuerentur, ſed Gorgoni, quæ ſuam viſebat amicam Praxinoam; haberent eam ſignificationem, quam apud Ariſtophanem notat ejus interpres: quando videlicet oblato beneficio non utentes, gratias agimus. eam vim habet *recte* apud Terentium. *Rogo, nunquid velit? Recte: inquit:* *abeo.* apud Horatium *benigne*.

*Mirari ſecum tacitus: quid multa? Benigne*
*Reſpondet.* &c alibi,
*— at tu quantumvis tolle: Benigne.*

Græci hoc ſenſu, ut Plutarchus etiam eſt auctor, dicunt κάλλιστα. vel ἔχει κάλλιστα. ὑγιαίνει. id quam belle huic loco conveniat, facile quivis intelligat. nunc tribuuntur ancillæ: utrum rectius, docti judicent. Sequens verſus etiam doctiſſimis viris negotium faceſſit.

Ὦ πᾶς ἀθάμαντ' ψυχὰς! μᾶλλ' ὔμμιν ἰσάθλιον.

quid enim eſt ἀθάμαντ'? Scio in promtu eſſe reſponſionem, è Corintho illo cujus circumfertur de Dorica dialecto συμφοιτάδων quædam collectio. In ea ſcriptum, Dores ἀθάμαλος ψυχὰν vocare ἀπὸ τοῦ πνιγῆς, οἷονεὶ ἐξω σάματος. Sed mirum præter iſtum neminem è veteribus, vocis hujus ullam facere mentionem: non Heſychium, non Suidam, non Euſtathium, non ullum ullius poëtæ interpretem. Ego vero iſti grammatico fidem arbitrari pridem deſii: planeque mihi perſuadeo vocem eſſe corruptam: in qua ſententia vehementer ſum confirmatus, poſtquam in antiquis ſcholiis manu exaratis reperi hanc ejus vocis (quæ tamen ibi ſcripta non erat, ſed exciderat) interpretationem, ὕγιαι ἢ ἰσχυραί. tam enim dubitari nequit aliter lectum ab auctore hujus gloſſulæ, non ἀθάμαντ'. quam certum eſt legiſſe eum ἀθαμάντ'. Quare ita poſthac emendemus. ἀθάμαλος poëtæ dicunt pro ἀθάμαστος ob metrum. Heſychius, ἀθάματος, ἀθάμαστος. ἀπεκτακώς. Multa de hoc poëtarum more veteres critici notant: Euſtathius præſertim ad Ὀδυσ. π. qui profert ex Pindaro θυμαρέα pro θυμαρέα: poterat ex Homero, cujus eſt hic verſus in Mercurii hymno,

Ἀφρεσὶ κὰδ' ἀνέμοιο θοίνιον θυμαρέα ἔργα.

Refert etiam Theon commentariis doctiſſimis in Aratum, ſcripſiſſe quoſdam σημαρέα ἄστρα pro σημαντά, non ut alii ſcribunt (& melius) — σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐκκείμενα Ἄστρα διακρίνας. Accedit huc quod notatum eſt à doctis viris. legi in quibuſdam codicibus ἀθαμάντ'. quare abſque ullo dubio ſcribendum ἀθαμάντ' non ἀθλιμάντ'. ut vulgo obtinet: non etiam ἀλιμάντ', ut emendant eruditi homines: id enim ſententiæ hujus loci non convenit: at convenit lectio quam reponimus, & quam vetus ſcholiaſtes agnoſcit. Gorgo enim cum ægre & multum fatigata ob turbam quæ vicos omnes & vias urbis complebat, ad Praxinoam perveniſſet, exclamat. ὦ πᾶς ἀθαμάντ' ψυχὰς! id eſt, *ô durum & fortem animum, ac multa paſſum!* Similis exclamatio apud Æſchylum in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ἰὼ κακοὶ ἀτρίμητοι! ſcholia ibi, ἀτρίμητοι, ἀθάμαστοι. ἀκαταπόνητοι, ὑπὸ τῶν κακῶν μὴ κατατρυχόμενοι, ἢ ὅτι πολλὰ κακὰ ἐθαύμασαν. iſta verba non minus Theocriti locum nobis explanant, quam Æſchyli. At ὦ πᾶς ἀλιμάντ' ψυχὰς, eſſet pœnitentis oratio, & ſeſe ſtultitiæ damnantis: quæ non eſt Gorgonis mens. deinde obſtat ei emendationi auctoritas Euſtathii, qui obſervat dictionem ἀλιμάλος ex iis unam eſſe, quas ſibi proprias habet Oppianus. non facturus, opinor, neque hunc errorem erraturus, ſi Theocritus, Oppiano tanto antiquior poëta, eo vocabulo eſſet hic uſus. poſt Oppianum uſurpavit Crinagoras epigrammate εἰς σοφίαν.

Μυσίον ἀλλ' ἐπὶ θῆρα μετήρχομ' ἔμπα δ' ἀμοιβὰ
Εἴδωλα ψυχῆς ἀλιμάτοιτι μίθοις.

XVI. πλῆν ἢ φῦκος ἀπὸ σκιτῆς ἀγορεύθω. interpres σκιτὸν exponit σκυτάγωγον, mercatum: addit ſcriptus, παρόσον οἱ σκυτοτόμοι σκιωδῶς ἐκπώνουσι τὸ φῦκος.

XXV. ἦν εἶρες, χ' ὧς ὄνος ἴδετο τὸ τᾶ μὰ ἴδοιτο. aſſentior ſcholiaſtæ ſubaudienti διηγήσατο, non λέγει aut ἀπήγγειλεν. Mox idem cum τὸ κατάπλυκος ἰμπερόσμα explicat ita, τὸ ἀνάπλυκος ἰμπερόσμιον ἢ ἀνακλῶν: docet nos poëtam περιφραστικῶς extulisſe ἰμπερόσματος εἶδος. Ita enim veſtis muliebris genus

genus ſago virorum affine appellabant, Heſychius. ἰματιοπωλεῖς, ἱματίων διπλῶν: poëta paulo ante περιστερίδια vocavit,

-- τ' ἀμπίσχετο ἠὲ τὰν περιστερίδια καλύπτ.

ex quibus verbis didicimus fuiſſe veſtem interiorem, quæ fibulis aſtringebatur ad pectus. illi ſuperinduebatur τὸ ἀμπίσχεσθαι, id eſt peplus aut palla. Fibulæ quia diductis pepli alis, fere conſpicuæ erant, ditioribus habebantur ex auro. Callimachus, Αλλικα χρυσείην ἀραγμένος ὑπέρτρι. nam ἄλλη eſt ſimiliter veſtis interior, χιτὼν χειριδωτὸς Heſychio: vel ἱμάτιον, id eſt ſagum. ut apud Plutarchum in Mario. Martha Syra φοινικίδα διπλῆν ἱματιοφορεῖται. Sed iſta alibi pluribus.

XXXV. -- λέγε μοι πόσου κατέδω ἐς ἀφ' ἑσπέρας; id eſt, quantum impendiſti priuſquam hanc veſtem detexueris? Quod vulgo textores dicunt. de perfecto panno aut tela. *deſmonter la piece*, id Theocritus elegantiſſime dicit. καταδαίρειν ἀφ' ἑσπέρας. alii ſcriptores καθαιρεῖν ἱστόν. ut Strabo de meretricibus Corinthiacis loquens libro octavo. Proclus in Heſiodum, τὸ καθαιρεῖν (male vulgo καθαίρειν) τὸν ἱστὸν περὶ παστάδων ἄπτειν οὕτω τῇ κοσμιότητι τὰ ὑφάσματα. τῶν ἄκρων ἱστῶν διυφαινομένων. Latini *detexere*. Gloſſarium vetus, *detexo*, καθαιρῶ ἱστόν. Titinius Fullonibus: *Qua inter annos decem nequiuiſti tegam unam detexere.* ſignificantius tamen alii, *deponere*. Paulus Diaconus libro II. cap. V. Sophia Narſeti *fertur mandaſſe, ut tam puellis in gynaceo lanarum faceret penſa dividere. Ad qua verba Narſes dicitur hac reſponſa dediſſe. Talem ſe eidem telam orditurum, qualem ipſa dum viveret, deponere ac detexere non poſſet.* Dixi ſignificantius: nam proprie *detexere* non eſt aliud quam τὸν ἱστὸν ὑφαγκόνειν. & ita ſæpe apud Plautum & Ciceronem, quare non omnis dextera tela, utique & depoſita.

XLIX. Οἷα πρὸς ἐξ ἁπάντας κεκοσμήμενοι ἄνδρες ἐναρσθεῖεν.
Αἰολίδες ἡμεῖς, καλὰ πάγχυ, πάντες ἰφθίμ.

Lego, πάντες ἄρῃσι. omnes armis ſuccincti & militares. indicat Ptolemæum præmiatoribus & graſſatoribus liberaſſe vias intra & extra oppida Ægypti. Similis locus in ejus Encomio, ubi ἄρηας vocat, quos hic ἀρῆας. quia more hoſtium infeſta armis reddebant itinera. eos omnes ſuſtulit Ptolemæus eadem peſte aliquando vexata eſt Italia, & ab Auguſto liberata. Suetonius libro II. cap. XXXII. apud eundem ſcriptorem *quadrigariorum luſus* à Nerone vetiti lib. VI. cap. XVI. non diſſimiles fuerunt iis quæ poëta vocat καλὰ πάγχυ. Elegans vero eſt loquendi genus quo mox utitur,

Ὠιδάδω μεγάλως ὅτι μοι τὸ βρίσος, μὴ ὄφελον.

aut potius ὤιδαι, ut initio. Latini dicunt, *Factum bene*, vel, *O bene*. Martialis,

*O bene, quod ſylva colitur Tirynthius iſta.*

& Græci quoque ὡς εὐτυχῶς. Ariſtophanes *Equitibus*:

Ὡς εὐτύχως, ὅτ' ἐκ τοιᾶσδε λαίφεσιν ὤιδαμεν
Καὶ ταῦτ' ἐπ' ἄλσει.

Interdum Latini *Bene*, ſimpliciter: Apulejus in Apologia. *Bene, quod integram epiſtolam matris Pontianus ex more aſſervavit: bene quod vos ſoſtinatio judicii antevertit.* plane hic *Bene*, eſt ὠιδάδω μεγάλως. contrariam ſententiam Ariſtophanes expreſſit verbo ἀπόλωνται, in *Avibus*:

Ἀπόλωνται γὰρ τῇ τ' ἀνθρώπων ἐπιδεᾷ.
Εἴ τις γέ μοι μέλλει τ' ἀγαθὸν ἐπιβουλεύειν.

ἀπόλωνται eſt, quod vulgo dicimus *il eſt perdu* cum lucrum ſperantes damnum referimus. *j'ay bien gaigné.* ut ὠιδάδω μεγάλως, eſt quod nos, *Dieu m'a bien aidé.*

LXII. Καλὸν πάσσαι, πύρι δὲν πάντα τελεῖται.

Herodotus Polymnia pene iiſdem verbis ἴσα δ' ἐστὶ μεσὸν ἀνθρώπῳ αὐτόματόν γὰρ οὐδέν. ἀλλ' ἀπὸ πάντα πάντα ἀνδράσι φαίνεται γίνεσθαι. Illi autem, ὃς Τρῶϊν πειρήσατο θεῶν Ἀχαιῶν, ſimile eſt illud Alexandri apud Curtium libro VII. *Experiendo quæ cæteri deſperaverunt, Aſiam habemus in poteſtate.*

LXIV. Πάσσα γυναικὸς ἴσαται, ἁ δὲ Ζεὺς ἀγάγετ' Ἥραν. Plautus videtur imitatus, ut etiam Gulielmus Canterus obſervavit,

*Id quod in aurem tax regina dixerit*
*Sciunt: quod Juno fabulata eſt cum Jove.*

LXXIV. Κ' ἴλε ὄφρα κύπελλα φίλ' ἀνδράσι λιπὼν

κατὰ ἔτος. εἰς ὥρας ſignificat in *annum*. ſic vulgo ſolemus bene precari in diem & in annum. contra in precandi formula erat, μὴ εἰς ὥρας ἔτους, vel εἰς ὥρας. eam ſignificationem hujus vocis alibi probamus: quia videmus parum multis eam fuiſſe obſervatam.

LXXVI. Θαλίστας Εὐνίκα ἄμμιν. Repone veram lectionem, φαλίστας. Æoles φαλίζω & φαλίστας, & hac Æolum voce uſum hic eſſe Theocritum, ecce teſtem locupletiſſimum. Euſtathius τὸ μὲν ὃν φαλίστας τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις. Αἰολικῶς καὶ αὐτό. Ac videtur Euſtathius legiſſe φαλίστας, non φαλίζοις, ac probo. poëtæ locus eſt Od. ρ.

Ὦ πολλῇσι φαλῇσι παρασὰς φαλίστας ἄμμες.

XCV. --ὐκ ἀλίγω μέ μοι κῆδε ἀκαμάξης. de hoc loco quid ſentiamus ad Theophraſti Characteres brevi, Deo dante, ſub incudem revocandis, exponimus. nam virorum doctorum interpretationi acquieſcere non poſſumus. neque item eorum probamus ſententiam qui tertio ab hoc verſu Ατις ἁ Σπέρχις τὸ Ἰάϊον μέλεσται, malunt ſcribi Ἰαλέμῳ. Poëta enim ſignificare voluit fuiſſe victum Sperchin in cantu τῷ Ἰαλέμῳ. Ialemus eſt genus cantilenæ lugubris, teſte Apollodoro & aliis, non proprium hominis nomen. jam μέλεσται τὸ Ἴδυιον, ſic dictum, ut νικᾷν Ὀλύμπια. quod Græcis uſitatiſſimum eſt, & Latinis non inſolens. Ennius,

*Sicut fortis equus ſpatio qui ſæpe ſupremo*
*Vicit Olympia.*

CI. Χρυσὸ παίδων Ἀφροδίτα. Malim χρυσὲ pro χρυσῦ. Primum ita eſt in veteri ſcholiorum libro: deinde, notum etiam pueris, pretium apud Græcos eo modo efferri. Juvant & poëtarum ſimiles loci. Parmenio in epigrammate,

Ὁ Ζεὺς ἢ Δανάῃ χρυσὸ· κἀγὼ Νέ τι χρυσῦ.

poëtæ mentem recte expreſſit ſcholiaſtes, ὅτι διὰ τοῦτο οἱ ἐρῶντες πείθουσι τοὺς ἐρωμένους. Infinita ſunt apud utriuſque linguæ poëtas in hanc ſententiam. Paulus Silentiarius,

Χρυσὸς ὅλως ἰυτῦρας, ὅλως καλέσας ἱλίγχει·
Χρυσὸς ἑκηβολίμηλ τὰς σοβεκεζωνάρυς.

In priore Pauli verſu ſcripſimus ἰυτῦρας cum Suida & Aldo, non ἰητῆρας, ut vulgo editur. Porro Euſtathius, ad Il. γ. hunc locum deſcribens, habet χρυσῆ. quare ſi placet, tueamur vulgatam γραφήν. Sic fere Macedonius, Τῷ χρυσῷ τ' ἐρώτες μεμίρυκμαι

CXXV. Παρρήσιος δὲ τὰ κάτωθεν ἄνω μελακόπεζος ἔπτυ. imitatus eſt Antipater. Ἡ ζωκράτης κάλαυρα κόραξ μελακόπεζος ἔπτυ. Verſu penultimo cur dicat poëta,

— κἀξέπτη γα μηδὲ πετίσθης. (nam ita ſcribi malim) Seneca explicat, De ira libro III. *Vetus dictum eſt, à liſſo rixam quari. Æque autem & ab eſuriente, & à ſitiente, & ab omni homine quem aliqua res urit.* Vide & Plinium lib. XXII. c. XXIV.

## CAP. XVII.

*Ad* XVII. ἀρμαλιὰν ἴμμιον, *demenſum. Aleuadæ & Scopadæ. color fœmineus.* ἀειδιμητὸς, numerabilis. *erant numerus. nonnulla alia.*

SErvos alebant antiqui, non ut nos hodie noſtros famulos, ſed ſeparatim, urbanos quidem in cellulis, eorum autem qui rure opus faciebant, in ergaſtulis pleroſque, certum frumenti modum ſingulis menſibus ipſis metientes: quod *demenſum* vocabant, ſive à menſe, ſive à metiendo. eſt enim incertum, inquit Donatus. Eum morem prius fuiſſe in Græcia ſervatum, arguit hic verſus in Theocriti Charitibus.

Ἁρμαλιὰν ἴμμιον ἰμετρίσαῦο πυίσᾳ,

nam ἁρμαλιὰ ἴμμιον, *demenſum* eſt, ſive *menſurna diviſio*, ut appellat floridiſſimus martyr S. Cyprianus, alimenta presbyterorum. nam quod in familia exhibenda olim factitatum à patribus familias, id poſtea etiam in aliis obſervatum, quibus alimenta erant præbenda. Aleuadæ & Scopadæ quorum poëta meminit, hodie è memoria hominum pæne ſunt exempti: poſtquam Simonides. Euphorion & alii qui de eorum laudibus & rebus geſtis ſcripſerant, interiere. tamen ex Herodoto, Ariſtotele, Diodoro Siculo, & aliis ſatis conſtat duas fuiſſe eas familias, quæ privatis opibus quondam in Theſſalia & vicinis inſulis late imperitarunt. Sed Aleuadarum quidem nomen illuſtrius.

Scopadæ

Scopadas nihil fere nobilitat æque ac ruina illa domus ipſorum: cui, miraculo exemtus Simonides: Scopas cum omnibus qui aderant, obrutus. Ejus hiſtoriæ plurima apud veteres mentio. vide in primis Quintilianum libro XI. cap. II. ubi Scopæ meminit non unius. Cum dicit Theocritus Τὶς δ' ἦν ἀρισῆας Ἀυκίων, intelligit Sarpedonem & Pandarum, quorum eſt uterque Homeri verſibus poſteritati traditus. Ib. C. γ. δ' ε. cum autem, ᾧ ὄλλυν ἀπὸ χερὶὸς Κύκνου ἴγνυ: album fuiſſe ſignificat. Euſtathius, Θέλγυν φησὶν ἵν' ᾖ λευκότης· διὸ καὶ Τρωϊὸν Κύκνου Θέλγειος τοιοῦτον ὄντα, ὄλλυν ἀπὸ χερὶὸς ἔφη. Verſu iſto Ἀμφοτέρω δὲ τὰ πολλὰ καὶ ὄλκια τεύχε' ἀκόντισε, alluſit non obſcure ad Sardanapali epitaphium notiſſimum, quod ita definit, —τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλκια κεῖται κλισίῃσι. Videri alicui poſſit in iſto verſu, ἐκόντισε δὲ κόρυν σκιόεντα ἐδήρη, aliter legiſſe Euſtathius: cujus verba ſunt hæc. vocem poëtæ ἐκόντισε explicantis. Θέλγειος δὲ τὸ Ὁμηρικὸν παρατρέπουσε ἑρμηνεύων. φησὶν· ἐκόντισε κόρυν σκιόεσσαν ἐδήρει· ſed nihil mutandum: Euſtathius enim ut ſæpe, quod ante notavimus, ὑπὸ μέρους locum deſcribens, fallitur. Qui ſequitur verſus,

Αἴ γὰρ Ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθήνη

leviter ex iſto Homerico,

Αἴ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων,

eſt immutatus. Ἀριθμητὸς pro paucis eleganter poëta uſurpat, cum ait,

-- ἀριθμητὸς ἀπὸ σταθμοῦ.

Horatius *numerabilis utpote parvus*. alii Græci, εὐαρίθμητος. Sed omnium elegantiſſime Hebræi, qui paucitatem indicaturi, dicunt *erant numerus*. ut Geneſeos XXXIV. & Iſaiæ X. Iſta,

-- ἀρίσκιε δ' ὅτι ἔσκε' ἀρίσκων

Aratea διασύντομος, imitatus eſt Nonnus initio XXXVIII.

-- ἔκτο δὲ παιδὸς χάρμης
Βακχιὰς ἐξαίνυσε ἀριστεύοντα βοείην.

De Gratiis Eteocleis, & verſibus iſtis,

Ὦ Ἐτεοκλείαι χάριτες θεαί, αἳ Μινύαο
Ὀρχόμενον φιλέουσι, ἀπειρέσιον κόσμον Θέασθε.

vide Strabonis librum nonum & Pauſaniam. Conferant autem ſtudioſi poëticarum amœnitatum idyllium hoc cum poëtæ cultiſſimi Tibulli elegia IIII. libro primo. Nam illa videntur ad Theocriti imitationem dicta,

*Carmine purpurea eſt Niſi coma: carmina ni ſint,*
*Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.*

## CAP. XVIII.

*Ad* XVII. *obſervationes. diphthongos* αι, οι, *in metro corripi interdum: non tamen* ευ *ea in* ῆ, Κωκύτειος, Χειρωνεὺς, Κλυτέμνηρα, Φέακας, σολικισμός. *vincit nepos. Liberorum ſimilitudo pudicitiæ matris argumentum. Urbium Ægypti numerus varie traditus. item alia.*

IN hoc verſu ex Ptolemæi encomio,

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται θεοὶ οἵτινες γε γαῶντες.

etſi poteſt tertius pes ſpondæus eſſe. ut ſit in ſequenti voce, συνίετες: tamen & dactylus eſſe poteſt. Ita enim perſæpe diphthongi αι & οι non in accentuum ratione ſolum (quod norunt omnes) ſed etiam in re metrica corripiuntur. quod cum & vetus τεκμηρίωσις Hephæſtion monere inſuper habuerit, & non deſint qui negent, prolatis aliquot exemplis probabimus. Homerus. Ιλιαδ. ι.

Εἰ δέ κεν οἶκαδ' ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδ' ἐραήν.

ibidem,

Πολλαὶ δ' Ἀχαιΐδος αὐτῆ ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

& Οδυσσ. γ.

Πεῖσε δόμον δ' ἵκηαι ἴδοις τε θεοὺς πολέας τε

Empedocles in octavo φυσικῆς ἀκροάσεως,

Τῇδε διαλάσσωσι διαμπερὲς, οἱ δ' ἅμα λαγὼ.

Aratus.

Ἡμισυ μὲν κεν ἴδοιτο μετ' ὀφθαλμὸν, ἥμισυ δ' οὐκ

Euphorion apud Theonem,

Ὡς φυὴ καρηβόμοιο ψαφαρῆ ἰνδάλλεται τύφῳ

Antipater, epigrammate in Nioben,

Οὐδ' ἐν' ἐν τυμβοις κείσεται γοεχύμη.

Orpheus hymno Curetum,

Ηιὰ' ἐν ὁρμαίνουσι χρυόμενοι ἀνδρασιν.

Callimachus,

--τίνος κρέϊον ἐκαθεν τῦτο;

Similiter ι correptæ exempla, quæ nunc fuccurrebant, hæc fere ſunt. Homerus Ιλ. θ.

Η δ' ἐν' Αχιλλεος, τοῦ ῥ' ἔχαθεν νῆας ἐῦσας.

Apollonius lib. II.

Καὶ τὰ μὲν ὑζεσιῇ τι ἢ ἄχρι νειτάνυσι.

Oppianus Αλιευτ. α.

Τρεχύρων τ' ἀγίλαι, βύγλωσσοί τε, ἢ πλατύνεμι.

Idem Κυνηγετ. β.

Δᾶεσι ἀκρίτοι, θοιαὶ πανυπέρτεροι νῆες.

Orpheus hymno μοιρῶν,

Αλλά μοι νυκτίφοιτε μακαιρόφρονες ἡπιόθυμοι.

Hymno Eumenidum,

Ηίεμοι, ἀφατοῖς, ὠκυδρόμοι δ' ἄστε πνοιαί.

& in ejuſdem Argonauticis ita ſcribimus hunc vulgatis in libris depravatiſſimum locum,

--- αὐτὰρ οἱ τοῖγε
Τύμβον χευάμενοι πολλὴν θαλίην ἐτέλεσσαν.

vidi qui ſcriberent de ψ diphthongo pari modo eam corripi, & hunc Phocylidis verſum proferrent,

Τύς τε καζεχθονίοις σίζυ θαίμονες ὕπομπα ῥίζυν.

ſed neque hic σίζυ ſcribi debet, verum σίζει: neque Phocylides hujus verſus eſt auctor, verum Pythagoras, aut quiſquis fecit τὰ χρυσᾶ ἔπη. Non videntur autem poëtæ ea licentia alibi uſi, quam in ultimis ſyllabis. Itaque recentiores poëtæ ᾳ et ει quando in dictionibus mediis contumax eſt & obſtat metro, mutant in ε. Crinagoras. Οθρυάδλω Σκάρβας τὸ μίγα κλέος ἢ Κυνίγειρι. qui tamen eo nomine à neſcio quo reprehenſus hoc elegantiſſimo epigrammate, quod extat Anthologiæ lib. II.

Ω ταῦμον Κυνίγειρι, ἢ ἐν ζωοῖς ἢ ἀπνεύθε
Ως αἰεὶ κλαῖῃ ἐμμεναι ἢ κοπίσιν.
Πεῖσθε μὰν ἐν πολίμοισι τὴν πίσυ μαρναμένη χεῖρ'
Νῦν δ' σ' ὁ χραμματικὸς ἢ πολὺς ἐκδιέρυσεν.

ſed contra torrentem velle niti eſt, reprehendere in uno quod ſibi licere omnes putent. vulgo enim invaluiſſe illam licentiam per illa tempora, multa arguunt. Cornelii Falius poëtæ epigrammatarii eſt hic verſus, lib. IIII.

Ὦ σι μάκαρ Κυνίγειρι, τὸ ὡς Κυνίγειρι ἔχαιρε.

Agathias quoque ſcholiaſticus χαιρωνῖ dicere non dubitavit pro χαιρωνεῖ epigrammate in Plutarchum. Σὺν πολυκλαύτῳ τύμβῳ τέτατλε χαιρωνῖ. Lucillius Βαπίτας pro Βαπίτας libro II. φτέλμιος, Βαπίτας ἐκπίσας τὸν ὑδροβαπίστας. Similia apud alios obſervare licet: apud Auſonium vero ſunt hæc, Κλέϊρον, Καλτάμιτεσσε, Φίκεσι, atque etiam σολικισμοί: de quibus vide in aureolo Joſephi Scaligeri libello. Sed ut ad Theocritum redeamus, non ferenda eſt eorum ignorantia qui θοὶς πίτοσι in hoc carmine *deus ſine pedibus*, nimis facete, interpretantur. atqui ea voce nepotes interdum ſignificari, recte jampridem ab eruditiſſimis viris docti ſumus. Euſtathius ὑπ. Δ. νίκης, κατά τινας γλώσσας, ὁ ἀνεψιός. Apollonius libro IIII.

--ἦμι δ' ἐς αὐγὰς
Ηελίῳ μετόπισθεν τοῖς νεοδμῆτι ἑτοίμῳ.

hoc eſt, ut ipſe poëta mox declarat,

Ινα ἀκλεὴς ἐωσι παῖδων εἵνεκα νόσφιν ἐοῦσαι Πελίαο.

Verſu XIX. malo cum prioribus Πέρσῃ Βαρὺς θεὸς ἀλιόμητος quam ἀλιόμητος. & in LXXIII. — Δὶ χερείων μέλεσσι Απόλλων Βατιαδῆς. ὁ δ' ἔξοχος ὢν κιθαριστὴς. Heſiodum videtur imitatus.

ἐκ δὲ Διὸς βατιλῆες· ὁ δ' ὄλβιος, ὅν τινα μοῦσαι
φίλωσιν.

Porro hujus verſus, ἐκγεγὼς δὲ γονῆ, τίκτει δ' ὅ τοι' ἰοκόπα πατρὶ, pars poſterior priorem explicat: ſignificat enim facilem eſſe prolem ad judicandum: nempe quod ſit adulterina. Fuit autem ea veterum opinio, ut putarent diſſimiles parentibus partus, eſſe non legitimos. Catullus, *Sit ſuo ſimilis patri Mallio*: & *facile*

*facile inſciis Noſcitetur ab omnibus: Et pudicitiam ſuæ Matris indicet ore* Itaque Heſiodus inter viri probi felicitates hanc quoque recenſet. Τίκτοιτο δὲ γυναῖκες ὁμοίῃς τίκτα γονῆσι. Large autem fidem veri excedit poëta cum canit, Ptolemæum qui in Ægypto regnabat quando ipſe illuc venit, oppida ſibi ſubjecta in Ægypto habuiſſe trecenta & triginta novem ſupra XXXIII millia, quem numerum ingenioſe ita exſulit,

Τρὶς μὶν αἱ πολίων ἑκατονταέδες ἰνδιδμυνται.
Τρὶς δ' ἄρα χιλιάδες τεσσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσιν.
Δισσαὶ δὲ τεσσάδες, μετὰ δὲ τριτὶν ἰνδικάδες τρὶς.

ſimilis locus in XIV, ubi dies LX, ſive menſes duos ita expreſſit,

Ἑξάκι τοῖδ', ἑκατὸν τοῖδ', ἰνία τοῖδε δίκ',
ἄλλαι,
Σάμιον ἰνδικάδες· πεντὰς δύο, ἓξ δύο,
μῆνες.

ſed iſtarum urbium numerum interpretes videntur aliter legiſſe: nam in editis quidem ſcholiis, ſumma editur XXXIII. M. & trium ac triginta. ὁμοῦ πᾶσαι αἱ πόλεις, τετρακόσιαι, τεσσαρακοστὴ τρίτη. verum manifeſto deſideratur vox τεσσαρακοστὴ ante τεσσαρακοστὴ τρίτη. ut ex hujus mente ſit ſumma oppidorum 33333. etſi ne ſic quidem ratio quadrat. omittuntur enim illa verba, Δισσαὶ δὲ τεσσάδες in ſcripto autem libro hæc verba reperi, δισσαὶ τεσσάδες, ἐξήκοντα· ἰνδικάδες τρὶς ἰνηκοστὴ τρίτη. ὁμοῦ πᾶσαι γ̄ ᾱ τεσσαρακοστὴ τρίτη ita ſcribuntur in veteri codice: ſed non dubito ſcripſiſſe interpretamenti hujus auctorem — μετὰ δὲ τριτὶν ἰνία ἓξ τρίτη. quam ſcripturam reperimus etiam apud Tzetzem in Chiliadibus. ita pulchre iſti conſtat ratio vult enim δισσαὶ τεσσάδες non unitarum intelligi, ſed δεκάδων. ita fiunt LX. & ſimiliter ἰνία δεκάδες faciunt XC. Ac totius ſummæ collectio manca ut in editis. Johannes Tzetzes quid ſit ſecutus cum ex iſto loco ſcriberet Ptolemæum τεσσαρακοντατετρακοσίων τετραγωνίων ἄμα δεκαεκτάτοι πλήθους regem fuiſſe, ipſe viderit. Poëtam quidem non hiſtorica fide, ſed licentia poëtica hic eſſe uſum, arguit Diodorus Siculus qui πολυωδρωνίαν Ægypti enarrans libro primo, auctor eſt olim quidem fuiſſe in ea qua pagos, qua oppida mediocria, plura quam XVIII. M. quemadmodum quidem libris ſacris contineretur. temporibus autem Ptolemæi Lagi F. ſuperfuiſſe, atque etiam ejus adhuc ætate ſupereſſe, ter mille, & aliquanto plura. Parata erat poëtæ defenſio, ſi ad omnes urbes quæ Ptolemæo in variis & continentis partibus, & inſulis parebant, poſſent ejus verba extendi: nunc id non poteſt: obſtant enim iſta οἱ ἰνδιδμυνται: quæ de ſola Ægypto eum ſenſiſſe luce clarius faciunt. Verſum CXXI. cum ſequente

Μῶνος ὅδε κρατέρων ἔκτιον ἴχνεα ποσσὶν ἁπαλοῖς
Στεῤῥαίνῃ καθύπερθε πολὺν ἐκμάσσασα κονίην

ſic interpretor: Solus hic rex ſecus ac priores feciſſent, parentum ſuorum veſtigia ita expreſſit, ut videri adhuc queant calida, id eſt, recens impreſſa in pulvere calcato. κονίη pro ἰῷ κονίῃ. στεῤῥαίνῃ malo quam στεῤῥαίνοις, & ita codices quidam. eandem ſententiam aliis verbis expreſſit Strabo lib. VI. extremo: Auguſto, inquit, ſucceſſit Tiberius, καθόλα τὰ διοικήσεως καὶ τῶν πεπραγμένων πανταχοῦ ἐκείνῳ. & Tiberius ipſe de ſe apud Tacitum. *qui omnia facta dictaque ejus vice legis obſervem.*

## CAP. XIX.

### *In aliquot idyllia ſaltuatim notantur quædam.* ΧΙΛΙΟΝΤΑΣ. *Mos amantium.*

PLacet vulgata lectio hujus verſus in Helenæ epithalamio,

Ἀείκελα Τυνδάρεῳ κατικλάξαῖ τὸν ἀγαπατὸν

præ alia quam reperi κατικλάξαῖ, ἀντὶ τοῦ ἐκλαφθῆν. confirmandæ alteri ſcripturæ ſatis ſit iſtud ex Adoniazuſis,

Κάλλυς· ἰνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰν νύκ' ἐν' ἀποκλάξας.

In eodem libro ſcriptum erat, χειρὶ πιρικλάστοις non male: bene enim convenit choro. Nonnus, lib. X.

Καὶ σατύρῳ πυζοῦτι συνάπλεκε χεῖρα χορεύων.

Atrax

Atræ hunc locum tenebræ ſic ſcriptum occupant,

Αὼς ἀντίλοιπα κακὸν δίφαιμι πεδ' ἔστιον.
Πόττια νὺξ ἄτι.

lucem, opinor, attuleris ſi pro ἄτι ſcripſeris ὅτι. eſt anaſtrophe. pro ὅτι πόττια νὺξ ἦτι. nocte: nempe deſinente. ac fortaſſe ſcribendum, Πόττια νὺξ ὅτι παύγλ: vel ὅτ' ἄλειαρ. ἦαρ χαμαὶ ὄλλυτος. nam ἀπαυδᾶν etiam ἀφιεσθαι exponitur. primam conjecturam puto abeſſe propius à vero: nam poëtis familiare eſt ἦαρ κακὸν dicere, Callimachus hymno Cereris, Δυσκὸν ἦαρ, κακὸν δὲ δίεργε. ἢ χεῖμα φίερτα. Lege autem ex ſcripto ſcholiorum libro,

Κορκίδι συμπλέξατε μακρὸν ἵταμ' ἐκ κελεύτων.

non κελεύτων. verba ſcholiaſtæ ſunt, ἵταμ' ἐκ κελεύτων. ἄγων ἐκ τῶν ἱστοπόδων· τίμωται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τοῦ ἰσοῦ ὄζειν τοιοῦτο idem eſſe κελεύτας & ἱστοπόδας declarant hæc è lib. III. Baſſaricorum Dionyſii,

ἔνθα τε πόντια γυναῖκες Ἀθωνικὸν ἔστηλι
αὐτῷμαρ κερκίστριν ὑφ' ἱστοπόδων ταλάσσας,
αὐτήμαρ δ' ἱτάμοιτο.

Poëta cum ait, Γεράμματα δ' ἐν φαιῇ γραφίδεσσι. reſpicit amantium veterem morem: de quo legi in ſcholiis Ariſtophanis, Acharnenſibus, Ἰδίως ἐρασθῆναί φησι τὸ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν ταῖς ζώσαις ἢ διόδοσιν, ἢ φύλλοις, οἷον, ΟΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ. ἢ παρὰ Καλλιμάχῳ. Ἀλλ' ἐν ἑβδόμῃ φύλλοισι κεκαμμένα τοῦτα φέρεθ' Ἑρμάμματα, Κυδίππειον ὦσ' ἐρίσαι καλόν. ἢ ἐν τοῖς Σφηξὶν ἐὰν παρίσχωμαι, ΚΗΜΟΣ ΚΑΛΟΣ. Notus mos etiam ex Virgilio, Propertio, Ovidio. Idyllii XXI. poſtremi verſus ſunt hi,

Μηκέτ' μηδὲ σὺ Κύπρι τ' ἀδῖνα μήτι κεῖ' ἄλευ
Μήτ' ἐν ὄρεϊ φιλοῖσ' μήτη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

qui mihi videntur duobus modis accipi poſſe. vel enim ipſi Veneri iratus amator iſte ruſticus malum imprecatur; qui fuit veterum contemtus ſuorum numinum: vel, quod potius putem, Κύπρις hic eſt Eunica. quaſi diceret, tu quæ altera tibi Venus videris. In idyllio cui index Λυκίδας, cave aſſentiaris mutantibus iſta verba. — τὸ δὲ λύκιον ἐν πρυτανείῳ. eorum mentem ad Athenæum explicamus.

## CAP. XX.

### *Ad Dioſcuros & Dyſerotem, νεῖκος ἀπαυδᾶν, & νῖκος. ἰσχὺν πυρείαν ex ligno. ὄρπηξ. πολίτευσιν.*

VErſu XXX. in Dioſcuris ſcribunt veteres, ἀμφολίῳν ἐξ Ταΐχων, vide in Etymologico, ubi de ἰκ & ἰξ agitur. Verſu autem CXXVIII. etſi non damno vulgatam ſcripturam, νῖκος ἀπαυδᾶν· νῖκος tamen puto eſſe convenientius. nam qui in pugilatu certamine victi erant, cogebantur manus tollere, & victoriæ renuntiare, victos ſe confitentes. Sane videtur νῖκος ἀπαυδᾶν ei potius convenire qui certamen detractet, & ſubire nolit. In oratione Lyncei quæ habetur in poſteriore parte hujus carminis, male vulgo accipiuntur hæc verba: Ἰσαν τοιάδ' πολλά. non enim poëtæ illa ſunt, ut putarunt, qui notis parentheſeos verſum hunc cum proximo incluſerunt: ſed Lyncei ipſius. nec vertendum, *dixerunt*, ſed *dicebam*. Pendet oratio ab illis ſuperioribus,

ἃ μὲν πολλάκις ὔμμιν ἰνίπτισε ἀμφοτέρεσσιν
αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔειπον.

Ἰσαν pro dicere accipiunt poëtæ, ſed ut μὴ Ὀμήρου. nam poëta, & Il. λ. & Od. τ, pro aſſimilare poſuit, quod uſitatius eſt ἴσκω. ut in Hercule Leontophono, Ἀσίμι πάντες ἴσκειν. Lycophron, ἴσκων παρίξειν κυδίαν ὅτοι σκυτέα. Scholia. Ὁμήρου μὲν ἐπὶ τοῦ ὁμοιοῦν· Δυκόφρων δὲ ἐπὶ τοῦ λέγειν. ſic apud Apollonium ſæpe. Porro qui contulerit priorem partem quæ Pollucis pugilatum cum Amyco deſcribit, cum iis quæ habent Apollonius libro II. & Valerius Flaccus lib. III. (nam Orpheus hanc hiſtoriam verſu uno aut altero tantum perſtringit,) reperiet profecto tantum excellere Theocritum,

*— quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

Videtur autem iſtum hujus verſum, πάντες δ' ἐκλυτοῦ πυρετοῦ τε χαροπὸν ἰοιμον. imitatus eſſe Apollonius, canens lib. I.

— ὃς

— δοὶ δὲ λοχαίω
Φυλλάδα λιμάινον φίρσι ἄσπιδα ἀμάσσητε
Στόρνυσθαι· ἰοὶ δ' ἀμφὶ πυρῆα δινεύεσκον.

πυρῆα vocat uterque poëta inſtrumenta illa ex quorum colliſione ignis extunditur. Ligna intelligunt grammatici, non ſilicem: de iis lignis ſic illi, πυρῆα τὰ ξύλα ἃ πρὸς ἀλλήλοις ἐτέρῳ ξύλῳ πυρ γεννᾷ· οἱ δὲ τὸ μίσυϊνον ὕφλιον, ὃ καλεῖται ϛυρμός· Θέοκριτος δὲ παραπλησίως τρυπάνῳ, ὅτῳ ἐντορνεύοντες τὸ σπαρτὸν ϛρέφουσι. hæc valde firmant veterem lectionem apud Feſtum terebrare, merito defenſam Joſepho Scaligero contra eos quibus viſum ſubſtituere verberare. quo loco de igni Veſtalium loquitur, ejuſque accendendi rationem explicat. Heſychius videtur Phrygibus tribuere hoc inventum, appellans Φρύγια πυρῆα, locum Sophoclis explicans. ſic ille, ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρῆα Σοφοκλῆς ἐν φινεῖ δυλίῳ. Græci πυρίαν inventionem aſcribebant. Prometheo, quem poëtæ fabulantur ignem in ferula eſſe furatum, & è cœlo ad homines tranſtuliſſe. auctor Diodorus Siculus libro v. Hæc de re locus eſt egregius apud Nonnum lib. 11. quem propter elegantiam aſcribam.

ὃς λίθος ὠμῇ λίθῳ φλογερὴν ὠδῖνα λοχεύων
κάλλιπε κοιλοτέρῃ πολυθαλέος αὐτόγονον φῶς
πυρσογενὲς· ὅτι δῶλος ἀφαυροτέρῃ ἀρότρῳ
πίσυρε.

ſimilis alius eſt ejuſdem locus libro xxxvii. In Dyſerote corrupte ſcribitur hic locus,

— ἀλλὰ ϗ ὔτως
ϗ καλὸς ἐξόρνυτ' ἰμερόϊζε μᾶλλον ἐρασθείς.

mihi vero perplacet emendatio Stephani ſcribentis ϗ καλὸς· ἐξ ὀργῆς δ'. etſi minore mutatione ſcribi poteſt, ϗ καλὸς ἐξ ὄρνυτ' ἰρ id eſt, ὥσπερ ἐξερθίζει μᾶλλον ὁ καλὸς ὄρνυτ' ἐρασθείς. eſt autem ὄρνυτ juvenis adoleſcens. Orpheus,

Καὶ μὴν δὲ θοιτοὶ ὄρνυτες ἀμύμονες ἦσαν.

Sub finem ejus carminis nove dictum, — νὺ' ἐντυλίχθω τὸν ψυχὸν pro ἐπαιόνθω, ἐπίχθω. Sed videntur Dores τυλόσθω uſurpaſſe pro ἀναλυόμενος ϗ τύλλω ſive τρωμύω, culcitam movere & agitare: nam plumæ agitatæ in culcita molliorem eam reddant. inde ergo tranſlatum. Ultimo verſu ſcribe, Στόργετε δ' ὅμμες αἶται. ut in proximo, χαίρετε τοὶ φιλέοντες. eo compellat amantes: iſto, amaſios. nam δέρης eſt ὁ ἐρώμενος.

## CAP. XXI.

*In Oariſtyn quædam annotantur. Mos antiquus: Proverbium, ὦδ' ἄλα δόϊνε. ἴδιον ϗ ἰδᾶς, pro σίδιον ϗ σᾶς. διδύσκειν pro initiari. ναρκᾶν.*

MEllitiſſimum illud carmen eſt, quod inſcribitur Οαριστὺς Δάφνιδος ϗ κόρης. In quo etſi non damno lectionem quam docti viri amplexi ſunt.

Ἀσφαλὲς ϛαφὶς ἴϛι. ϗ ὑ ῥᾴδιον αὖτιν ἁλῶναι.

ut tribuantur iſta puellæ, ſecus ac in pleriſque veteribus editionibus: invenio tamen in Rom. cod. aliam ſcripturam, quæ ſi admittatur, tres verſus, quorum hic medius eſt. ſub perſonam Daphnidis erunt continuandi: ea eſt ἀ ϛαφυλὲς ϛαφὶς ἴϛιν, ϗ ῥᾴδιον αὖτιν ἁλῶναι. confirmari hæc lectio poteſt ſimili ejuſdem poëtæ loco in Ερωτῇ.

Καὶ τὸ ῥᾴδιον καλὸν ἴϛιν ἰσάκι, ϗ ὀχέϊσθαι αὐτὸ μεραίνῃ.
Καὶ τὸ ῥᾴδιον καλὸν ἴϛιν ἰσάκι, ϗ ἔχειν γαμεῖ.

eadem ſententia varie a Græcis poëtis eſt expreſſa. ut,

Νῦν ὕτω χαίϛμαι· ἴδ' ὁ χείμ. οἷα δαμάζει.
Καὶ ϛαφυλὴ γάμος αἰθόμενον μύτιδωσι.

alius poëta, Εἰ μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀϛαφὶς. item alius. Ὁμφαξ γὰ ἐπίνυσας, ὅτ' ἦ ϛαφυλὴ παρπίμφω, Μὴ φθονέσῃς δ' ὕτως κεῖ βρύκυ ϗ ϛαφίδα. Lector eruditus dijudicet. Sequuntur poſtea puellæ hæc verba.

Τύχῃς μοι θαλάμης; τύχῃς ϗ δόμε ϗ αὐλᾶς;

quibus indicat nobis poëta antiquorum morem, cujus alii quoque multi Græci Latinique poëtæ meminerunt. Solebant enim veteres cum uxorem ducerent,

rent, domum ſtatim ſibi ædificare. Adi poetæ interpretes ad illud Il. β de Proteſilao, καὶ δόμος ἡμιτελὴς, & doctiſſimum Turnebum libro XXI. cap. XVII. Diodorus in ſponſi obitum,

Ἡμίεικῆ θάλαμόν τε καὶ ἐγγύθι νυμφικὰ λέκτρα
Κύρι᾽ ἀπιτῶν ὀλιγὴν ὁμοῦ ἔζης αἰῶνα.

Mox,

Δεῖξον ἰμοὶ σίδιν ἄλατον, ὅπα σίδιν ἴκαθεν αὖλις.

In editionibus antiquiſſimis, ut Romana & Flor. habetur, Δεῖξον ἰμοὶ ἴδιν ἄλατον. quod ſine librorum auctoritate mutatum nolim: nam ἴδιν pro σίδιν ita dictum, ut alibi, ἴδε pro τίδε ἐς τὸν δ᾽ ἀντίθηκας, ἴδε δ᾽ ἀντιθέσεως τιμάς. de quo genere loquendi plura Gulielmus Canterus in Lectionibus ſuis. Ait Daphnis,

Μᾶλα τιὰ πρότιτα τάδι χρυόστα διδράξω.

poſtremam vocem vidi qui haberet de mendo ſuſpectam: aptius enim δράξω, vel ſimile quid fore videbatur. illa vero bene habet: nam ita apud Nonnum & Muſæum, γάμων ἀδινακίω. τῆις & ἀμύλοις ἰρώτων. in ſequenti verſu παρεῖ pro φείδῃ uſurpat puella, zonam ac pudorem puellarem non ſine horrore ſolvere incipiens. Sed venit mihi in mentem, Nonni librum XLII. percurrenti, hæc ita eſſe diſtinguenda,

Δα. Μᾶλα τιὰ πρότιτα τάδι χρυόστα διδράξω.
Ναρκεῦ, τιὶ τ᾽ Πᾶπα. Κο. τιὶν τέλιν ἴξαι χέρρα.

ut poſterioris verſus initium ſit Daphnidis, ſtupentis in puellæ mammillis quas manibus tractabat. Nonni locus qui movebat me ita ſentire, eſt hic.

— ἐπιψαύσας δὲ μαζῶν,
δεξιτερὰ πάρεκτι γυναικείῳ διανύσας.

In LIV. verſu.

φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπίσιχες ἐς τίλ᾽ ἕλκτας;

placet lectio quam inveni: φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν; ἀπέσιχες. ἐς τ. Proverbium quod mox habetur, - τάχα δ᾽ ὕστερον ἄλλ᾽ ἄλας ἅλοις. ſumtum eſt ex Ophon. p. Οὐ σὺν᾽ ἂν ἐξ οἵας σφ᾽ ἐπιστάτην ἁλὸς ἄλας ἅλοις. nam Calliſtrati ſcribenris apud Homerum ἅλαται, ratio haberi non debet: alioquin etiam apud Theocritum ita putarem ſcribendum. Heſychius, ἁλὶ ἅλας, ἁλὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ἄφθονον εἰς χρῆσιν. Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ἄρτον τὰ φαγίσματα. quo loco mira ſunt, ni latet monſtrum in voce Αἰγύπτιοι· intelligit autem Heſychius quæ Græcis vocantur ψώμια & ἀντίδοσγοι Latinis hetta in panis cruſtæ. orta parœmia à pauperum cœnis, quibus ſal & acetum pro cibo. quo reſpiciens Theocritus dixit idyllio X. - ἐγὼ δ᾽ ἴχω ἁλὶ ἅλας ὄξος. Sed & vulgo ἅλας pro re viliſſima uſurpabant: unde apud Iſocratem τὰς βωμολόχους καὶ τὰς ἅλας ἐπαινῶν. de rhetorum oſtentatione in re nihili: & ἀλαζόνων ἀνθρώπων pro viliſſimo. Non probo autem, ut legatur in extremo, ἀπίσαλο φωτὸς ὑπὲρ· neque enim hæc noctu geruntur, ut dicatur aurora ſurgere. placet vulgata lectio: quam tamen ut explicem, operæ non eſt pretium. Atque utinam ſinerent nos eruditiſſimi viri, multa id genus in Plauto ignorare: nec tantum ſe in eorum expoſitione torquerent.

## CAP. XXII.

*Percurritur carmen de Europa.* ἔιναι αἶματος, *& alia ejuſmodi.* *Telephaſſa Libyæ nurus.* νυὸς, ἐννυὸς, νύμφη. *Loci variorum poetarum emendati:* γλαύσσειν *&* ὑπογλαύσσειν. ἀὴ, ὄρνυ.

IN omnibus antiquis editionibus, atque etiam in recentioribus nonnullis, inter Theocriti idyllia locum habet elegantiſſimum illud poematium quod eſt de Europa ſcriptum. Nos igitur illud hoc loco, ceu Theocriticum, etſi aliter quibuſdam videtur, percurremus. Ac primum illud videamus in calathi deſcriptione,

— ἁ δὲ πόρπις πτερύγεσσιν ὑακινθίναις
ἔνθ᾽ οἱ αἷμα θοᾶς ἔσσυτο.

quid enim, obſecro, poſtrema verba ſonant? non opinor aliud quam ſi dixiſſet

ſet ἔτεκε οἱ Θυγατέρ vel ἀνδρογόνος. ut ſit ſenſus ex Libyæ ſanguine ortam eſſe Telephaſſam. Sic accipiuntur iſta apud Homerum: ἄμαιξε δ' ἀγαθὸν φίλον τίκτω. & hæc Apollonii lib. IIII. Ἐμιτρὸν ἀδμήτου ἔτεκε ἄμαιξε. Q. Smyrnæus lib. XIIII. Ἄμφω γὰρ μακάρων ἔτεκε ἄμαιξε. Atqui Telephaſſa nurus Libyæ non filia aut neptis fuit. Apollodorus Ἀγήνωρ παραγενόμενος εἰς Εὐρώπην γαμεῖ Τηλέφασσαν. Agenor autem Libyæ filius & Neptuni. de Telephaſſa diverſa eſt apud Apollonii interpretem narratio: ſed nemo tamen veterum, quod ſciam, Libya prognatam dixit. An vero ita accipiemus quaſi dixiſſet, ἔτεκε κεῖνε ἄμαιξε? mitto dicere quam recte dicatur nurus ſocrui conſanguinea: hoc dico, inſolens valde & durum eſſe hoc loquendi genus, ἔτεκε ἄμαιξε, pro ἔτεκε κεῖνε ἄμαιξε. non enim temere bonos auctores ita eſſe locutos reperias. Lege autem, ἦγε οἱ νύος ἔτεκεν. νύος veteribus Græcis eſt nurus: quæ aliis eſt νύμφη, ut apud Plut. & Græcos I. Ctoſ. Pollux, ἡ μὲν γεγαμημένη νύμφη καλεῖται τῷ τοῦ γήμαντος μητρὶ ἢ τοῦ πατρί, ἢ νύος. Scribi etiam poteſt, Ἦγε ἑοῖ νύος ἔτεκεν. nam νύος pro eodem accipitur. Euſtathius νύος δὲ ἐπὶ παιδὸς ἢ γυνὴ τοῦ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, ὡς ἡ Ἑλένη τῇ Πηνελόπῃ ἢ τῇ Εὐρύκῃ. & ita accipit hic idem poëta: ſi quidem Moſchus eſt, quod quidam volunt. huius carminis auctor. Locus eſt in Megara, ubi de Alcmena ait, Μύθοισιν πυκιναῖσι φίλον νύον ἔθρε μητρυιᾶς. ſic etiam apud alios. non fruſtra tamen additum eſt ab Euſtathio, ὡς ἐπὶ παιδός. nam aliquando aliud ſignificat. Theocritus in Epithalamio,

Κ' ὡς ἔτω. ἐξ ἔτω. Μυίλκει τεὸς νύος ἄρτι.

Scribo ibidem mutata diſtinctione,

Ὄρνις ἀγαλλόμενος φιλοτήνῳ πανυκτὶ χερείῃ·
Ταρσὸν ἀπὸ πλατύνας· ὦτοι τε ν.

Legebam etiam paulo poſt. Κρύψα δ' ἴῳ ἢ τρίψα δίμας. pro κρύψα θέλω. eſt enim proclive mendum, ἐ δ' ἔθ', in θέλω. non ſemel in hac voce peccatum eſt apud poëtas: & ſuccurrunt exempla quædam. Pindarus Nemeonicis, ode tertia, --ἔτ' παλαίφατος ἀγγελία μὲ ἰκάνοισα Ἀρκεσιλαΐδας,

τιὸν ἱμάσαι καθ' ὁδόν. ſcribendum Ἀρκεσιλαΐδα γ' ἐόν ἱμ. Q. Smyrnæus lib. VII.

Τύχιος δ' αὖτις ἐγὼ θοῦ πατρὸς ἀντιθέοιο.

legendum, ἐγὼ τιν ἐῷ θ. & ἐῷ pro ἐθέλω vel σῷ, ut ſæpe. & ita lib. IX. πῶς δ' ἔφ' ἑῷ σύγ' ἑταῖρε τὸν τίκτω. ſcribe, ἓν τίκτω. Nonnus libro quinto, Καὶ πλοκάμους ἐφάαξε νέῳ δ' ὑφῆκε χιτῶνα. ſcribo, ἐφάαξεν ἓον δ': vel ἑόν. in carmine de Alpheo, Ἀρτολ. α. Νυμφίον αὐτοκίτωνα· ἑὸν ἐκετήσιε ἱρόπον. malim ἑῶν. Veruntamen vulgata lectio in Theocrito mihi nunc mutanda non videtur. nam κρύψα θεὸν eſt, quod Latini dicunt, diſſimulare deum, ut apud Ovidium aliquoties, & celare hominem apud Caſſiodorum. omnino autem ſcribi debet,

ὧν δ' ὑπογλαύσσεσκε δ' ἰμερτὸν ἀεκάζετο

non ὑπογλαύσκεσκε. nam γλαύσσω & ὑπογλαύσσω dicitur. Callimachus:

Φαίη μὲν γλήνεα τάχ' ἴσα τετηκυῖαν
Δήιος ὑπογλαύσσουσα. Apollonius in pr.
--- διαγλαύσσει δ' ἀζηχέι.

Heſychius, γλαύσσει· καθαρῶς φαίνει. Probo vero & amplector omnino doctiſſimi Aurati emendationem, infra legentis, --ὅπερ μὲ ὧν ἐπὶ ἰφικλείοιο ἔῃ eſt veſtimenti ora. quæ & λέντη, & λῶμα. & πίλα, & ὀκδοῦλος dicitur. Eandem vocem ἔῃ putem reſtituendam apud Cedrenum in vita Tiberii junioris: ἐῆσας, ait, διδαχθεὶς ὅρας ἢ τοιαῦτα αὐτῶν κόσμῳ χάδεσι φορεῖν. ſignificat conſtituiſſe Tiberium ne quis aliter purpura uteretur, quam in ſegmentis veſtibus affluendis duos digitos latis. itaque ſcribendum videtur, ὅρας non ὄρνας. nam etſi ὄρας proprie appellabant ſegmenta ex pelle ovina, quæ ſoliti veteres ſuis veſtibus aſſuere, ne oræ ſolum ſtringentes tererentur: tamen & de aliis dicitur. ſed fortaſſe verius eſt (quod vir præſtantiſſimus Jacobus Cuiacius ſentiebat) vocem eſſe è Latino detortam, pro ora vel ornatura: quales ſunt apud ſcriptores id genus infinitæ.

## CAP. XXIII.

### *Miſcellæ obſervationes. Piſander Camirenſis. Loci aliquot ex Euſtathio illuſtrati: τὰ σκληρὰ Θεοκρίτου. Heroinæ ejuſdem. Theocriti patria & ætas.*

VAgabor libere iſto capite, & quicquid, ut dicitur, veniet in ſolum, quod ſcire Theocriti lectorem melius

putem, quam ignorare, id huic chartæ illinam. etenim, ut ille ait, *ſtulta eſt clementia, cum tot ubique Nugis occurras, peritura parcere chartæ.* In epigrammate de Piſandro ſcribe, Πίσανδρος ξυγγραψεν ὁ Καμίρυ· non Καμειρέυς. præter metri legem, auctor Strabo. In ſexto locum iſtum. Καὶ ἡ ἀπὸ γραμμῆς κατὰ λίθον, ſic explicat Euſtathius: Θεόκριτος δὲ ἐν τῷ ἢ ἡ ἀπὸ γραμμῆς κατὰ λίθον, ἰδίως τῇ ἰλλυϊκῇ χρῶται παροιμίᾳ φασὶν, ἐπὶ τῶν ἀπιστουμένων. Locus eſt in ſexto Iliadis commentario. ſed uberius de eodem loco ſcribit hæc ille in primum Odyſſ. tractans de teſſerarum ludo: παρατίθησι δέ φησι, δι' αὐτῶν καὶ μίαν γραμμὴ, ἣν ἐφ' ὧν ὡλοκλῆρον ὡς ἀνατίρρηκτον ἐθεώρουν, ἐπὶ ὁ νικώμενος ἐπ' ἐσχάτου αὐτὴν ἔστη. ὅθεν καὶ παροιμία, κατὰ τὴ ἀφ' ἑσπέρας, λίθον θηλαδὴ, ἐπὶ τῶν ἀπιστουμένων, καὶ ἐσχάτης διαβάσεως θεμένων. Σάφρων κατὰ δὲ ὕδατι καὶ τ ἀφ' ἑσπέρας. Ἀλκαῖος δέ φησιν ἐκ πολλῆς. νῦν δ' ὕστε ἐπικρίσι κισσὰς τ πύργος πυκινὸν λίθον. τοιοῦτον δὲ καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ, τὸ, τ ἀπὸ γραμμᾶς κινέων λίθον. In ſeptimo idyllio verſum hunc, τῷδ' ὅτι περὶ ἐν ὄρει τὸ μελίδρυον ἐξεπόησα. aliter legit Euſtathius, nempe pro ἐν ὀρὶ, ὤρῃ· ejus verba ſunt hæc ad Ια. ια. ὃ ζωΐλου καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. τὸ ὄρη φίλοι, ἢ μελίδρυος ὤρη ἐξεπόησα. τυτίσιν ἴσως τὸ μέλο. ἢ καὶ ὤρεσι ἐκτόησαμεν. non male: niſi quod ſuſpecta mihi etiam hic ejus grammatici memoria. Quid appellat idem alibi τὰ σκληρὰ τῦ Θεοκρίτου? Sic ille ad Odyſſ. ξ. τέλος ὅτι περὶ Ἀπόλλωνος. Δηλὸν ἦγον γυμνοθίλους ἐν Δήλῳ τῇ νήσῳ ἀθλημα φέρεται ἐοικὸς ζάτι τῷ Θεοκρίτου σκληρῷ, τοιῦτον. Ἐν φαρίῃ γυμνὸν· πάτρῳ δὲ μυ. ἄλμενος ὕδωρ Δμῳὶς ἐχέ· μάτηρ δ' ἐς' ἀείδμοιο πάϊς· ἦγον ἐν τῇ Δήλῳ ἐγυμνάδιον, μητέρα δ' ἔχω Δητὼ ἢ παῖδα τῦ Κοίυ, ὃς ὁμώνυμος ἦν τῷ παρὰ Μακεδόσι κοίρ, τυτίσι τῷ ἀριθμῷ. an reſpicit Fiſtulam & Aram, ænigmatica poëmatia? an illas duplices metalepſes quæ ſæpe ad ænigmatis obſcuritatem accedant? nam de ea figura tractans idem ad Ια. α. Theocritum maxime inter veteres illa eſſe uſum notat. Extant apud Athenæum verſus poëtæ hujus, qui nuſquam hodie in iis quæ habemus reperiuntur: eum locum aſcribam. Θεόκριτος, inquit, ὁ Συρακόσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἐφρικῇ τ λιμὸν ὁμοιάζοντα χθὼν, ἐοῦσ καλεῖται τύτων.

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπ' ἰχθυόεντα ἴ ἀλὸς
Ἐξ ἁλὸς, ᾧ ζωΐ, τάδε δίκτυα κεῖνα ἄεσθε
Σπάζων ἀκρήτοιο ζωύτῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς ἰχθὺν
Οἱ λιμὸν καλέουσι· ὁ γὰρ δ' ἐρυθρὸς ἅλων.
Καί κε λίνα τάσαιο ἢ ἐξερύσαιο θαλάσσης
Ἐμπλεα.

puto autem hunc locum ſumtum eſſe ex opere Heroïnarum: quod non omnes huic aſcribebant, quemadmodum ex Suida conſtat. At Encomium Ptolemæi nemo unquam, ut arbitror, dubitavit iſtius eſſe, ut manifeſti erroris arguatur Joannes Tzetzes, qui locum ex eo carmine proferens, tamen ait, ὁ Χῖος ὁ Θεόκριτος γράφει. Miror Theocritum nequiſſe ei perſuadere ſe alium eſſe à Chio: quod tamen omnibus teſtatum facere voluit hoc diſticho:

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος· ὦ τάδ' ἔγραψα
Εἰς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

Magis tamen mirari ſæpe ſubiit antiquiſſimos criticos, & Tzetze haud paulo eruditiores, in Olympiade notanda erraſſe, qua florebat Theocritus. Omittam craſſum Munati errorem, qui Theocritum temporibus Ptolemæi Philopatoris vixiſſe ſcriptum reliquerat. quo nomine jure eſt reprehenſus à ſcholiaſte ad XVI. ſed ut Munatus juniorem fecit Theocritum, quam eſſet: ita alii nonnulli antiquiorem. nam in veteri hypotheſi idyllii quarti ſcriptum, floruiſſe illum circa centeſimam Olympiadem; vel, ut ſcriptus liber habebat, CIIII. & addebat auctor, ὡς ἱστόρηται. Vellem exaret ille locus quo nos rejicit. ibi enim hac de re accuratius tractatum fuiſſe videtur: quod nuſquam factum in iis commentariis qui nunc extant. Atqui certum eſt neque centeſima, neque CIIII. Olympiade floruiſſe Theocritum: ſed poſt centeſimam & vigeſimam. quare ſcripſerat fortaſſe hic grammaticus: ὁ δὲ Θεόκριτος ὥσπερ ἱστόρηται κατὰ τ ρϐ. Ολυμπιάδα ἤκμασε· non ut editum eſt, κατὰ τ ἑκατοστὴν Ολυμπιάδα· neque ut ſcriptum offendimus, κατὰ τ ρϐ. nam illis temporibus ne natum quidem arbitror fuiſſe hunc, nedum ἀκμάσαι. Floruit vero ſub Hierone juniore Syracuſarum tyranno, & Ptolemæo Philadelpho Ægypti rege altero ex gente Ptolemæorum. ille interſtinctum majorum imperium Syracuſis redivivum excitavit, anno ſecundo Olympiadis CXX. hic, circa Olympiadem CXXIV, à patre Ptolemæo Sotere traditum ſibi regnum cœpit adminiſtrare.

DANIE-

# DANIELIS HEINSII ΣΧΟΛΑΙ ΘΕΟΚΡΙΤΙΚΑΙ, SIVE *Lectionum Theocriticarum* LIBER UNUS.

# LECTORI.

*Biennium fere est, amice lector, cum nonnulla quæ ad Theocriti idyllia notaram clarissimo & amicissimo viro Johanni Commelino addixeram, cui & inscriptionem libelli nundinis vernalibus repræsentandam miseram, sicut vulgo fieri in indicibus solet, eorum quæ proxime sequentibus expectari volumus, quæ res nescio quomodo prætermissa fuit. Prodierunt interea Heidelbergæ Notæ nostræ, sicut eas è schedis meis transcripseram; sed ita corrupte, ita mendose à mercenariis hominibus extrusæ, ut nihil fere meum in libello agnoscerem, & ipse typographus ὁ ἐργοδότης ex æquo ad se rei ignominiam spectare ratus, omnia supprimere exemplaria jusserit, novamque continuo editionem cum aliorum nostrisque multo uberioribus sit molitus. Tuum autem ignoscere erit siquid post incomparabiles viros Josephum Scaligerum & Isaacum Casaubonum in hunc poëtam à nobis tentatum est; cum uterque eorum non modo veniam dederit, sed consilio & favore institutum nostrum, quæ est humanitate non minus quam scientia, prosecutus sit. De reliquis, qui aliquam ad hunc poëtam contulerunt operam, idem spero: quorum nomina, si alicubi forte ab iis me dissentire contingat, vel omnino non vel honeste propono. Præterea nec idem spectavimus omnes, nec μίαν πάντες χορδὴν ἤχομεν. Quia autem editioni nostræ & Græcus interpres accessit, ne imperiti harum literarum & tirones nimium illis glossis iribuant, passim in eas animadvertimus; ut ubique veritati constet sua dignitas, nec incauta juventus in errorem rapiatur: cujus præcipua lena est antiquitas, & temporis in re plerunque non bona patrocinium. Vale, quisquis es, & fave.*

DANIE-

# DANIELIS HEINSII
## SCHOLÆ THEOCRITICÆ,
## SIVE
## *Lectionum Theocriticarum*
## LIBER UNUS.

### CAP. I.

*Quædam ad Theocritum præmissa. Inscriptio Theocriti,* Θεοκρίτου Συρακουσίου Εἰδύλλια. Θεοκρίτου Βυκολικά. *Theocritus* Βυκολιαστής. *Theocriti editiones tres. Diversa dispositio. Collectio Bucolica. Theocriti Bucolicorum editio. Idyllia, Hymni, alia. Sermo rusticanus, civilis. Decem Bucolica Theocriti Idyllia. quo metro conscripta.* Εἴδη Εἰδύλλια.

IN principio statim nos remoratur inscriptio, & ad cætera euntibus laciniam trahit. Hæc certe quam habemus, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ, librariorum est aut posteriorum hominum non poëtæ. Imperite enim quod præcipuum fuit exclusum est, & à quo Theocritus veteribus maxime innotuit. Erit hæc aut similis: ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, aut, ΕΙΔΗ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ: quod nihilo minus tamen à Grammaticis esse confidimus, non à poëta. Sic magister Græcus quisquis est cujus excerpta aliquot Theocrito in editione Romana præfixa erant. ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ, inquit, ΕΙΔΥΛΛΙΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ. Item sive ille sive alius qui quæstionem movet, aut, ut ipse loquitur, ἀπορίαν, τίνες Βυκολικὰ ἐπιγράφονται, μὴ ὅλων ὅλων βυκολικῶν· ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰτωλικῶν. Addimus aliud. Theocritus à veteribus Βυκόλος citatur nomine, sicut Homerus Poëta. Sic interpretes quorum collectanea ad Pindarum leguntur, τὸ δὲ ὑπ' ἀγκαίου δὲ πρὸς τὸ φαρίτρας ἀκμήσιον. ὕτω καὶ Βυκόλος· ὑπωλίνιός τι φαρίτρας. Quo loco vox Βυκόλος existimari non potest, esse persona alicujus quæ introducitur, cum illud idyllium, ex quo verba illa adducuntur, ἀμοιβαῖος non constet: est enim decimum & septimum, nimirum Ptolemæus. Glossarum quæ ad Apollonium extant autores Grammatici ad primum librum differte ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ citant, cum ita notant: Θώκεσθον ἐν τοῖς Βυκολικοῖς, ἐν τῷ Υλᾶ ἱστοριογράφῳ, ὑπὸ νεκτάρου φυτὸν αὐτὸν τὸν Νυμφῶν ἱρυόσθαι. Hermogenes, Καὶ πάλιν τὸ Θυσεῖν ἐν τοῖς Βυκολικοῖς, καὶ ἄλλων ὧν ἐλέγομεν. Κυμάσθω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα. & alibi. Ut pluribus testimoniis supersedeamus facile à nobis impetravimus, quandoquidem inscriptionem hanc M. S. fide confirmari vidimus: quam nos sola conjectura

conjectura ducti antea repoſueramus. Cui tamen nondum acquieſcere, ut hodie ſe res habet, ſtudioſos Theocriti velimus, niſi ſciant prius: horum idylliorum quæ in hoc volumine circumferuntur hodie, & Theocrito aſcribuntur, diverſas fuiſſe ἐκδόσεις, & editionem non unam: quibus diverſas fuiſſe inſcriptiones eſt neceſſe. Nos diſtincte tres obſervavimus. In prima ſeorſim à reliquis diſtincta fuerunt Theocriti Bucolica, quæ Ἑπτὰ Βουκολικὰ ſicut Εἰδύλλια Βουκολικὰ à Grammaticis dicuntur. In ſecunda fuerunt omnia τὰ ὡς Θεόκριτον ἀναφερόμενα: quæ Theocrito aſcribebantur omnia, ne exceptis quidem illis quorum character erat longe diverſus. Tertia nihil fuit quam σύνταγμα unius πραγματείας, & collectio Bucolica, qua Moſchi, & Bionis, & ſi qui præterea ſimile argumentum tractarant, in unum corpus redacta ſunt. Non aliter quam in editione & collectione Græcorum epigrammatum factum eſt, præfixo ſingulorum nomine, quæ poſtea interciderunt negligentia Græculorum & deſidia, quibus ſatis erat, *fruſ paratis*. Hæc editio omnium poſtremo ad nos pervenit, quæ Artemidori tempore conſarcinata eſt, qui nos id eleganti epigrammate ſcire voluit, cujus lemma erat Ἀρτεμιδώρου γραμματικοῦ ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν Βουκολικῶν ποιημάτων. Epigramma autem:

Βουκολικαὶ μοῦσαι σποράδες πάλαι, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐστὲ μιᾶς μάνδρης, ἐπτὰ μιῆς ἀγέλαι.

Hujus ἐκδόσεως exemplaria & ἀντίτυπα fuerunt omnes antiquiſſimæ editiones quæ patrum memoria excuſæ ſunt, donec tandem viri docti ea diſtinxerunt, quæ aliorum erant. In quo non potuit ita nobis ſatisfieri quin exiſtimemus multa hodie ſub Theocriti nomine circumferri quæ aliorum ſunt. Multa præterea illius poëtæ intercidiſſe hac occaſione, quæ nunquam ad nos perventura ſunt: multa etiam quæ potius quidvis quam Bucolica ſunt, inſerta fuiſſe; ſive à collectoribus, ſive ab iis qui Theocriti reliquias hac ratione ſupereſſe volebant. Primæ editionis inſcriptionem neceſſe eſt fuiſſe, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ: quæ nihil quam Bucolica hujus poëtæ habebat. Reliqua Idyllia dicta fuerunt & inſcripta: quorum argumentum erat non uniforme. Horum exemplum ſunt Χάριτες, & quæ olim extabant ſimili argumento ſcriptæ Ἐλπίδης & Πειτθίης. Hic etiam collocamus Πλαγιάκτου, & nonnulla, quæ à poſterioribus inter Bucolica recenſita ſunt. Hymnorum ſpecimen eſt in Caſtoris & Pollucis: Heroïnarum in Βρησίδι: quæ ab Athenæo adducitur. Ἐπικηδείων & Elegiarum nullum eſt, quod quidem exſtet hodie. Nam exiſtimamus autorem collectaneorum quæ Suidæ aſcribuntur nihil eorum vidiſſe quæ Theocrito à quibuſdam attribui commemorat, præter τὰ Ἐπιγράμματα, de quibus non minus dubitat quam de reliquis; ſed ex relatu aliorum accepiſſe quicquid hic tradit. Dubitari præterea poteſt, an inter Theocriti idyllia lecta fuerint eorum pleraque, an vero ſeorſim inſcriptionibus diſtincta, quod non exiſtimo. nam & parva pleraque poëmatia fuerunt, & quæ corpus non conſtituerent. In ſecunda editione Bucolica commiſta fuerunt; in tertia non omnia prætermiſſa. Bucolicis ſeorſim utebantur veteres. Nec alio facile traxerim judicium Fabii. *Admirabilis in ſuo genere Theocritus, ſed muſa illa ruſtica, & paſtoralis, non forum modo, verum ipſam etiam urbem reformidat.* Separat ab oratoris cura non Theocritum, ſed ruſticam muſam, τὰ Βουκολικά: quia toto genere differunt τὸ Βουκολικὸν ἀπὸ τοῦ Πολιτικοῦ εἴδους. Hoc eſt quod Probus obſervabat olim. *Theocritum poëtam facilius Bucolica ſcripſiſſe, quia apud Græcos, ſermo ruſticanus à civili dividi poteſt: ideo Latinis difficile fuit, quia neceſſe eſt per eadem verba accommodare ſenſus.* Quanquam & Fabius non tam hæc à Rhetore aliena videri vult (ſi recte eum capimus) quam à negotiali parte, quam illi πραγματικὸν dicunt. Tantum autem abeſt, ut hoc judicium de reliquis accipiamus, ut probe meminerimus, & Ptolemæum & alia quædam Theocriti plane eſſe ἀνοθεύτων optimarum & verborum: quibus in arte ſua, ac præſertim, cum τὰς παιγνιωδεστέρας μιμήσεις excutiunt, nihil ſimile invenient Rhetores, aut dicendi artifices. Decem Bucolica & idyllia vere ruſticana agnoverunt veteres. Servius: *Sed eſt ſciendum ſex Eclogas eſſe mere ruſticas: quas Theocritus decem habet.* Hæ decem ſunt, ſi recte judicamus: ΘΥΡΣΙΣ, ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ, ΑΜΑΡΥΛΛΙΣ, ΝΟΜΕΙΣΑΙ, ΟΔΟΙΠΟΡΟΙ, ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ

ΔΙΑΣΤΑΙΒ, ΝΟΜΕΙΣΒ, & ΚΥΚΑΩΨ. Nam quod hodie decimum eſt, & vere ruſticanum, non magis Bucolicum eſt, quam quod primum & vigeſimum eſt. Alterum enim θυρσικὸν eſt, & antiquas Lityerſæ formulas continet: alterum ἀγωνιστικὸν, & ad aliam πραγματείαν maxima ex parte ſpectat. Quod in animo habuiſſe exiſtimamus Servium, qui de iis agit, quorum non eſt aliud argumentum, quam hæc. E tot Theocriti quæ hic habemus fere ſola hæc imitatus eſt Virgilius: &, ſi unum aut alterum excipias, ex aliis nullum; niſi quatenus diverſi etiam inſtituti poëtæ. Quod magno argumento eſt cum paucis aliis ſeorſim hæc edenda eſſe. Metro præterea diverſo conſcripta ſunt: quod miramur doctis viris in mentem non veniſſe; Bucolico nimirum. Primum idyllium ad verſus 152. excurrit: omnes, exceptis ſeptem & viginti. Bucolici ſunt: quod interdum cum periculo affectavit: omneſque demptis duobus in fine pedibus Tragicum tetrametrum ſtatuunt.

Αδύ τι τὸ ψιθύρισμα, ϗ ἃ πίτυς.
Α πολὺ τᾶ πηγαῖσι μελίσδοισα.
Σύριττε· μᾶλα Πᾶνα τὸ δύντιεγον
Αἶγα τᾶν· ἴλη κερὰς τέγγει
Αἶγα σ' ἄγαλλόθ' τᾶν· γίγας.
Α χίμαιρ' χιμάρᾳ δὶ καλὸν κρίας.

Tertium verſibus 54. conſtat: ex iis omnes, exceptis novem, Bucolici ſunt.

Κωμάσδω πολλὰν Ἀμαρυλλίδα.
Βόσκοντι καθ' ὕρος ϗ ὁ Τίτυρος.
Τίτυρ' ἰὼν τὸ καλὸν πυφλάμενε.

Confer deinde reliqua cum Ptolemæo & Gratiis: quantum diſtent videbis, & quid reliquorum interſint Bucolica. Idea Bucolicorum ubique καθαρὰ eſt, &, καθὰ ϯ ἀφέλειαν ἐπιτυγχάνει. In reliquis multa ſunt περιττεύματα & profunda: ut qui ea non diſtinguat in Rhetorum ſchola nihil profecerit. Grammatici, qui de ſolis Theocriti Bucolicis judicant, notant poëtam, ut ἀμοιβαίοντα τᾷ Δωρίδι: qui de his collectaneis, χρῶδαι ϯ Θεοκρίτου τᾷ Δωρίδι ϗ τᾷ Ἰάδι. Qui diverſas iterum ἰκδόσεις reſpiciunt. Alteri ſola Bucolica in animo habuerunt: alteri Bucolica & idyllia reliqua. Ex quibus omnibus Bucolica βουκόλους ϗ ἀναμφιλόγως huic poëtæ aſcribebant. Sed in his quæ habemus Bucolicis quædam. ſunt in quibus non accurate obſervatur ἡ Δωρίς: & multa contra Dorica, quæ non ſunt Bucolica. Bucolici Ionici exemplum eſt in Aïte. quem non poſſumus aſcribere Theocrito, Dorici exemplum nec tamen omnino Bucolici. in Hyla, in Adoniazuſis, in Thyonicho: quæ omnia certo Theocriti ſunt; in quibus & ſermo, & numeri, maximeque poſtremi, & ἐπωιδὴ τέλος. ſenſuſque accurate quidem Bucolicam Ideam referunt; ſed ut loquuntur Grammatici, ἔστιν ὅτε ϯ πραγματείας ἀπολειπόντες. & ab argumento recedunt, aut eo deſtituuntur: ſicut illa Virgilii quæ excepit Servius. Bucoliſcum & Ariſtyn Bucolica, non poſſumus aſſcribere Theocrito: ſed illi cujus character inter Theocritum & Bionem ſit, id eſt Moſcho, quem veteres à Theocrito primum ſtatuunt. Bion enim & laxior eſt, & amœnior minuſque agreſtis. Hercules, qui Διωξιππος inſcribitur, exacte ἰαμβίζει, & ex Theocriti idylliis relictus videtur, ſi illi tribuendus eſt: longe enim aliud judicium requirit, Idyllium quod Δύστροφος inſcribitur & Ηραικλίσκος. utrumque nos rapit: quorum alterum cum reliquis decem ſecutus eſt Virgilius, alterum imitatus alibi: quæ Theocrito debentur: quamvis poſterius aliquid in animo meo relinquat, cur dubitem. Poſſemus ad claſſes ſuas & in ordinem digerere omnia, quod rentabunt ingenui juvenes, ut judicium ſuum exacuant. Theocritus duo dramata muliebria reliquit: quibus nihil ſimile Latini audeant. in utroque mira verborum licentia; in altero etiam γλωχεστιμία. Utrumque ex Sophronis γυναικείοις deſumptum eſt. Utriuſque κατάσασις totam fere ὑπόθεσιν comicam aut mimicam complectitur; quales ſunt quas Rhetores argumenta vocant, nec ut fabula poetica cohærent. Rurſus multum à reliquis differunt quæ Αἰτωλικὰ ſunt: in quibus major eſt incivilitas, & τὸ ἰδιωτικὸν. perſonæ vero nec à fæditate abſunt & ἀγοραιογλωσσία. Ut in quinto appareat: quod idyllium ſingulare eſt, & in ſuo genere exemplum, antiquæ nimirum βωκολίας: ubi nunquam fere ſine obſceno ſenſu rixatur Caprarius: βωκολίαζ enim dicebant ab hoc ſcribendi genere ϯ κακοζηλίαν, ut ſuo loco oſtendimus. Sed ad rem: nec hoc nunc agimus; de inſcriptione loquimur. Tanta confuſione cum omnia

hæc commiſta eſſent, omni labore ſe defunctos grammatici arbitrati ſunt, ſi hoc τιτλῳ. in quo & Theocriti & aliorum conſarcinata ſunt poematia, ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΑ inſcriberent. quod ne tum quidem ſatis fuiſſet, ſi Moſchi, & aliorum prætermiſiſſent. Sed quandoquidem huc deventum eſt, ſubterfugere non poſſum, priuſquam hinc abeam, quin addam unde dicta ſint εἰδὴ & εἰδύλλια: quarum vocum veritatem & originem Grammatiſtas Græcos non attigiſſe mallemus: quod enim afferunt ambitioſum eſt & φορτικὸν. Εἶδος eſt vox ἀόριστος, & quæ nihil definit. εἶδη Grammatici ea opuſcula inſcripſerunt quæ à materia inſcribi non poterant; quod multiplex eſſet & diverſa. Statii libellos Sylvarum ſi Græce ſcripti eſſent εἶδη dixiſſent & εἰδύλλια: quanquam & Latini hac voce uſi ſint. Ea autem nihil definit de toto, ſed ad ſingula remittit. Suſpenſa itaque manu ejuſmodi poematia, quæ novum ſemper ſubjectum ſumebant, dixerunt eſſe εἶδη τινά, inſcripſeruntque poſtea εἴδη & εἰδύλλια. Diverſi itaque argumenti ἰδιωτικὰ Theocriti ſive à grammaticis & criticis collecta ſunt, ſive à poeta. aptiſſime εἰδύλλια inſcripta ſunt. & ſingula, εἰδύλλιον πρῶτον, δεύτερον, atque ita deinceps. Et ita in Pindaricis: ubi ipſi libelli tamen non εἴδη hodie, ſed Olympia, Pythia, aut Olympionicæ, Pythionicæ inſcribuntur: uniformis enim materia eſt; quanquam novus ſemper ὑπόθεσις, & à ſuperioribus diſtinctus. Singula itaque εἴδη dicuntur. vel diſtinctionis ergo, quia diverſis ſcripta ſunt, vel numerorum qui inter ſe variant. Itaque qui opuſculum ſuum εἶδη vocat, nihil lectori de argumento promittit, ſed ſemper novum tractat, & ἀοριστως loquitur. Nec omnia melius appellare poteſt quam εἴδη, nec ſingula: quia totius partem conſtituunt, & multa ſunt. Atque hæc ratio eſt veriſſima. Scimus quid ſummi hac ætate viri ſenſerint; in his tamen literis liberum unicuique judicium eſt. Sed reliqua non poſſum diutius Theocrito debere.

## CAP. II.

*Theocriti primum idyllium obiter inchoatur. In primis aliquot verſibus quædam notata.* Ἀστῳδὴ *Theocriti, & artificioſum carmen.* Μῶσαι & Νύμφαι *apud Theocritum* ταυτίζοντα. *Deæ Paſtorum. Caprariorum. Theocriti locus explicatur: interpres Græcus notatur. Theocritus aliquoties emendatur. Vox idiotarum* ψαλῶδιν. ἀοιδοδοί. διδοίκαμες. διδοίκω, παρικαλαλάδω. *alia.* χραιάδες αἱ πλαί. *Interpretis Græci* ἀσυνεξία. *Callimachi* σύγχυσις *taxata.* ἡμεγχαρία. *Interpres Græcus emendatus. item Theocritus.*

PRimum idyllium ſuum Theocritus ab artificioſo carmine auſpicatus eſt: quod in Bucolico ἀγωνιστικῷ palmam obtinet. Veteres alibi ἀστῳδὸν βυκολικὴν vocant. In ea ſingulæ partes ſingulis reſpondent. Ipſe autem ὑμνῳδὸς & congruentia partim ex Αἰτωλικῆ. partim ex βυκολικῇ πραγματείᾳ dependet. Caprario à Paſtore tribuuntur, Πὰν, τέττιξ, ἀγὲ, χίμαιρα. Paſtori à Caprario, Μῶσαι, οἶτε, ἀρήν. Valde negligenter hæc inſpexerunt veteres. Μῶσαι & Νύμφαι, quæ duæ voces ταυτίζουσι, & de eodem à Theocrito ſumuntur. dex Paſtorum ſunt: ſicut Caprariorum Pan. Hinc eſt quod infra Caprarius: ἢ Πᾶνα δεδοίκαμες. ac propterea negat ſe canere poſſe, ſed Thyrſidi negotium committit. Quæ ad eum locum Grammatiſtæ Græculi notarunt, qui illius rei cauſam inquirunt; ſatis febriculoſa ſunt. νῦν] ἀντιστικτὴ δὲ ἐστὶν, μὴ πρέπειν αὐτὸν συρίζειν καὶ τὸ μέσον ἢ ἀμίμητος ἐπὶ ἢ Πᾶνα, φησὶ, ἢ Θύρσιν παρακαλοῦσιν ᾄδειν. ὁ γὰρ ταυτὸν ἴσι τὸ συρίζειν καὶ ᾄδειν· ἀλλὰ συρίζειν μὲν ἴσι, τὸ διὰ σύριγγος μέλπειν· ᾄδειν δὲ, τὸ κοινῶς πραγματεύῃ. & quæ ſequuntur, Metuebat Deum ſuum Caprarius ſub cujus tutela erat. ἢ Αἰτωλικὸν θεὸν: cujus religionis immunis erat ἡ βυκολικὴ τάξις. In ſecundo verſu ut in primo ſcripſerim, ἀλλ' ἴ τι ἢ τὸ ζυγίσδεις. Idiotiſmus non Doricus magis quam Atticus, quo nihil frequentius. Himerius:

τίμιος: ἔχει δὲ γὰ μέλιτι κἄλό τι ἢ χρυσαυγές. Theocritus pene ſingulis paginis utitur. Latini venuſta quadam & mira ratione idem tentarunt, etiam cum definite loqui videntur. Apulejus lib. 2. de Aſino: *ubi ſplendentibus linteis coopertum, introductu quibuſdam ſeptem teſtibus manu revelas*; more Græcorum, qui ἑπτά τινες μάρτυρες dicunt, *ſeptem quidam teſtes*, pro eo quod eſt, *ſeptem teſtes*. Diodorus. διὰ τίνας ζωπύρου ἀρίας non longe aliter. In ſexto verſu placet quidem contractum, χιμάρᾳ δὲ καλὸν κρῆς. ſed ſi ſolvamus Bucolicum metrum habebimus: quod etiam cum periculo ſtudioſe obſervat poëta. nam κρῆς vel κρῆτ maluerunt, qui nihil præter hanc vocem ſpectabant, τῷ ῥυθμῷ πάνυ ἀμελήσαντες. Eodem verſu lego, ἔστι τι τ' ἀμέλξειν vel ἀμέλξαι. ſicut infra ἔστι κατίσχειν: quod apud poëtam hunc tam multis rationibus confirmat Euſtathius, ut dubitare ſit nefas. ἔστι vero potius ſcribendum jam alii probarunt. In eadem ἀντῳδῇ duo proponuntur præmia ἀθλίσσεσθαι ſibi mutuo. alterum Αἰτωλικὸν, τραγικὸν. alterum Βυκολικὸν, ἁρμὸν. Ab utroque voces παράγωγοι ſunt notiſſimæ: & ἀρῳδὸς quidem Euſtathius Homericorum verſuum recitatores dictos fuiſſe obſervat: ἀρῳδὸς, inquit, ἐπεὶ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ Ὁμηρικῇ καὶ νικῶντες, ἅρμα ἐλάμβανον. Heſychius idem affirmat, & à Rhapſodis non diſtinguit id cantorum genus. At τραγῳδὸς etiam ſequioris Helleniſmi vox eſt; quæ in his Grammaticorum collectaneis aliquoties occurrit; infra τὸ τραγῳδεῖν & τὸ κωμῴδεῖν opponuntur. Dicitur ibi τραγῳδοῦντες qui aſſa voce utitur, ut loquebantur veteres, qui canit tantum. Eſtque ea vox ἰδιωτικὴ καὶ κοινὴ illius temporis: & ubique in his collectaneis τραγῳδεῖν eſt μίγνυσθαι. ἢ ᾄδειν. Sic ad idyll. 4. μιμεῖσθαι δὲ ὁ μὲν ᾠδὰς ἐγράζωθαι τραγῳδικὰς. μιμοῦμαι γὰρ τὸ τραγῳδεῖν. ad idyll. 8. ᾄδειν δέ ἐστι, τὸ κοινῶς τραγῳδεῖν: & alibi ſæpe. In loco paulo ante adducto de Pane, putamus poëtæ characterem δυσμάζωτος neglectum eſſe ab exſcriptoribus. Nos nihil dubitamus ſcribere:

Οὐ δίμις οὐ πιμάλη, τὸ μεταμέζεαι, ἢ δίμις ἄμμιν
Ἐμβίεδθαι τ' Πᾶνα διδυάονμες.

non autem διδυάσκομες, ut vulgo. Διδύαν, πιγύαν, διδύαν, μιλάδων. & ſimilia, quæ in omnibus idylliis occurrunt, proꝰ ut accurate τ' Δωρίδα ſervant, ſunt ἰδιωτικὸς Dorici, τῶν παρακειμένων, ut loquuntur technici, χαρακτῆρες ἀναδεξάμενοι: qui deinceps ita inflectuntur. Cujuſmodi imperfectum apud Heſiodum notat Euſtathius. ἐπίφυκον: ſed memoria lapſus eſt cum Theogoniam adducit: quod ſæpe Grammaticis evenire ſolet. Heſiodi interpretes: ἐπίφυκον ἀντὶ τοῦ ἐπεφύκεσαν· τὸ δὲ πίφυκε παρακείμενον ὄν, πεπύκασι δοριλλὶς γέγονε· καὶ ἔμαθον ἐντεῦθεν ὅτι ἀναδεξάμενοι χαρακτῆρες εἰς τὸ ἐπίφυκον παρεξετάκησαν ἕλκυσιν. Tale eſt infra:

Ἠὼ γὰρ φόρτοιο πάλιν ἄλιον ἄμμι διδύκοι.

quem locum qui aliter ſcribendum exiſtimat, per nos quidem imperitiæ damnas eſto. Tale eſt:

Οὐδὲν πεπλὶς ὕφασα πεφόρεκε φάρμακον ἄλλο.

Viri docti qui nuperrime minutias iſtas in Theocrito excuſſerunt opinione ſua falluntur, quotieſcunque in ejuſmodi locum incidunt. Sed quæſo vos, de Græci interpretis gloſſa quid ſtatuemus, qui paulo infra κραναίδων exponit, τῶν πυγῶν? Venit in mentem homini doctiſſimo, quiſquis ejus autor eſt, Theocritum ubique amplecti τὰ παράγωγα τῶν ὀνομάτων. ſicut infinitis locis obſervavimus. ita ut ſæpe nova excogitet. & quidem inuſitata. ſicut ἀρῳδὸς infra, ita κρίνις, unde hoc. Quam eruditi viri obſervatiunculam ne rejiciamus penitus, Epigrammatarius facile à nobis impetrat, qui ſcripſit:

Δεκρείδω. ἐν νίμοι σκιερῇ πίκυν Ἡριδδοις
Νύμφαι κρινάδων λῦσαι ἀπὸ σφετέρων.

ubi κρινάδες ſunt ἀὸ πετρῶν, Pergamus. Homo Græcus in ſequentibus παρακειμένων ſupinæ ſatis ἀναγνωσίας ſpecimen dedit. ubi de etymologia ciſſybii agit: χυτίζειν ἢ κιστύζειν. Ἡρόδωρ.

---ἐπίγνω δ' ἐτέρῳ κιστυβίῃ.

Sed prius locum emendemus hoc modo:

---ἐπίγνω δ' ἄβδῳ κιστυβίῃ.

Eſt autem Callimachi non Heſiodi. Non eſt dubium quin homo negligentiſſimus ex veterum criticorum gloſſis in Theocritum eum deprompſerit, qui Callimachum ineptiarum notarant διὰ τὴν σύγχυσιν & confuſionem vocis ἀπίστη & κιστυ-

ειν, cum longe diverſa eſſent, cujus criminis apud Athenæum arceſſitur in illis:

Καὶ γὰρ ὁ Θρικίλιος μὲν ἀπήγαγε χαλδὴν ἄμυσιν
Ζωγρηθεὶς· ἰδίγῳ δ' ἤδιλε κισυδίῳ,
Τῷ μὲν ἐγὼ τὸν δ' ἔλιξα πεζεπέχθεος ἀλλοτον
Τὸ τρίτον.

Vapularat hoc nomine Callimachus à criticis veteribus; quorum cenſura ibi exprimitur. ὁ γὰρ λίγων ἄλλοτον τὸ αὐτὸ καὶ κισυδίου. ἢ ἀκριβῶς δόξει τῶν ὀνομάτων ἡ διαφυλάττῃ. De eodem poëta cum ait,

Καὶ βαδὺ κισυδίου κεκλυσμένον ἀδὺ καρύ.

Puto intelligi artem illam quam veteres κεραγραφικὴν dicebant, valde uſitatam Theocriti tempore Ægyptiis & Siculis: cujus aliquoties Athenæus in Ptolemæi pompa meminit. μεθ' οὓς ἄλλοι παῖδες ἐτέρῳ κεράμῳ πρὸς ἢ τὸ..... χρίκον. οἷν εἴκοσι μόνων χρυσῶ· πενθήκοντα δὲ ἀργυρᾷ πεντάκοσια δὲ κικκηγραφημένα χράμασι ποικίλοις. &, καὶ πάλι τόπῳ· αὐτὸς κεραγραφίᾳ πεζεπεποικιλμένος. Interpres autem notat: κεκλυσμένον ἀδὺ καρύ. ὕγιη λελυμένον, ſcribe, λελειμένον. Mirum eſt, quam multa Græculis ociosis in mentem venerint. Eorum aliquis obſervarat, fœminam illam, cui ſuaviſſimus Caprarius primum in κισυδίῳ ſuo locum tribuit, Pandoram fuiſſe: quod ne quidem antiquorum gloſſæ, quæ extant hodie ad illum verſum, prætermiſerunt:

Ἐπίδωσι δὲ, γυναῖ, τι δῶρον δαίδαλμα, τίνα ὕυκλῶν.

Tribus credo adducti rationibus. Primo, τὸ γυναῖ de Pandora καθ' ἑκάστην ſumi exiſtimarunt: quod & in illo Heſiodi veteres notarunt:

Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσι πίδυ μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἐσκέδασ'.

Deinde τὸ δαίδαλμα putarunt adjici à poëta ἐτυμολογικῶς. Nam in Pandoræ nomine eſt τὸ φαίεινον καὶ τὸ δαίδαλον τῶν δωρῶν. Poſtremo movit eos vox δῶρον: qui tamen naſum ſuum non conſuluerunt, ſed in Theocrito peregrinabantur. Θεῶν δαίδαλμα, dictum eſt ἰδιαζόντως, ut infra. τερπὸν γάλακτος, οὗ ἔρωτες, χιτῶν βύσσου, καρύτα ἀγχιλαΐου, & infinita alia, quibus impenſe delectatur poëta. Itaque certum eſt ſubtiles illos obſervatores cum acumine ſuo ἐκπίπτειν, nec applauſum noſtrum mereri. Videntur tamen illi legiſſe, τὸ θεῶν δαίδαλμα, non, τί. Priuſquam ab hac fœmina recedimus, illud addemus: Non inveniri in illis Theocriti verbis connexionem, quam expectat lector:

— τὸ δ' ἡ φρὴν ἄπιστος αὐτῆς.
Ἄλλοκα μὲν τᾶνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελοῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ ἢ ἰσκλίσι νόον.

Pro Ἄλλοκα igitur, quod nunc ὑφὶν legitur in priore, ſcribo, Ἀλλ' ἔκα.

Ἀλλ' ἔκα μὲν τᾶνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελοῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ ἢ ἰσκλίσι νόον.

ἔκα μὲν, ἄλλοκα δὲ, ut apud Homerum, ὅτε, vel ὁτὲ μὲν, ἄλλοτε δέ. οἱ δ' ὅτε μὲν δρίζασκον. Ἄλλοτε δ' αὖ δρίζασκον. Nihil verius. Interpres Græcus vitioſam lectionem ſecutus eſt. Sed mala merx eſt fœmina: ægre ab illis divellimur. Tempus eſt, ut & reliqua, quæ in illo poculo ſunt, inſpiciamus. Nam & pauca reſtant, & quæ nobis ad majora feſtinantibus expedienda ſunt.

## CAP. III.

Ἕλκειν ἐς βίλον. χίπος & βόλος. fortuna retis. λόγια κολασμός. *Theocriti lectio emendata.* αἰπολικὸν δίαμα. βαρβαρικὸν δίαμα. *Lectio contra Scholiaſtem vindicata.* κισυδίον *Æolicum.* permutatio κατὰ ἰδιώματα. τυρὸς. ἄρτος τυρὸς πυρῶντα. *Scholiaſtes emendatus. Theocriti lectio vindicata. Locus præcipuus hujus idyllii emendatus. Siculorum mos in deſignandis perſonis, rebus, & locis, per fluvios.* ὕμνος ὑφ' Ἰμέρᾳ. *Primi*

*mi bucolici carminis argumentum* παρ' Ιμέρᾳ. οἰκήματα πανταμῶν *Pindaro.* domus Albuneæ *Horatio.* *Thyrſidis* σφρηγὶς. σφρηγὶς *Theocriti, & in ea locus diſcuſſus.*

IIs qui picturas intuentur & tabulam ſpectant, in qua & diverſæ rerum ſeries & argumenta expreſſa ſunt, evenire ſolet, ut doctam artificis manum ſequantur, & una cum varietate rerum aberrent à ſe ſuaviter, totoque animo vagentur. Idem nobis hoc loco accidit. Trahimur, nec inviti ſequimur tamen: neque aliter quam in tabula, aut ſcalptoris elegantiam, aut poëtæ miramur artem. Artificioſiſſimus ille πανηγυρίστης quiſquis fuit, ſculpſerat in poculo ſuo piſcatorem, quem fecerat, δίκτυον ἐς βόλον ἕλκοντα: qui propterea γερανὸς dicitur:

Τὰς δ' αὖτε γερανὸς τις γίγνεται ἔστιν ἁλιεὺς
Δεπρὸς, ὑφ' ᾧ ἀσπίδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
Ο πρίσβυς.

βόλος & γέρανοι erant ἱστοσυναμμένα κιβδήλια, & vocabula quæ eodem trahebantur. Βόλου ἀγωγέας dicebatur, qui à piſcatoribus, priuſquam rete in terram eductum eſſet, quidquid in eo erat, emebat. *Fortunam retis* dixit Apuleius. Lærtius in controverſia illa notiſſima, quæ hinc erat orta, de tripode, *fortunam retis*, modo βόλου, modo χέρνου vocat. In Thalete; φασὶ γὰρ ἰατρικῆς τινας παιδίσκας βόλου ἀγωγέας. alibi: Χρῆται δὲ Διοδώρου τινὸς αὐτῷδι γέρνου ἀποταμίαιον καλουμένῳ καὶ τ' τρίποδα. Caprarius cum dicit:

---κάμοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἰοικώς,

verecundia utitur. &, ut antiqui critici dicerent, κλαίζει τὸ λόγου: quia tantum de pictura loquitur. quæ ratio uſitatiſſima eſt Homero & Heſiodo in Clypeis; Apollonio vero paſſim, & aliis. Apud Græcum interpretem cum ſcribitur infra: Ὡς δὲ οἱ ὠδύκωλι ὑ'τοις ὕτιν ἀΐσκωμεν κατὰ τ' αὐχένα αὐτῷ πάλθαι αἰ'ὲν, ſcribe. ἅ δὲ οἱ ὠδύκωλι: pro quo hodie in Theocrito αἰ δὲ legitur. Sed alteram lectionem agnoſcit vetuſtiſſima Aldina, & ea in quam interpres incidit, quæ melior. In ſequentibus verſus ille cum ſcriberetur:

Πυρσάμις σατυλᾶτι κατὰ βίζεσθαι ἀλωᾷ

in animo habuit poëta Homericum illud ex Clypeo:

Ἐν δ' ἐτίθει σατυλᾷσι μάλα βεβιηότα ἀλωήν.

Sed ad magis neceſſaria eamus. Aliquot poſt verſibus lego, δάμα, non δάμαρ. quamvis contra ſentiat magiſter Græcus. Αλιικὸν δάμαρ dictum eadem ratione, qua βαρβαρικὸν δάμαρ dixit Lucianus; ἐν τῷ Περὶ οἴκου. Ἐκείνης μὲν γὰρ, ἐν τῇ πολυτελείᾳ μόνῃ τὸ δαῦμα, τίχης δὲ, εἰ κάλλος ἢ τέρψις, ἢ τὸ σύμμιξον, ἢ τὸ εὔρυθμον ἢ συνάργασον, ἢ δὲ καλαμίσκῳ τῷ χρυσῷ ἀλλ' ἔτι βαρβαρικὸν τὸ δάμα, πλὴν μόνον ἀ φθόνητον ἰδεῖν, ἀ ὑδαμοῦ περσῆν. ὑδὲ γὰρ ἔμοιγε ζῶς Αρταξάδης τῶν καλῶν, ὑδὲ κῆρ ἐς τὸ πρῶτον ἐκπλήξῃ τὰς ἐπιδείξεις, ὑδὲ ἐφεστήκασιν οἱ ἐπαινέτοντες οἱ διατοί, ἀλλ' ὅπως ἐκπαγήσονται· ἢ φιλόκαλοι γὰρ, ἀλλὰ φιλοκαγαθοί εἰσιν οἱ Βάρβαροι. Barbaricum δάμα vocat. τὸ πολυτελὲς ἄνευ τίχης ἐπιτιμώμενον, quod ab arte, non à precio commendatur. Ab hoc longe aberat δάμα lepidiſſimi Caprarii, quod ab arte ſola commendatur. Ac propterea fuerunt veteres, qui Αλιικὸν nihil aliud eſſe exiſtimarent, quam ἄλιον, πεζεγώγιον. Atque ita directe opponeretur, βαρβαρικὸν δάμαρ. & Αλιικὸν. Sed non bene concoquimus. ἀδιαφορίαν eorum, qui etiam ἀπεικὸς admittebant. Atqui Αλιικὸν cur dicatur, obſcurum eſſe non poteſt. Æoles enim, τ' σκύφον, teſte Clitarcho apud Dipnoſophiſtam, κοτύλιον vocabant, & eorum vox ea eſt. Erat præterea Æolicus mercator, à quo tam elegans κίμηλον erat profectum, ὁ μεζολιὺς, qui infra πεζυμηλὸς & parum accurate πορδμὸς vocatur.

Τῷ μὲν, ἐγὼ πορδμῆι Καλυδωνίῳ ἄγγε τ' ἔδωκα
Ὥτιον, ἢ τυρόῤῥιζα μύγας λευκὸν γάλακτος.

Eſt enim juriſconſultorum permutatio, ut ex preciis apparet: quæ fit κατὰ ἰδιώματα & proprias merces diverſarum regionum. Ἰδίωμα autem Siciliæ præcipuum erat τυρός, & quicquid illi ſimile è lacte fiebat, ut tradunt antiqui, & lepidiſſimi Antiphanis verſus.

Εξ Ηιδας μάγδαρα, ἐξ Αργυρ λίθω,
Φωσίνας ἄνες, ἐκ Κυρίνδη τράμαξα,
Ιχθύς Σικυλους, Αἰγίν δ' αὐλητρίδας,
Τυρὸς Σικελικὸν.

Et Hermippus:

Αἱ δ' Σαμάκαιναι τὸς τυρὸς παρίχυτο.

Sed, nisi fallimur, vox τυρὸς non minus poëtæ illepta est, quam caseus Siculorum. De eo multa notarunt viri docti, ut & Grammatistæ Græci, sed parum, aut arbitror, ad mentem poëtæ. Τυρὸς dubium non est, quin ἀττικῶς hic ponatur, sicut ὀπτὸς usurpatum fuerat, ab eo, quem Theocritus ubique exprimit, Sophrone, qui supplevit quod hic desideratur, & ἐψωθὲν sumendum est. mirum, ἄρδω. Athenæus: ἡ τυρώθης δ' ἄρτι μετριοπάθ' ὁ Σώφρων ὁ τῆ ἰσηγορομίμη Πανδορᾷ γέγων. Συμβουλεύω τ' ἐμφαγεῖν ἄρδω γ' ἀρτὶ τυρώθη ζέει παφλάσσει: qui eodem modo quo ἄρδω τυρώθη. alibi ὄρδω παλαίσιμα dixit. Ex hoc poeta noster fere omnes suas τὰς κατὰ λέξιν ἀρπὰς derivavit, & sermonem mitigavit. Unde non temere aliquis ex veteribus notavit olim: τῆ ἀπλότητι διαφέρει χρῶνται τῆ Θυμελίδη παρὰ τῆ Ξανθίᾳ μᾶζα ἡ Σώφρονος. Ejusmodi panes è lacte coagulato habebat antiquitas, aut verius μάζας quasdam, cujusmodi Hesiodus ἀμολγαίας vocat. Dictum est igitur τυρώθης μάγας, assumendo vocem ἄρδω, quæ intelligitur. Si quis ut apud Sophronem τυρώθης malit legere Δαμακάιναι, poterit, non repugnante syllaba δακτύλῳ: quod sæpius extenditur: & apud principem poetarum utrumque est. Τυρώθης, sicut πλακώθης, ἐῶν, & alia, quæ sunt τῶν ἐκ τοῦ ἀναβλύσεως διαφερόντων. Audiebant hoc nomine male Siculi & vicini Itali in re culinaria: quod omnes cibos solerent τυρῶν nude illud Archestrati:

Μὴ δὲ περιλάθου σου πρὸς τῷλφα τῦτο πονήσῃς.
Μήτε Σαμακαίνας μαζὰς, μήτ' Ἰβλαίσας,
Οὐ γὰρ ἐπίσταῖ χρησὶς σκινασῖμον ἰχθύϊ.
Ἀλλὰ διαφθείρει πικρὸς τυρώθης ἄνακτος.

Obliti eramus propemodum glossatoris Græci, apud quem legebatur supra: πίμπε δὲ τὸ δόμον ἀνάξῃ. ἀπὸ τῆ ἐκκαλέῃ διαθέματος. ἡ Ορμαγη, πρὸς ὅδη ἀνυχθείς. Non memineramus tale quid in poeta legi, repugnante præsertim versus modulo: scripsimus igitur πυλῆος ὅδη ἀνυχθείς. Locum integrum habet Homerica Oariistus.

Αὖ δ' ὁ παῖς πρὸς κλισίην ἰοχέαιρα τιθήνη
Ἐκλινθη ἰάχων, πατρὸς φίλα γυῖα ἀνυθείς.

Versus, partim Grammatici negligentia, quod non insolentes illi faciunt, decurtatus, partim exscriptoris opera corruptus est. Sed hæc minuta sunt, quæ tamen emendanda erant. In Thyrsidis celebri cantiuncula multa notanda sunt, in qua totus hujus idyllii cardo vertitur. ut non frustra ab ea totum idyllium ἐπιγέγραπται. imo ut non frustra reliquis omnibus idylliis tanquam formula vetustissimi Bucolici præfixum sit. Multum nos in eo juvarent Stesichorus aut Timæi res Siculæ, si vel alteruter extaret. Sed priusquam eam percurramus, frustra bene de reliquis sperabimus, nisi aliquid de uno loco statuamus. Caprarii verba sunt paulo antequam Thyrsis odam suam exorditur:

Αἰεὶ μοι τὸ φίλον τ' ἰαμίεσσι ὕμνον ἀείσας.

Eum locum apparet & interpretis Græci tempore, & diu antea corruptum fuisse, ex glossa quæ extat, ἰαὶ γε τὸ ὦ φίλον· ἢ τὸ ὦ φίλε ἄσας τὸν ὕμνον τὸν ἰαμβικόν. Itaque paulo diutius hic hærendum erit, quandoquidem totius idyllii interest, quo primi Bucolici carminis argumentum continetur, ut hic versus emendetur. Siculi à fluviis urbibus suis & locis vicinis nomina imponebant: ut ex autore Gentium, reliquisque, qui ejusdem argumenti aliquid tractarunt, est notissimum. Iidem Siculi non urbes tantum & locos, sed & res & homines per fluvios vicinos distinguebant. Ita Polyphemus infra πωμὴν ποῖ Ακέτᾳ appellatur.

Αρὸς γε κὰ τῆνο τὸ πωμίνα τὸ ποῖ Ακέτᾳ
Τὸν κραθῆρ Πολύφαμον.

Sicut Polyphemus πωμὴν ποῖ Ακέτᾳ dicitur, quod in illo Siciliæ tractu pasceret, sic primum Bucolicum carmen, quod omnium de amoribus Daphnidis primo cani cepit, testibus Æliano & Servio, dicitur ὕμνος ἰαμβικός. Amores autem Daphnidis & totum hoc argumentum ad Himeram gestum fuit. testatur poeta idyll. 7.

ὡς

ὡς πῶλε τῶς ξανθᾶς ἐρύσσατο. Δάφνις ὁ βοίτας.
Χ' ὡς ὄρη ἀμφιπολεῖτον. ἢ ὡς θρύες αὐτὸν ἰδρᾶσιν,
Ἰμέρᾳ ἄφτι φύοντι παρ' ἄκθαφτον πεδάμοιο.

Fuit præterea, ut Theocritus loqueretur, poëta παῤ' Ἰμέρᾳ, qui odam illam primo cecinit, Stesichorus nimirum. Ælianus lib. 10. c. XVIII. variæ Hist. de Daphnide & hoc hymno agit, quem Caprarius ἡ ὑπ' Ἰμέρᾳ ὕμνος vocat. aitque, Στησιχόρῳ γε ἡ Ἱμεραῖοι ἡ ζηλώσαντες μετεποίησαν ἀνάκλησιν. Videat jam lector Theocriti Venerum non imperitus judex quam eleganter ὕμνος ὑπ' Ἰμέρᾳ dicatur, qui subjectum habuit res ad Himeram fluvium gestas, Vel ὕμνος ὑπ' Ἰμέρᾳ, qui ab Himæo poëta primum cantatus fuit. Scribo igitur:

Αἴ κά μοι τὸ φίλος ἡ ὑπ' Ἰμέρᾳ ὕμνος ἀείρᾳ.

Dores ita loqui sæpe, infra probabimus. Multo pluribus de hac ratione distinguendi omnia per fluvios agemus. Illud præterire non possumus. Pindarus locos fontibus & fluviis cognomines, quales in Sicilia & Italia fere urbes erant, ut notant Geographi, ἀπὸ ῥεόντων πεδάμων vocat. Horatius *domus fluviorum*. quod nunquam in mentem venit viris doctissimis qui tantum operæ in hoc poëta posuerunt. Locus Pindari est ΕΙΔ. β. Ὀλυμπ.

Καμάνας δ' ἁπαλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔχων οἴκημα
Πεδάμοιν. Σικελίας τ' ἔναιεν
Ὀφθαλμόν.

Acragantem urbem fluvio cognominem οἴκημα πεδάμοιν dixit. Horatius sylvam Albuneam fluvio cognominem *domum Albuneæ* vocavit.

*Me nec tam patiens Lacedæmon,*
*Nec tam Larissa percussit campus opima,*
*Quam domus Albuneæ resonantis,*
*Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda*
*Mobilibus pomaria rivis.*

Quid esset *domus Albuneæ*, nunquam aliter ostendere debebant quam ex illo Pindari loco viri docti. *Domus fluvii*, est, ὁ ἱερώτατος τοῦ ποτάμου τόπος. Quod ante tot annos notarat Aristarchus. Ἀρίσταρχος ἡ νῦν, οἴκημα ποταμοῦ περιεγραψεν· Θύτης φησί, διὰ τὸ, ἱερώτατον εἶναι τοῦ ποτάμου τοῦ Ἀκράγαντος. ἡ γὰρ ἐπιμέλεια ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβε. ut legitur in collectaneis grammaticorum ad Pindarum. [Vel hic locus conciliare nobis Theocritum poterat, & animum erigere ad feliciter aliquid in cæteris tentandum. Quod jam melius succedet invento nomine hujus carminis, quod & antiquissimum est, & totius rei Bucolicæ primum, & sine quo frustra in hoc idyllio aliquid conaremur: quod hymnum Himeræum continet. Illum hymnum, cui nos jam nomen invenimus, inchoaturus doctus ille Thrysis, ait,

Θύρσις ἦδ' ἀπ' Αἴτνας, ἢ Θύρσις. ἀδὺα φωνᾶ.

In omnibus fere veteribus libris fuit; ἀδὺ ἃ φωνᾶ: in quo cum esset divina quædam suavitas & sacræ antiquitatis vestigium, non tamen id animadverterunt emendatores nescio qui. Inter quos principem facile locum Græcus commentator obtinet, qui cum in veram lectionem incidisse potuerit, quam tamen securus fuerit de loci mente, hac glossa facile testatum reliquit. ὁ τυμὼν Θύρσις ἐπιγνοὺς ἑαυτὸν. Ita sensus rei bonæ pluribus deest, quam copia. Totus versus nihil est quam formula: quæ ut magis conspicua sit, majusculis eam notaremus. Antiqui in omnibus monumentis & scriptis à nomine suo inchoabant: quod in sacris fere omnibus, profanis autem Herodoto & Thucydide videmus. Sic Herodotus: ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΗΔΕ. Plane eodem modo, patriam, nomen, scriptum nominat, quo noster Thyrsis eodem plane modo τῷ ἀνοήτῳ ἴδιῳ utitur: quod delicaruli illi dactylorum captatores mutarant. Admirabili simplicitate noster. THYRSIS, inquit. ΜΥΝΑΣ ΗΙΣ ΕΣΤ. ΕΤ ΗΑΣ ΕΣΤ ΤΗΥΡΣΙΔΙΣ CANTILENA. Sicut Herodotus, ΗΕΡΟΔΟΤΙ ΗΑΛΙCΑΡΝΑΣΣΕΝΣΙΣ ΗΑΣ ΕΣΤ ΗΙΣΤΟΡΙΑ. id est, Herodotus Halicarnassensis hic est, & hæc est Herodoti Halicarnassensis historia. multo καθαρώτερον. & idem fere, nisi quod simplicius hoc modo, magisque antiquitatem spirat. Paulo aliter Thucydides, cujus interpres duabus de causis id fieri notabat: Primo propter cognomines: deinde & plagiarios. Πάντως,

των, inquit, μίμησιν τῦ ἀεὶ ἐν ὁμοίοις κατ-αρχὰς, ἀλλὰ διάφορον ἑαυτὸν τῶν ὁμοιούμενον ἐν τοῖς ἔπεσιν, ἄμα δὲ καὶ τῦ μὴ ἕτερόν τινα τὸ αὐτῦ σφετερίσασθαι σύγγραμμα. Particula illa quam. ignavi homines tollebant ſequentis odæ σφραγὶς eſt: ita Theognis ejuſmodi exordium vocat. Nos illam tanquam ἀκίνητον & rem ſacram vindicamus. Thyrſis igitur inchoaturus, hanc σφραγῖδα præmittit:

ΘΥΡΣΙΣ ΟΔ' ΩΝ ΑΙΤΝΑΞ,
ΚΑΙ ΘΥΡΣΙΔΟΣ ΑΔ' Α ΦΩΝΑ

Nihil ſuavius aut venuſtius. Ego ex ingenio id primum in codice meo notaram, cum poſtea editiones omnes, ut quæque earum antiquiſſima erat, aut ex antiquiſſima expreſſa, conjecturæ meæ vidi ſubſcribere. Extat antiqua σφραγὶς ejuſmodi poëtæ noſtri, qui cognominem ſuum Theocritum τῦ Χίου metuebat, his verbis concepta:

Ἄμμε ὁ Χῖος ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὁ τὰ δὶς
χαίλα,
Εἰς ἀνὴρ τῶν πολλῶν ὀλίγ' ἐπιστάμενος.
Τῆς Περξαγόρα, πιερικλήτας τι φιλήσας.
Μῶσαν δ' ὀπνίλω ἢ ποτ' ἐφακυτάμιλω.

Si bene poëtæ mentem capio, negat ſe quicquam τῇ Ἰδύῃ ſcripſiſſe: nam hoc maxime ab Ionico ſuo cognomine ſe diſtinguit. Quod ſi verum eſt, nec autoritatem rei tam ſacræ elevamus, quid reſpondebunt quæſo tot magiſtri veteres, qui notarunt Theocritum τῇ Ἰδύῃ ἢ τῇ Δαφνίδι χρῆσθαι, atque ita αὐτῦ τῦ ποιητῦ κατα-ψεύδεσθαι? Quid ſtatuemus de idylliis, quæ manifeſte Ιωνίζει? Quid de illis quibus Grammatici præfixerunt hanc notam, τῇ Ἰδύῃ? An ἐφολκίδα μῶσαν ὀπνίλω, eſt, quod plagiarii faciunt? ut illud neget poëta, unquam ſe in meſſem alienam falcem immiſiſſe, aut, ſolere ſe σφετερίσασθαι καὶ τῶν ἄλλων. (quod multi tum temporis faciebant.) Judicent docti homines. Nos exiſtimamus aut nihil aut parum Theocriti τῦ Συρακουσίου eſſe, in quo ἡ Δωρὶς ἡ χαρακτηρίζεται.

## CAP. IIII.

*Echenais.* Δάφνις ὁ πάλαι. τὰ εἰς τὴν Δάφνιν. *Theocritus emendatus. ζαπῶσα ζαγῶσα voces inuſitatæ Doricæ. Theocritus contra interpretes multis modis illuſtratus.* Δύστροφος ἀμήχανος. Αἰτιολικὴ καὶ Βυκολικὴ τάξις. πικεδὼν ὀρθαλμῶν. *Hirqui. Interpres emendatus.* δηλῶσαι ἥλιος, ἥλιον δείξασθαι. ἄκω ποταμῶν. ἄγκεσι. Ἄγκεσιν. ἰχὰς ἀπ' Αἰγίλω. *multa alia.*

Timæus rerum Sicularum autor Echenaïdem eam Nympham vocat, cum qua pactum ſive ῥῆτρον inierat Daphnis, ut ſi alio amore diſtractus fidem falleret, pœnam quam minabantur fata ſubiret. Eam interpres Græcus Ξυνίαν vocat; deceptus male intellecto Theocriti loco, quem infra illuſtramus. Huic Nymphæ in hoc idyllio, quod hactenus præterfugit doctos homines, partes ſermonum tribuuntur, quod apparebit, emendata voce unica, quam primo loco hoc capite tentabimus. Antiquiſſimum, ut jam diximus, rei Bucolicæ argumentum eſt, ὁ πάλαι Δάφνις, vel, ut cum veteribus loquar, Δάφνις ὁ Βυκολικὸς πάλαι τὰ ὑμέναια. Carmen, cujus hoc argumentum erat, Hymnus Himæreus dicebatur: quem hoc idyllio, quia corruptus erat locus præcipuus, contineri nemo ſatis animadverterat: eum nos ſupra reſtituimus. Πάλαι illud, quod ſubjectum hymni Himeræi erat, cujus autor fuit Steſichorus, poëta Himerænus. alii amorem ipſum Daphnidis. alii cæcitatem putant, inter quos eſt Ælianus, qui primum Bucolicum carmen, cujus formulam hoc idyllium exhibet, modo, πάλαι Δάφνιδος, modo, σίριγγι ἐφαρμόσαι vocat. Per hoc πάλαι Δάφνιδος infra jurat paſtor quidam:

Αἰῶ πιστώσαμι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείσμαι.

Virgilius antiquiſſimam atque adeo primam Bucolici carminis materiam ad Gallum ſuum tranſtulit. Tota illa ecloga, qua propterea nihil poteſt eſſe divinius, παῤῥησία quædam eſt Daphnidos malorum: quæ cum omnibus Roma-nis

nis notiſſima eſſent, ac præcipue Gallo, περὶ τοῦ περὶ μύθους ἔχοντι. & homini poëtæ, nihil potuit à rege poëtarum fieri urbanius. qui hoc modo Bucolica ſua concludebat, nihil prudentius à Theocrito, qui idylliis Bucolicis, tanquam πεῖσμα τηλωνῆς, præmiſit τὰ εἰς Δάφνιν: quod argumentum ita ſive acceptum ſive notum fuit, ut veteres omnia Bucolica, τὰ εἰς Δάφνιν ποιήματα vocarint. Julianus imperator Miſopogone: Καίτοι καὶ τοῦτο ἴσχει τοιοῦτον ὁ πάγων, ὥσπερ τὰ ἄλλα, λυπηρὸν, οὐκ ἰατρίσιον καθαρὸν κλαυθμῶν, καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, γλυκυπαθεῖσι χάλκοι χάλκα περσμάτλιν, ὅπερ ἔδη τις ἔφη τῶν ἰργασαμένων τὸν τοῦ Πανὸς καὶ τῆ Καλλίσῃ. εἰς τὸ Δάφνιν ποιήματα. Vocat poëtam noſtrum, ſeu quicunque ille eſt qui Aitem Ionicum idyllium ſcripſit, τῶν ἰργασαμένων εἰς Δάφνιν ποιήματα. hoc eſt, τῶν Βυκολικῶν ἴτα. Vel quia Daphnin præfixerat (unde ſuſpicari lubet quoſdam ab hoc idyllio, quod primo loco legitur τὰ εἰς Δάφνιν vocaſſe reliqua) vel quia antiquiſſimum argumentum eſt Daphnis. Sicut autem Ulyſſes Homericus, ita & Daphnis Bucolicus partes diverſas habet: è quibus ſiunt Εἴδη ſingula in re Bucolica. Qui huic idyllio ὑποκεῖται, eſt ὁ πάγων: qui idyllio octavo, nono, ſexto, eſt ὁ ἐν ἀκμῇ. Huic πάγωνι Δάφνιν nos ſuppetias feremus ut poſſumus, quandoquidem à Græcis Grammaticis, quorum gloſſæ ad nos pervenerunt, ſive ſuo ſive temporis vitio, omnia præcipua prætermiſſa ſunt. Initium faciemus ab his verſibus:

— ἄ δή τι κύδε
Πᾶσαν ἀνὰ κώμαν, πάτ' ἄλτια ποιεῖ φρυάσσα
Ζαπυδ'.

De quo loco longe aliter ſtatuendum eſt. Dorica ſunt vocabula & ex uſu penitus remota, ζαπυδᾶν, &, quod pro eodem citare videtur Heſychius, ζαγυδᾶν: quod modo eſt ὑποπτεύειν, modo nihil aliud quam φρυάσσειν, & dicere. Ζαγυδᾶν, inquit, ὑποπτεύειν. Δωριεῖς δ' λέγει. ἀντὶ τοῦ ὑποζεῖν, καζόμενοι & infra: Ζαπυδᾶσαι, φορῆσαι, φοβῆσαι. ζημιῶσαι, ὑποπτεῦσαι. Scribo non ζαπυδᾶσα, ſed ζαπύδᾶσα, ſenſu longe alio, quam hactenus ſuſpicatus eſt quiſquam. Tota hæc oratio Nymphæ Echenaidis eſt exprobrantis Daphnidi vulgivagam Venerem. καὶ ἁρμὸν ἄτακτον. Juro Theocriti Veneres locum non eſſe, qui minus ab interpretibus intellectus ſit, cum iis quæ ſequuntur, ut oſtendemus cum ſingula conſiderabimus. Non videbat Græcus interpres quomodo hæc conciliaret, aut quomodo ea quam offenderat Daphnis diceretur ζητεῖν τὸ Δάφνιν; cum potius eum fugere debebat. Excogitavit ergo πεῖσμα ἰρμονίας: quo, tanquam condimento aliquo, hoc ὄνειδισμα dilueret. Sed verba apponamus: Ζαπύδα. Αἰολικὸν, συναιλίον δὲ τοῦτο τοῦ ἐπαίνου. πάλιν δὲ πλανᾶται ζητοῦσά σε. ἰρωτιώμενος. δὲ λέγει πρὸς αὐτὴν τοῦτο. αὐτὸς γὰρ μᾶλλον ἰζήτει, διὰ τοῦτο καὶ Δύσηρος. Et mox: Ζαπύδα. ἰρωτιῶσα δή. ζητεῖ γὰρ αὐτὸς μᾶλλον. ὑ ζητεῖται ὑπὸ Νύμφης. ἡ καταγορεύοντος ὁ λόγος. Totam propterea orationem putat eſſe conſolantis Daphnidem Priapi: cum ſit indignantis puellæ, cui fidem fregerat, quamque inconſtantia ſua offenderat: itaque tot errores committit, quot verba ſequuntur. Antiqui critici non eſt dubium quin in hoc Theocriti loco partim ζαπύδα, ὑποπτεύσα, ζηλοτυπῶσα exposuerint: partim ſimpliciter φορτικὰ, quod nobis placet. Sed utro modo ſumas, oratio quæ ſequitur ipſius Nymphæ eſt. Hanc prætermiſit Virgilius, qui diſtinctionem totam vitabat, quam inter Βυκολικὸν & Αἰτιολικὸν τάξιν Græci ſtatuunt, unde hæc dependet: ne cogeretur ἀσχημονῆν dixit tantum, *tua cura Lycoris alium ſecuta eſt*, ut indignationem ejus indicaret, tantum abeſt ut redderet, *te quæris*, ſicut vulgo legitur. Quanquam in toto eo loco plusculum ſibi permiſerit, & judicio ſit uſus ſuo, ut ſolent veteres: à quibus qui religionem & fidem in exprimendis veterum locis requirerat, ſæpe falleretur. Eundem ſenſum reliqua omnia quæ ſequuntur præſtare debebant: quæ hac occaſione non minus perperam ſunt intellecta. Illud interjiciatur tamen, καὶ διὰ μέσου κλίνω. Interpres Græcus cum ait, κύφα, καὶ ἴφη· ἐπὶ γὰρ τὸ πάθος ἐκτείνει καὶ κρύπτει, ſcribe ἐκτείνεις. Tota increpatio quæ ſequitur nihil aliud eſt quam libidinoſi hominis character, non infelicis. itaque nec vocem Δύσηρος, nec vocem ἀμήχανος intellexerunt, ut debebant, interpretes: quo factum, ut nihil in tota puellæ oratione perceperint, cum etiam, cujus eſſet ea, ignorarent. Δύσηρος eſt non qui Græcis dicitur ἐπὶ κακῷ ἰρῶν, nec quod Grammaticæ volunt, δύσκολον ἰρωτᾶ ἔχων, quomodo ab omnibus acceptum fuit hactenus: nihil minus. Sed qui Xenophonti δύσερως

ρως τῶν ἀφεδρώνων, Theocrito ſimpliciter ὑύτερος dicitur: qui in amorem & libidinem nimium effuſus eſt, nec modum ſui habet. Eodem modo & ἀμύχανος, cujus vocis vis in loco ſimili nondum ſatis bene Latinis expreſſa fuit. Poëta de Neſtore eodem fere modo bis uſus eſt, cum vehementiam illam ſenilem & ἀγριωτὴν γεροντικὴν exprimit.

— τὸ δ' ἀμύχανον ἶσχει γεραιόν.

*Tu nimium mirus hunc es ſenex, nec ceſſare potes.* Utrumque & ὑύτερος & ἀμύχανος intenſionem hic deſignat; quod hactenus obſervatum non fuit. Objicitur Daphnidi amoris inconſtantia, & promiſcua Venus, ut ſequentia docebunt. Sequitur:

Βούτας μὰν ἰλίγιν· νῦν δ' ἀντίον ἀνδρὶ λύκος.

Hæc probant ſuperiora, ac potiſſimum ea, quæ de voce ὑύτερος diximus. Convicium quo in re paſtorali proſcindebantur οἱ Αἰτωλοὶ, erat, quod imitarentur pecoris ſui naturam. Atqui λάγνοι & Veneri erant οἱ τράγοι & οἱ αἶγες, Caprariorum pecudes, ut vulgo notum eſt, tales ergo & illi qui præerant iis. Feſtiva, lepida, venuſta eſt hæc puellæ oratio: quæ ne puellæ quidem antea eſſe ſciebatur. Dicebaris, inquit, ὦ Daphni, Bubulcus eſſe, & homo continens: nunc Caprariorum mores induiſti. Ita intellige infra locum idyllii 5. ubi canente Comata qui Αἰτωλὸς erat:

Βάλλ' ἐς μάλωτι τὸ Αἰτωλὸν ἀ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελώσᾳ· ἐς ἀδύτι πεπαυμένοι.

Reſpondet Lacon, qui Βυκιαστὴς erat:

Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸ Πομίον λιτὸν ὑπάντων
Ἐκμάσσ' ἀπτερὸς δ' ἐπαΐ· αὐχίνα σύριν ἔδηρα.

Ubi eodem modo οἱ Αἰτωλοὶ & οἱ Παμφίλοι opponuntur. Dixerat Caprarius: Cleariſta in amorem ſui Caprarium allicit. Reſpondet Paſtor. Quid mirum cum hoc & Bubulco fiat? Harum diſtinctionum in re Bucolica occaſionem dedit poëta: qui Melanthio Αἰτωλῷ, hominis libidinoſiſſimi partes tribuit, qui, abſente Ulyſſe, omnium ancillarum pudorem expugnabat. Contra, Bubulcum ſocium Eumæi in conſervanda Penelopes pudicitia domi relinquit. Ex his pendet tota venuſtas. Multum errarunt qui negligenter in re Bucolica has τέχνας diſtinxerunt. Inter tot Græcorum gloſſas, quæ ad hunc locum extant, una tantum vera eſt. παρ' ὅσον οἱ μὲν Βυκιαῦαι πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐγκρατεῖς· οἱ δὲ Αἰτωλοὶ λάγνοι. ἡ δὲ αἰτία, ὅτι καλοφιλότεροι ὄντες οἱ αἶγες διαφέρουσι τῶν Αἰτωλῶν. Reliqua ſunt ineptiſſima: nec digna quæ hic in conſilium adhibeantur. Sequitur:

Ὦ τᾶλε· ὄκκ' ἐπρῆξε τὰς μηκάδας, οἷα δεπωλῶν,
Τάκιστα ὀφθαλμὸς, ὅτι ἰ τράγος αὐτὰς ἐγάνω.

Et hoc confirmat quod diximus. Eſt enim τηκεδὼν ὀφθαλμοῦ, hominis libidinoſi, æmuli, & καλοφιλοῦντος. & obſceni, character. Ejuſmodi τηκεδόνας Perſius *patrantes oculos* dixit, *patranti fractus ocello.* Virgilius, *hirquos.*

*Novimus & qui te tranſverſa tuentibus hirquis.*

*Hirqui* enim, teſtibus grammaticis, *ab animali libidinoſiſſimo dicuntur, oculi in hirquos retorti*: quod libido efficit. Maximus Tyrius hoc quoque inter obſcenitates collocat: μηχανῶνται ἡ γαλῆ, τηκεδόνας οἱ ὀφθαλμοί. Nunquam Caprarii ſine inſigni ἀκαμπτήρᾳ inducuntur: qualis eſt hæc. Horatius quoque inter alias æmulationis notas hanc addit:

*— humor & in genas*
*Furtim labitur, arguens*
*Quam lentis penitus macerer ignibus.*

Senſus totius loci, &, ut magiſtri loquuntur, τὸ πᾶν, tale eſt: Puella per fontes & lucos omnes fertur, atque ita conqueritur: Certe Daphni, in amoribus levis nimiumque deſultorius es. Haſtenus quidem Bubulcus ab omnibus dicebaris: nunc vero Caprariorum mores & inconſtantem libidinem plane induiſti. Illis enim, quocieſcunque ſuas capras iniri vident, dolent continuo & liquore turpi ſuffundunturr oculi, quod non ipſi hirci ſint. Tibi vero, quotieſcunque puellam è trivio ridere vides,

oculi

oculi liqueſcunt, quod non cum ea choreas ducas. Non vetabo propterea ſi quis illud ἀ δέ τι κάρᾳ cum Priapi oratione unico ductu continuet: ut illa quæ ſequuntur μαγικῶς ab illo referantur. Hæc interim verba puellæ ſunt. Legitur paulo poſt in Græco interprete; ἢ λυγιξεῖ, τοῖς βαρβίοις δῆτα· ἤτοι δῆτα λύγως· παρὰ τὸ δισμιλῆ. ἢ ὁμαρᾷ· δίδᾳ μάχοισι λύγωσιν· ἢ ὀλάσαι. ὁπαλὸς γὰρ ὁ λύγος. Puto ſcribendum, ἢ ὀλάσαι. ὁπαλὸς γὰρ ὁ λύγος: ut nimirum λυγιξεῖ ſit ὀλάσαι. & comminuere Hominibus quibus ſpes omnis præcidebatur, dicebatur δύπτε ἤλιε: ſicut è contra ἀνέξεαι ἤλιος, quibus ſpes aliqua offerebatur ſubito, & præter omnem expectationem. Paulo poſt itaque male diſtinguebatur verſus ille,

Ἤδη γὰρ φορέσᾳ πάντ' ἄλιος ἄμμι· διδύκει
Δάφνις.

ut oſtendit Iſaacus Caſaubonus, quamvis multi aliter ſenſerint. Longus, qui in paſtoralibus ſuis Theocriti imitatorem agit ubique: ᾠύχετο δὲ ἡ Νύμφαις καὶ τῷ Πανὶ, καὶ τάυτα αὐτὸς ἐκιύσασθαι τῶν κακῶν, καὶ διδύξασθαι αὐτοῖς καὶ ἡ ἀγέλαις ἅλιον. Videtur autem occulte in animo habuiſſe, cum hoc ſcriberet τὸ πάθος τῦ Δάφνιδος, quod fuit cæcitas. cæcis enim vere διδύκει ἅλιος: nam περὶ τῦ διδύκει & ejuſmodi ſupra. Quid, quod antiqui ἅλιν δύσιν ſignum eſſe exiſtimabant τῶν ἤδη τεθνεξομένων, fati imminentis? qua in re, ut in reliquis, præivit ille naturæ genius Homerus, qui hoc quaſi prognoſticon inter alia ſtatuit mortis procorum.

Εἰδώλων δὲ πλέον περήνεγε, πλείη δὲ καὶ αὐλή,
Ἰεμένων ἐρεβεννὸν ὑπὸ ζόφον· ἠέλιος δὲ
Οὐρανῦ ἐξεπέπαυκει, κακὴ δ' ἐπιδέδρομε ἀχλύς.

Vetus interpres: ὑπ' αὐτῶν ἐκπεφυρμένων γεγενημένης, ἀλλ' ὅτι τοῖς μνηστῆρσι ὁ ἥλιος ἐκπεπάυκει. Pluribus Euſtathius, qui hanc ipſam Theocriti χρῆσιν ibi adducit. καὶ μάν τινες τὸ ἅλιος ὑραιῦ ἐξεπέπαυκεν, ὡς ἰσάκτου ἐπὶ τῦ ἐκλείπειν, ἀλλ' ὅτι τοῖς μνηστῆρσι ὁ ἥλιος. ἤδη ἐπιλείποντα ὡς τεθνεξομένοις. καθὸ καὶ Θεόκριτος, ἅλιον πάντα διδύκειν λέγει τῷ ἤδη θνήσκειν. Non placet tamen διδύκειν, ut apud Euſtathium legitur: non magis quam ψιφύκειν. Editiones veteres φορέσᾳ conſtanter, non φορέσῃ. habent: quæ, ſi propius rem inſpiciamus, ſola interpunctione labi potuerunt: ut dubitem, utrum meliori ſenſu retineri poſſit φορέσᾳ, an alterum, φορέσῃ, quod ad Venerem referretur. Alias mens eſſet: Ἤδη φορέσᾳ πάντα, ἅλιος ἡμῖν διδύκειν: *Jam omnia indicant, nos periiſſe, de nobis actum eſſe.* Ut hoc dicat ἤδη ἀπαναγκάσας διακείμενος, ac propterea libere Veneri obtrectans: nihilo certe deteriore mente, ac fortaſſe planiore:

Ἤδη γὰρ φορέσᾳ πάντ' ἄλιος ἄμμι διδύκειν.

Somniant qui aliter accipiunt & diſtinguunt. In ſequenti verſu cum conqueritur idem Daphnis, ὅτι καὶ ἀλλᾳ κακὰ ἔπαθεν ἄλγε' ἐφύλει: nihil aliud ſignificat, quam ſe futurum triſte exemplum reliquis amatoribus. quod ille κακὰ ἄλγε' Euripidis Phædra dixit κακὸν. cujus verſiculi hunc locum illuſtrant,

Ἀτὰρ κακὸν γε χ' ἁτέρᾳ γενήσομαι
Θανοῦσ', ἵν' αἰδῆ μὴ τι τοῖς ἐμοῖς κακοῖς
Ὑφηλὸς εἶναι· τ' νόσε δὲ τῇδε δὴ μοι
Κοινῇ μεθορμᾶν· σωφρονεῖν μαθήσεται.

Lepidum vero poëtam noſtrum, qui maluit verſu ab hinc undecimo ἀδιαφορίαν in duorum temporum ſyllaba admittere, non obſtante duplici quæ ſequitur. ἢ κατὰ τ' ἰουλὼν ὀνυχεῖ, hoc eſt. Bucolico metro excidere, quod aliter fieri non poterat, niſi priorem in Δάφνις abbreviaſſet, cum ſcripſit:

Καὶ λίγα, Τίν Βάτταν πεκὸ Δάφνιν.

Eodem modo paulo poſt:

Χαίρω· ὁ Βουκόλος ἤμμιν ἐγὼ Δάφνις ὑκὸ' ἁμὸν ἔλαν,
Οὐκὸ' ἀπὸ δρυμοῖς, ὑκ ἄλατος.

Non debent prætermittere tam curioſam ἄδηλα poëtæ ſtudioſi in hoc ſcripto; cum rei Bucolicæ intereſſit: & ad ferendum de his judicium quam maxime neceſſarium. Apud Græcum interpretem, in Arethuſa quod legitur, ita ſcribe: ἢ Ἀρίσυτα κρήνη ἰὼ Συρακόσσαις, ἢ ἰὼ Σικελίᾳ, ἢ φασὶ διὰ πελάγους Ἀλφεὸς σεύεσθαι. Sed quid ſibi vult idem, cum hoc modo Ibycum adducit, ὅς φησιν Ἴβυκος παρεσόμεθα πεῖσι ϟ Ὀλυμπίας φιάλαις? Videtur adducere magiſter locum illius poëtæ aliquem, qui de Olympico certamine

tamine agebat. Legendum itaque fortaſſe, περὶ τ Ολυμπίας πάλης. Ολυμπίας πάλη, ut Ολυμπίας ἀγών. Cum cauſam reddit ſive is ſive alius Grammaticus, cur Daphnis, φίλος Μούσαις dicatur, hæc gloſſa legitur: ἐπεὶ πάσας οἰκείως διέτριβε, ſcribe, περὶ πάσας. Res manifeſta eſt, φίλος Μούσαις dicebatur, ἐπεὶ περὶ πάσας εἰκείως διέτριβε. Cum agitur de inverſo rerum ordine moriente optimo Daphnide, notat idem Græcus; πάντα δὲ ἐναλλαγμένα γενέσθω κατὰ τὸ, ἄνω ποταμοὶ χωρῆσιν αἱ πηγαί. Locus quidem quem affert, Euripidis eſt, Medea:

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν
Χορῆσι πηγαί,
Καὶ δίκα καὶ πάντα τρέπεται.

Sed abſolute περὶ ἐναλλαγμένης φύσεως & inverſo rerum ordine ſæpe dicunt elegantes ſcriptores ἄνω ποταμοῖς. Luc. Nicarch. Ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐξῆς πῶς γενέσθαι, τ πρισβύτερον, πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτο, ὅτις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μεῖ αὐτὸν, ἀναστρέφεσθαι δὲ μᾶλλον, μᾶλ ζῆν μὲν τ ὑπάρχοντ. ἐδύνατο πρᾶξ ἔτι λοιπὸς ἔχειν, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις πίστεσιν ἐπικεκυφότα κορύζης μὲν τ ῥῖνα, λήμης δὲ τὼε ὀφθαλμὼε μετὸν ὄντα, υἱὸν ἔτι νέον ὑὸ ἀδόντα, ἐμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων καταγηράσαντ. ἀποθνήσκειν δὲ καλόν, καὶ ἀρίστους ἄνδρας παύσασθαι. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. Theocritus cum ſcripſit, καὶ τὸ δίδυ τὰν ἀῖγα, lego, δίδυι. Δωρικώτερον. Pindarus: τῷ δὲ πρᾶξιν φίλαι δίδυι. Moris erat veteribus, iis quibus bene volebant, vivendi facilitatem, quæ præter naturam erat. καὶ τ παρὰ φύσιν εὐτέλειαν alicujus rei optare: quod ſuaviſſimus Caprarius fecit, qui inter alia, admiratione raptus Thyrſidis, precatur ut caricam ex alno legat, vel populo. Sed ſcribendum eſt, καὶ ἀπ' αἰγίρου ἰχάδα τρώγοις, pro quo Αἰγίλου legitur. Notant autem Grammatici, αἰγειρος, χωρὶς τῦ ι λέγεσθαι: exemplum adducunt: καὶ αἰγίρου ἴφυσαι ὑγιαίνειρον. Nihil dici poteſt, quod aut ſuavius ſit, aut melius huic loco conveniat. Grammaticus tamen, qui etymologias dedit, in hoc Theocriti loco Αἰγίρου legit. διὰ δὲ γινάσκω, ὅτι παρὰ Θεοκρίτῳ, ἀπ' Αἰγίρου ἰχάδα τρώγοις, διὰ τῦ ι γράφεται, ἀπὸ τῦ Αἰγείρου. ἴσως δὲ Αἰγείρου ὄνομα πλείων. Scio Theocriti idiotiſmum eſſe, ἰχάδα ἀπ' Αἰγίλου vel Αἰγίρου, ſicut infra χαῖται ἀπ' ἀκόνδυος: diſſimulare tamen non poſſum placere mirum in modum αἰγίρου, præſertim cum idiotiſmus maneat. Videant docti.

## CAP. V.

*Secundi idyllii pars percurritur, initium idyllii. ἄνθεμα. ἀδολεσχία antiqua obſervata. φίλον & ἐμὸν ἀδόλλυλα. φίλον ἴδιον. Inſcriptio idyllii. Theocriti φαρμακεύτρια. Simætha ὤχετ' ἄγων, ὤχετο φεύγων. Interpretis μνημονικὸν ἁμάρτημα: emendatus iterum. Theocritus emendatus. Simulationes in hoc idyllio. Menandri locus apud interpretes emendatus. τὰ χαλκεισμβία τ παρθένων Pindari. κρεὶς σὺ δαίμονι. ἀνὴρ σὺ μείσηται. alia. πολυπράγμονες philoſophi. φυτὸν τὸ φύμενον, γένος τὸ γενόμενον. Hippomanes planta. Poeta à calumnia vindicatus. Nicander emendatus. Interpres Græcus notatus.*

IN ſecundo idyllio multa ſunt, quæ ignorare non poſſumus. Ejus magna pars ſicut mimum olet. & Sophronem ſpirat, qui alibi in γυναικείοις ſimile argumentum tractarat, ita fere totum cum σχηματισμῷ pronuntiatur & geſticulatione: de quo pluribus ad Comaſten. Fidem hujus rei nobis vel exordium facit. Πῦ μοι ταὶ Δάφναι φίλα θέεσθαι; πῦ δὲ τὰ φίλυρα; quæ verba cum ſcriberet poëta, in animo habuit cantiunculam quam in tripudio canebant veteres: quæ ἄνθεμα dicebatur. Cujus initium erat: Πῦ μοι τὰ ἴουλα; πῦ μοι τὰ Ἴα; πῦ μοι τὰ καλὰ σίλικα; Non longe ab hoc exordio occurrit ſimpliciſſimæ cujuſdam ἀδολεσχίας ſpecies, qua frequenter utebantur poëtæ vetuſtiſſimi. Nec alia ratione Simætha maritum ſuum, quem toto hoc idyllio exagitat, φίλον ἄνδρα dixit: ἰμὸν enim & φίλον hic παρέλληλα ſunt. Cujus

jus rei ignoratione ſæpe in Homero peccatum eſt. φίλον eſt τὸ ἴδιον. Sicut Pindarus φίλαν τρέφεσθαι τὰ παιδομιν φίλαν Ἄρηος ἀμπὶ θαμὰ τρέφεσθαι id eſt. ὑμετέραν, vel ἴδιαν. Ridiculus propemodum eſſet, qui aliter ſumeret in Heſiodi Theogonia, ubi filius dicitur amputare genitalia φίλῳ πατρί.

--- φίλῳ δ' ἀπὸ μήδεα πατρὸς
Ἐκτομίνους ἤμητι.

apud Cointum Lemnides fœminæ dicuntur mactare φίλους ἀκοίτας.

Αἱ δὲ μίγα ζάλωσι περὶ κραδίῃσι πεσοῦσαι,
Θυμὸν ἀνιάπτειαι· φίλους δ' ἀπὸ δῶμαθ' ἑκοίτας
Κτείνειν ἀπηλεγέως ὑπὸ χείρεσσι.

ſed φίλοι ſunt ἴδιοι, vel omnino nihil eſt, quam archaiſmi ſchema. Talia ſunt apud Homerum φίλον ἦτορ, φίλαι κῆρ, & infinita alia. Si igitur priori modo accipiamus, erit manifeſta ἀφελεια, & quæ priſtini ævi ſimplicitatem refert ἡ καθαρότης, in illo verſu:

Ὡς τὸ ἐμὸν βαρὺν ἰῶσα φίλον καταθύσεται ἄνδρα.

nam ita malim quam ἐμοὶ legere: ſatis enim erat dixiſſe alterum: jam utrumque dixit, ἐμὸν φίλον ἄνδρα. Sicut Oppianus ἴδιον φίλον ἀποκτᾶναι. ſimili ἀφελειᾳ. Sed propemodum nobis exciderat interpres Græcus, qui de inſcriptione idyllii notat, Ἐντυχόντες τὴ παρὰ τοῖς ἰδύλλιοις Φαρμακευτρίᾳ. Athenæus Theocriti Φαρμακευτρίας citat. Θεόκριτος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ Φαρμακευτρίᾳ φησὶ: & poſtea hujus idyllii locum adducit. unde ſuſpicari pronum eſt; Grammaticos ab argumento ita hoc idyllium indigitaſſe. Non videtur autem aliter inſcribere debuiſſe poëta, quam Simætham, & tam nobili ſcorto. quanquam aliquot ejuſmodi Sophronis inſcriptiones notavimus. Quo magis admirari libet Græculi cujuſdam ſcholaſtici argutam curioſitatem: quam jam ante quoque viri magni attigerunt, qui poëtæ ἀντεγκλίας culpam intendit, quia videlicet Theſtylidis perſonam à mimis deſumpſit. Cujus nomen cum ex antiqua comœdia depromptum ſit, cui illius belli, quo ea nata eſt, inter Megarenſes & Athenienſes, cauſa aſſcribitur. non video quantum inter hanc & illam interſit: aut cur potius à Theſtylide quam à Simætha abſtinere debuerit.

Πόρτιν δὲ Σμίδος ἐόντος Μεγάρεως
Νισαίας κλέπτειν μεδυσκόπτεδον.

ait Comicus Acharnenſibus. Non peccavit igitur, qui γυναῖκ' ἐπὶ πορνίᾳ κεκαμμένην è Sophrone ſuo ancillam dedit. Itaque Grammatici videant, quibus non ſatis erat, elegantiſſimum poëtæ ſenſum tot ineptiſſimis χολυδείοις perverſum eſſe: niſi inſuper ἀκριτίαν ſuam illi imputarent, quem toties male intellexerunt. Nobis certum eſt magnam eorum partem quæ Simæthæ hic tribuuntur, ὑπ' ἀπορίτων à poëta dici. qualia multa de Diphnide & aliis: quæ multum leporis pepererunt apud veteres, nobis vero ſunt incognita. Non placet quod paulo poſt legitur apud poëtam,

--- ἦ ῥά οἱ ἄλλα
Ὀχεῖ' ἔχων ὅ, τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας,
ἄτ' Ἀφροδίτα.

quæ abſurdam ſententiam efficiunt: quam ſatis habent ita exprimere interpretes: *Nimirum illi alio abiit amor levem animum habens & Venus* Scribe: ἦ ῥά οἱ ἄλλα Ὀχεῖ' ἄγων: Nam ὄχει' ἄγων uſitatiſſimum poëtæ eſt, pro ἦγε. Infra eodem idyllio, ἔχιδν φύγων, eſt, ἴφυγε. & idyllio quarto ſicut hic, ἄγων τιν ἐπ' Ἀλφεὸν ἔχιδν Μίλων. quod iis novum non eſt, qui Platonem legerunt, quo nemo frequentius ita loquitur. Phædone: τῷ τοι τὸ πλοῖόν. ὃν φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεὺς ποτὲ εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἔχιδν ἄγων. Accuſat inconſtantiam non Cupidinis & Veneris, ſed Delphidis, cujus mentem Ἔρως ἔχιδν ἄλλα ἄγων. Nam interpres Græcus hæc non tangit, qui fortaſſe veram lectionem ſecutus fuiſſet interpretatione ſua. Quanquam parum illi hominum generi tribuere cogamur. ita ſæpe vel depravata ſequuntur, vel ipſi corrupti ſunt: &, quod plus eſt, manifeſta negligentiæ nota ſe traducunt. Ecce, ne longe abeamus, cum Ariſtotelis locum Περὶ ζώων μορίων adducunt, ubi de Jynge loquitur: Καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων μορίων, μᾶζον πίττης αὐτὸ λέγων. Ubi & memoria lapſus, quiſquis eſt. ſimul & corruptus eſt. Legitur enim lib. 2, Ζώων ἱστορίας locus ille. Pro πίττης ſcribendum σίτου. Verba Philoſophi ſunt: οἷον ἡ καλουμένη ἴυγξ. αὕτη δ'

ἰσὶ μικρὸ μὲν μείζων ασίζης· τὸ δὲ ἄλφιτον πυρίλλων Non ita longe ab hoc loco ſcribitur à commentatore: Ταῦτα δὲ ἀναπείρει ἐπὶ τὴ Δίκτυδα, καὶ φησὶ ἡ ψυχὴ αὐτῆ δῆσα, καὶ ὅτι περ εἴρηται ἴχει τῆ σάμπλου. Scriptum fuit à Græco librario, καὶ φησὶ ἡ ψυχὴ αὐτῆ Ραδνῆ, literis paucioribus: ut ſolent feſtinantes καὶ ἐπιτετρυμένοι χρόνοις. quod nihil aliud eſt, quam Ραδάμανθα. Itaque ſcribendum eſt: καὶ φησὶ ἡ ψυχὴ αὐτῆ Ραδάμανθα. Locus enim Theocriti eſt:

-- τὸ δ' Αρτεμι καὶ τὸ ἰὸ Αφρ
Κυπρογεν Ραδάμανθυ·

ut nonnulli legebant. nam de hac lectione hic agit: alias pronius eſſet ἀδάμανθα ſcribere. Quod ſequitur, gloſſa illius eſt,

-- καὶ ὅτι περ ἀσφαλὲς ἄλμη.

ac propterea diſtinguendum. Interim aurem nobis poëta vellit, cum ſcribit:

Αλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται· ἀλλ' ἐπίπαστε
Θέσυαι δ' ἁλαίαν.

quæ non intellecta fuerunt ut debebant, & quæ ſequuntur ea occaſione corrupta. Falluntur viri docti, qui ἀλλ' ἐπίπαστε ſcribi volunt, non autem ἄλλ' ἐπίπαστε: Ea vera lectio eſt, & ad alia nos deducit. Quæ ſunt enim τὰ ἄλμα, quæ aſpergi vult, aut cur ait Simætha, ἄλφιτα πρῶτον πυρὶ τάκεται? Nam utrumque & τὰ ἄλμα & τὸ πρῶτον aliud quid deſiderant, quod poſtea exprimitur: *Primo, inquit, farina, aut farina quas primo infudimus, abſumuntur, infunde & reliqua ſceleſta Theſtylis.* Quæ vox nos ad reliqua dirigit. Præcipuum in veneficiis locum obtinebant οἱ ἅλες, id eſt ſal: quod ne quidem Theocritus prætermiſit: quamvis hic invenire difficile ſit. Scribe igitur verſu ab hoc tertio:

Πάσ' ἄλα καὶ λίγα ταῦτα, Τὰ Δίκτυδος ἰσία πάσαν.

pro quo male πάσ' ἄμα legitur. Quod ut magis apparear, ſciendum eſt, quid ſit ſimulatio. Ab hoc verſu, Αλφιτά τοι, qui exordium eſt & inchoatio rei magicæ (reliqua enim fuerunt ἀ προλογίζόντες Σιμαίθης) uſque ad illum, Νῦν Δωτῶ, quatuor proponuntur ſimulationes. Prima conſtat ex ſale quod ſpargitur: ſecunda ex lauro, quæ uritur: tertia ex cera, quæ liquefit: quarta ex trocho, qui torquetur. Quid ſit in ſacris magicis ſimulatio, non ſatis perſpexerunt viri docti. In ſimulatione duo requiruntur. ut ſit res ſimilis, & aſſimulata: quæ refert, & quæ exprimitur. Res ſimiles, ſunt, ἅλες, δάφνη, κηρός, ῥόμβος: qui aſſimulatur, Delphis. Prima ſimulatio fit hoc modo: Πάσ' ἄλα καὶ λίγα. Τὰ Δίκτυδος ἰσία πάσαν: id eſt, *Sparge ſal, & exclama hæc verba: Delphidis oſſa ſparge,* ubi habes veram ſimulationis formulam. Nec aliter ὁ ἀνλίδιος Turnebus Virgilii locum intelligere debuit, cum de ſimulatione agit:

*Sparſerat & laticeis ſimulator fontis Averni.*

hoc enim vult poëta: *Sparſerat aquam, & exclamabat: Avernales aquas ſpargo.* Nam hoc eſt ſimulare in ſacris. Primæ ſimulationis, quæ ex ſale ſparſo conſtat, exemplum apud Lucianum in Ἐπαιρικῷ habemus, qui diligenter hunc Theocriti locum expreſſit. Φυσᾷ δέ τι αὐτῆ τῆ ἀνθρέξ εἶναι, οἷον ἰμάτιόν ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἢ τι τοιοῦτων. Μ. ἔχω τὰς κρηπῖδας αὐτῆ. Β. ταύτας κρεμάσασα ἐκ πατθάλου, ὑποθυμιᾷ τῷ θεῷ, πάτθατα καὶ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ, ἐπιλέγει δὲ ἀμφὶ τὰ ὀδμαλία, καὶ τὸ ἐκείνῳ, καὶ τὸ σόν. Legendum itaque, πασὰ ἅλα, ſicut apud Lucianum πάτθατα τῶν ἁλῶν. Atticiſtæ. Atque ita procedit ſimulatio, quæ ſine hac voce erat mutila. Sed in Græco interprete circa initium reſtant adhuc difficultates quædam, quas levi manu expediamus. Apud Euripidem, quem merito σκληκὸν φιλόσοφον dixerunt veteres, Hippolytus negat ſibi Deum ullum placere, qui noctu ſit admirabilis: atque hoc nomine & Venerem.

Οὐδείς μ' ἀρέσκει τυκτὸ δαιμονῶν θεῶν.

Eundem ſenſum præſtare debebant lepidiſſima Menandri verba, quæ à gloſſatore Græco afferuntur: quæ nunc contrarium inferunt. δεῖ δέ, inquit, ζῶν κατεζημίους ἔρωτι σεγῆς καὶ τυκτός. Μίσανθρωπος· οὐδέ. σοὶ γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτης: ſcribe.

Ω νύξ. σὸ γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτης.

*O nox, inquit, multum miniſterio tuo eget Venus.*

*Venus.* quanquam, niſi me fallit memoria, ut ab interprete, *ita* quoque alibi à Plutarcho citatur. Pindarum poëtam ſcripſiſſe Παρθένια ex Suidæ catalogo ſcimus: quod optus κεχαρισμένα τῶν παρθένων vocaſſe videtur vetus aliquis magiſter: qui locum illius laudat paulo ante, pro quo hodie legitur: Πίνδαρος φησὶν ἐν ταῖς κεχαρισμένοις τῶν παρθένων· ὅτι τῶν ἱρατείων οἱ μὲν ἄνδρες νύσσηλαι ἢ ἅλιοι, αἱ δὲ γυναῖκες ἢ σικελίδες. quod quid ſit equidem non aſſequor. Sed proprie Theocrito deſtinatus eſt hic labor. cui interdum operam noſtram debere cogimur. Sequitur ſimulatio altera, quæ plangone fit ſive pupa cerea: quam Theocritus ſatis habuit κηρὸν dicere, ſed σὺν δαίμονι: quod quale ſit, non viderunt. Porro ſicut non omnium eſt judicare de idioticiſmis poëtarum, ita non omnes moniti venuſtatem eam aſſequuntur aut admittunt. Non tamen propterea hominis veritatis ſtudioſi eſt, à ſemel ſuſcepto officio decedere, ſi nihil ſe proficere videat, præſertim in iis, quæ aut ante parum animadverſa aut obſervata, non omnibus perſuaderi poſſunt. Peculiariter utitur Theocritus aliquot præpoſitionibus, ex linguæ ſuæ proprietatibus, quæ ſingularem elegantiam pariunt: inter quas τὸ σὺν eſt. Ἀνὴρ σὺν μούσῃσιν eſt ἀνὴρ μουσικός. idyllio 7.

Εὖδ' ὁλὸν σὺν μούσῃσι Κυδωνικὸν οὔρεσιν ἄνδρα.

φοῖβος σὺν φόρμιγγι, dicitur, ὁ φορμιγκλὴς, vel ὁ φορμίζων. idyll. eod.

— ὃν γὰρ καὶ αὐτὸς ἀείδων
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τελφῖσσι μεγαίρει.

ſic & ἀπὸ aliquando: ut ἰχὰς ἀπ' Ἀγίνας χαῖται ἀπ' ἀκάνθας, ἄνδρες ἀπὸ σκιλλοῦντος dicuntur luctatores. ſicut ibi ἀνὴρ σὺν μούσῃσιν, eſt ὁ μουσικὸς. ſic hic καρὸς σὺν δαίμονι cera ſacra dicitur, ὁ καρὸς ἢ Ἑκάτης. *plango venefica.* Quod mirum fortaſſe Græco interpreti videretur ſi viveret: videbitur & aliis Deſcribit hanc ceram σὺν δαίμονι Euſebius, quæ Græcis dicebatur κηρὸς ἢ θείη. quod Theocrito eſt, κηρὸς σὺν θεᾷ vel σὺν δαίμονι. Exſtant apud illum verſus aliquot *lib.* 5. De præparatione Evangelica, ubi deſcribitur, & τρίχρωμος dicitur. vocat eam τὸ σύμβολον ἢ Ἑκάτης. Pudet aſſcribere locos ubique authorum, ne Rhapſodi videamur: qua ratione hodie chartæ implentur. & minimum quod in ſcriptis legitur authorum eſt. Quomodo jam diſtinguendus ſit hic verſus, apparet. Pergamus. Apud recentiores Græcos invenias, qui ſapientiæ ſtudium definiant, πολυπραγμοσύνην ἢ περὶ κάλλων: qui interdum veteres. Platonem & alios, ita loqui meminerant Non ſtetit hic ambitio aliorum, qui ipſos philoſophos rerum contemplationi addictos πολυπράγμονας dixerunt ἀκαίρως. Quod à gloſſatore factum eſt, qui Theocritum de Hippomane παραφερόντα, cenſoria virgula notavit. ὁ μὲν Θεόκριτός φησι φυτὸν εἶναι τὸ Ἱππομανὲς· οἱ δὲ περιττοὶ καὶ πολυπράγμονες, ὅ φασι φυτὸν εἶναι. & quæ ſequuntur. Atque utinam hæc unius tantum è plebe Grammaticorum cenſura eſſet, nec magnos noſtræ ætatis viros ac philoſophos præcipue in errorem traxiſſet. qui poëtam noſtrum tanquam imperitum philoſophum traducere maluerunt, quam ipſi meliores Grammaticos profiteri: ad quorum tribunal agitanda eſt hæc controverſia. γίνομαι & φύω ſæpe χυδαίως ponuntur, ut Atticorum χρῆμα: quorum ratio non ex uſu, ſed ἐκ τῶν πρωτοτύπων & derivatione dependet. Sicut enim γίνομαι eſt πᾶν τὸ γενόμενον, ita φυτὸν πᾶν τὸ φυόμενον. Utramque vocem ita idyllio 8. uſurpavit: ubi valles & fluvios θεῶν γένος, herbas & fontes γλυκερὰ φυτὰ vocat. Alter canit:

Ἀγκὰς ἁ πολιὰ θεῶν γένος.

Alter reſpondet:

Κρῆναι ἁ βατάνᾳ γλυκερὰ φυτά.

eſt enim γλυκερὰ φυτὰ. χρῆμα γλυκερόν. ſicut θεῶν γένος. χρῆμα θεῖον. Tentavit pro poëta aliquid doctus neſcio quis magiſter Græcus, qui notavit, φυτὸν ἴσως poni, ἀντὶ τοῦ ἐν ταῖς πόλεσι φύεσθαι: item Archilochum τὸ φῦμα φυτὸν dixiſſe. quin & præſtantiſſimus Caſaubonus hic aliquid notabat. Sed ut demus τὸ φυτὸν nihil eſſe aliud quam τὸ σύνηθες, & vulgari more uſurpari, ne ſic quidem ἀλογιστίαν poëtæ evicerint. Primus hujus opinionis fuit autor Heſiodus, qui in ſuis Georgicis hanc plantam ab effectis indigitavit. Servius ad quartum Georg. *Scit lectum eſſe apud Heſiodum herbam eſſe quandam, qua Hippomanes vocatur, quaſi ſeras mania. ſi enim eam comederint equi, furorem*

*rem patiuntur. Unde nunc adjecit, Vero quod nomine dicunt. Nam vult illam herbam, abusive Hippomanes dictam, quod possint equi furere, & alia quacunque ratione.* Scio quid responsuri sint illi sive medici sive philosophi, verisimile non esse, id prætermissuros fuisse vel Theophrastum vel Aristotelem. Eos nos vicissim monebimus ut meminerint illius Plinii, qui in Procœmio lib. 14. deplorat, paucos suo tempore nosse eorum nomina quæ ante mille annos ab Hesiodo commemorata erant. *tanto*, inquit, *priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit.* Adducunt & interpretes Græci Cratevam quendam, qui totam hanc plantam diligenter consideravit. Fuit autem Cratevas ille vetus Botanicus, qui sæpe ab autoribus & interpretibus adducitur: præcipueque ejus ῥιζοτομικά. Locus, quem Grammatici paulo post ex Nicandro adducunt, corruptissimus est: qui nisi hodie extaret, difficulter à nobis emendari posset, cum nunc etiam vix sibi similis videatur, ἀρχῆσι δὲ βδέλλα, inquit, παρὰ τὸ βδάλλω, ὅ ἐστιν ἐκμάσσω τὸ αἷμα. τὸ γὰρ ἀμέλγω Ἀττικοὶ βδάλλω λέγουσι. Nicander. ἢ συνίζησιμαι ἐν γλάγῳ. Scribe, Nicander. εἰ σύ γε βδήλαιο νέον γλάγος. Locus integer in Alexipharmacis est:

Ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν χαίτῃσι δρὸς ὑλαίης
κλῶας,
Πολλάκι δ' ἀγρωσῖν ἀφορεῖς ἀκύλοιπον ὁμάρτην.
Εἰ σύ γε βδήλαιο νέον γλάγος ἐνδοθι πίλνης.

Corrumpendo loco aliquid conferre potuit Grammatici διηγωφία, qui Nicandrum inspicere non dignatus sit. sicut nec Euripidem circa principium idyllii, cum notat, τὰς ἱρυλὶ καλουμένας Σικύωνι μυζακαλιδᾶ σύνηθες, ὡς ἡ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν περιλυτὰς ἐν τῷ καλυμένῳ Ἱππολύτῳ Negligentia non minus supina. Nam ubi Lunam in Euripidis Hippolyto invocat Phædra? Legimus illa quidem,

Δίκτυνα θῆρ Ἄρτεμι κύμασι.
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρήτων
Εἶθ' ἁνίκ' ἂν ἐν σοῖς δρυόχοις
Πώλους ἐντείνῃ δαμαζομένα.

At ea ratione & Hippolytus cum venationis præfitem Dianam vocat. Lunam invocabit. Sed subtilissimus doctor, quia aliquoties Luna Ἄρτεμις vocatur. voluit ubicunque Ἄρτεμις invocatur, ibi quoque invocari Σικύωνα. Nos ejusmodi Grammaticorum acumina cum speciosissimo nomine appellamus, negligentiam vocamus.

## CAP. VI.

*Altera secundi idyllii pars. Obscena ἀποκρίσεως vestigia. κεντηθεὶς χαλκὸς ad depulsionem τῶ φασμάτων. Locus ex Sophrone expressus. optandi & imperandi modus pro eodem. Theocriti locus contra quam vulgo explicatus. κάπτω ἀντὶ τῶ πίνω. Lectio ambigua apud Theocritum sublata. ἡ ἀνάδησις. coronæ & taeniæ. mos amantium. ἡ λαμπάδος ἀπαγωγή. Interpres emendatus. ἡ τροπὴ τῶ χαρακτῆρος. Interpres notatus. γυμνὴ θαλάμη. οἱ φοιτῶντες. φοιτᾶν in gymnasio. παρθένος ἐκ θαλάμου Theocrito. Θάλαμος apud poetas qui Homerum secuti sunt. ἔρωμαι ἐξ Ἀφροδίτας. φοβεῖν εἰς μανίαν εἰσάγειν. metus ἡ μανία. alia. φοβεῖσθαι σὺν κεντοῦσι μανίαις. ἄκρατον ἔρωτα ἔχειν. Theocritus bis emendatus. ἀκεανὸς ἡ ὕδωρ. Θεοὶ ὀπαδοὶ καὶ πάρεδροι.*

IN hoc idyllio, quod ex manibus fortasse depositissemus, nisi importune nimium interdum argutias exhiberet interpres Græcus, qui partim temporis, partim suo vitio corruptus depravatusque est, multa ejusmodi extant ἀποκρίσεως vestigia, quæ interdum parum à fœditate absunt & nequitia. Oportuit certe quicunque actor hæc saltaret mirum in modum lascivire gesticulatione in his verbis, καὶ σκαίνος ut Aristoteles loquitur, περιεργάζεσθαι:

Καὶ

Καὶ ὄχυ χρὴς ἐπὶ χρυσὶ πεπάρθω, ἢ τὰ περίσσεια
Θερμάστρῃ ἔτε ἢ πεζόθι· ἢ ἰφθυεῖσθαι ἄδυ.

Audis enim motum plane fractum, &, ut Romanus poeta loquitur, exoſſatum. Sed non tam longe quærendum eſt in quo noſtra ſe occupet induſtria. Simætha poſt ſimulationem ultimam, emiſſo furſure, preces ſuas proponit τῇ Ἑκάτῃ, quibus flagitat, ut exoret τὸ κάτω θεῖον. Veteres, ut alibi notat Euſtathius, confundebant utrumque modum, & qui optat & qui imperat: quod illis unus idemque eſſet. Unde cum verecunde aliquid majoribus imperabant, ἐκφαντισμένως hoc proponebant optandi formula, præcipue Dores qui hoc modo impenſe delectantur. Simætha illis verbis, contra quam vulgo ſumuntur, nihil aliud quam precatur & imperat,

Νῦν θυσὶ τὰ πέντρα. τὸ δ' Ἄρτεμι ἢ τὸ
ἐν ἅδᾳ
Κοπίσσαις Ῥαδάμανθυ, ἢ εἴ τι περ ἀσφαλὲς
ἄλλο.

Quod ſi cogitaſſet Græcus annotator, nunquam dubitaſſet utra præferenda lectio fuiſſet, quæ Ῥαδάμανθυ habet an quæ ἀδάμαντος. Κοπίσσαις eſt κόπτ. Ego, inquit, furfures ſpargam: tu Jovem Stygium exora, & ſi quid præterea nobis obſtare queat. In ſequentibus cum poëta ſub Simæthæ nomine Theſtylidem monet,

Θέσυαι τὰ κύνες ἄμμιν ἀπὸ πτόλιν ὠρύονται·
Α θεὸς ἐν τελέθυσιν· τὸ χαλκίον ἐκ τάγες ἄχει.

notarunt ibi quædam viri docti de æris uſu in ſacris, ac præſertim Lunæ, ex omnibus ſcriptoribus nota: quæ non improbamus. Sed cum hoc ſcripſit, habebat in animo Sophronem ſuum, qui τὸ κρεσσόνιζε χαλκὸν dixerat amoliri φάσματα illa, quæ Ἐκατᾶα vocabantur. Ac propterea ſub adventum Hecatæ jubet continuo τὸ χαλκὸν κρίνειν. Dixerat Sophron, ὁ γὰρ κύων βαΐζας λύει τὰ φάσματα, ὠὶ ἢ χαλκὸς κρεσσόνιζε. Ac propterea fortaſſe etiam præceſſit de canibus, αἱ κύνες ἄμμιν ἀπὸ πτόλιν ὠρύονται quia ille addiderat τὸ βαΐζαντα κύνα. Cum poëta Delphin è gymnaſio redeuntem & athletico oleo perfuſum χναοέχρων vocat, idem gloſſator, aut non diſſimilis, nimium lepide ὑπέρευθρον exponit. Itaque perſuademus nobis nunquam hæc ejuſmodi ſcripſiſſe eos homines, quam cum ocio abundarent, nec aliunde dicta eſſe ſcholia quam quod ὑπὸ χαλκίδων & ignavia diffluentibus conſcriberentur. Sed nos hujuſmodi ubique prætermittimus: quia eadem temporis jactura refelluntur quæ conſcripta ſunt. Moris inter amatores Athenienſes erat, ut qui deperiret aliquam, præſertim meretriculam, poſtridie quam nomen ejus in Ceramico (loco ita dicto) ſcripſiſſet; & amorem faſſus eſſet, comum inſtitueret περὶ τὴ ἀνάθυσιν. hoc eſt, ad injiciendas ejus capiti coronas, cum tæniis. Sic Alcibiades apud Platonem in convivio cum corona & tæniis ad Agathonem ſe confert, ἀναθησόμενος αὐτὸν. Verba Platonis ſunt in Convivio quod divino nectare ſermonum Socratis conditum eſt. ἄγε δή, αὐτὸν παρὰ σοῦ τόν τι αὐκτερεῖται ὑπαλεῖψαι, ἢ ἄλλως τινὲς τῶν ἀκολούθων. ἢ ἐπισκέψαι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστραμμένον αὐτόν, κωμῆ τινι ἐφάνη ἄφατι, ἢ ἰων, ἢ ζωνίας ἔχοντι ἐπὶ κεφαλῆς πάνυ πολλὰς, ἢ εἶπεν. Ἀγάθων χαίρει, μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δίκαιόν συμπότην, ἢ ἀκίνητον ἀναβήσεσθαι μόνον Ἀγάθωνα ἐφ' ὅπερ ἤλθομεν· ἐγὼ γάρ ἴω, φάναι, χθὲς μὲν ὑπ' ὀλίγε τ' ἐγενόμην ἀφικέσθαι· νῦν δὲ ἥκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ζωνίας, ἵνα ἀπὸ τ ἐμὲ κεφαλὲ τ τῦ σοφωτάτυ τε ἢ καλλίστυ κεφαλὴν (ἐὰν οἷον ὑπαὶ) ἀναθήσω. Excuſat ſe Alcibiades, cauſamque dicit in foro Veneris, quod more conſueto poſtridie ejus diei, quo Agathonem σοφώτατον ἢ κάλλιστον eſſe ſcripſerat, non veniſſet περὶ τὴ ἀνάθυσιν. Delphis ſponte ſua ſe venturum fuiſſe ait, niſi à Simætha præoccupatus fuiſſet, his verbis.

Ἤιδον γὰρ κύνα, καὶ τ' γαλκὺν ἤιδον ἴροπον.
Ἡ τελετὰ· νὺ τίταρβος ἰὼν φίλον αὐτίκα
νυκτὸς.
Μᾶλα μὲν ἐν κάπυσι δυσπόνυσι φυλάσσει,
Κεφαλὴ δ' ἔχυν λύκυν, Ἑκαταῖα ἰερὸν ἔρπος.
Πάντοθεν πορφυρίαι περιδρόμιες ῥητὶ ἐλικτάν.

Duplici habitu introducitur hic amator: palæſtrico; nam è palæſtra rediebat: comaſtico; nam ad comum ſe conferebat. Quæ ad palæſtram ſpectant, nota ſunt omnibus. Ad comum ſpectant τὰ μᾶλα, αἱ περιδρόμιες. & coronæ, quas è capite ſuo amicæ imponebant: quod ἀναδεῖσθαι dicebant. Eas è populo geſtat ille, ut athletam decebat, qui coronam ſuam in alium uſum converſurus,

ſurus, Simætham adibat, ac tantiſper eam, ſicut Alcibiades, in capite geſtabat. Quid ſit ἀνάδησις, nec in hoc idyllio, multo minus in eo quod ſequitur, ubi majorem etiam locum habet, viri docti nos docuerunt. In eo Comaſtes cum corona πρὸς τὴν ἀνάδησιν ſe confert, ad quam cum non admittitur, minatur coronæ ſolutionem. unde illud,

Τὸν στέφανον τιλῶ μὰ καὶ αὐτίκα κιτιλὰ ποιησῶ.

Philoſtratus in Imaginibus ſuis τὰς Μόσας, veluti filios illius fabulatoris, cum tæniis ad Æſopum tanquam amatores venientes facit πρὸς τὴν ἀνάδησιν. οὐδαμοῦθεν γὰρ οἱ Μῶσοι φιλῶ τὴν Αἴσωπον, φοιτῶσιν ἐπὶ τὰς ᾠδὰς τῦ σοφῦ, ζωίους αὐτὸν ἀναδήσασθαι καὶ στεφανώσασθαι αὐτὸν θέλῃ τῦ σοφῦ. Addidit τῦ σοφῦ, ea ratione qua Plato, τῦ σοφῦ καὶ κλαίσι. Sequitur paulo poſt:

Πάντως καὶ πιλίκιτε καὶ λαμπάδας ἕξουσι ἐφ' ὑμᾶς.

quibus verbis minatur Delphis τὴν λαμπάδα ἐπαγωγήν. quæ præcipua violentiæ pars in Como erat. Qui enim poſt pulſatas fores πρὸς τὴν ἀνάδησιν non admittebatur, minabatur λαμπάδα ἐπάγειν. Hoc eſt quod in ſuo κλαυσιθύρῳ tangit Ovidius:

*Aut ego jam ferroque ignique paratior ipſe,*
*Quam face ſuſtineo tecta ſuperba petam.*

Ubi de morbi ſui gravitate conqueritur Simætha, quam ex ſolo Delphidis aſpectu contraxerat, notat interpres Græcus, qui ad illa commentatus eſt, differentiam quandam ſcripturæ veteris, his verbis: χρύφιαι καὶ ἐξάλλαξεν· ἴσ' ἢ ἐξάλλαι: ſcribitur enim apud poëtam:

—ἀλλά μὶ τις καινὴ νόσο ἐξαλάπαξε.

Viri docti legendum arbitrati ſunt: χρέφιαι καὶ ἐξαίλαξεν ἴσ' ἢ ἐξέρρει. ut hæc ſit Grammatici opinio, ἐξαιλάζειν eſſe τὸ ἐξορύσσειν. Sed ut nihil dicam de falſo ſyllabæ modulo qui repugnat, propius ad literarum veſtigia accedi poteſt. ſi ſcribamus: χρέφιαι καὶ ἐξάλλαξεν ἴσ' ἢ ἐξάλλαξε. de quo dubitandum non eſt Amoris ſui primam anſam derivat in Theocharilam quandam Simætha. Ea cuſtos erat Anaxûs puellæ, quæ in Dianæ pompa à caniſtris erat. Virgunculæ quæ huic ſacro miniſterio deligebantur, vel cum matribus caſte vivebant ἐν μεγάλῳ δόμῳ, ut Homerus loquitur, & interiore ædium parte, vel cum nutricula aliqua, ut virgines reliquæ. Puras enim & intactas ei rei delegabant. Hanc Theocharilam cum ζωρὸν vocari audis, memento non alterius fuiſſe quam τὴν καναφόρους. Itaque vox Ἀναξοῦς ἔξωθεν intelligitur cum dicit, καί μ' ἐ Θυχαρίλα ζωρὸν ὀρύσσα ζωρός. Ea occaſione Simætham ad ſpectacula alumnæ ſuæ, quæ in capite ſacra ſuſtinebat, ut Tullius loquitur, trahebat. Quod cum parum recordarentur neſcio qui ſubtiles Grammatiſtæ notarunt ad hæc verba: καί μ' ὁ ζωρὸς τῦ Θυχαρίλα ὁ ἀπὸ τὴν Θρᾴκης ὁ μαναξῆτις. ἐπαιδύησε γὰρ τὴν βίαν ἀναλύσα. atque ita mira quadam ἐπιεχνοσύνῃ virum è fœmina concinnarunt. Paulo poſt cum ait Simætha,

Καί μιν χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνῳ πολλάκι Δάφνᾳ,

ſignificat ſe Δαφίνῃ fuiſſe, ut Comicus loquitur. Hanc Δάφνην vim non ignorabant Athenienſium mulierculæ: quæ cum pallidas ſe videri poſtulabant, aut, ubi cum maritis ſuis ſingulari duello congreſſæ erant, ne tumicum plenæ & ὑπωπιασμέναι in publicum prodirent, vultum Δάφνῃ linebant. Itaque Comicus pallidas mulierculas Δαφίνας dixit, vel à colore ligni, vel à remedio. Veſpis:

Βδ. Ἀλλὰς ἦ τῦτ· καὶ σὺ δή μοι Χαιρεφῶν
Γυναικὶ καλλιώπῃ ἐοικὼς Δαφίνῃ,
Ἰσῦ κριμαμένῃ πρὸς πολλὰς Εὐξεινίδν.

itaque & Simætha Δαφίνη ea ratione fuit, cum colorem illum induiſſet, ut morbi & amoris plena. Videntur opponi interdum in Gymnaſio οἱ φοιτῶντες καὶ οἱ καθήμενοι. οἱ φοιτῶντες ſunt qui ſpectaculum præbent & exercentur; οἱ καθήμενοι, qui ſpectant & luctantes vident. φοιτᾶν certe non minus de corporum quam de animi exercitiis in uſu fuit: nam utriſque gymnaſia patebant, unde & φοιτηταί. Non aliud puto voluit Theocritus, cum ſcripſit, Τίνα γὰρ φοιτᾷ, τίνα δὲ οἱ ἀδὺ καθᾴζει. Nimium frequenter in Theocriti idiotiſmo lapſi ſunt veteres recentioreſque. Deſcribit infra Delphis vim Amoris, & potentiam τῦ

γυναικείαν τὴν διὰ Ἔρωτος. Sed ipſa verba habeamus:

Σὺν δ' ἐκάλει μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο
Καὶ νύμφας ἐφόβησ' ἔτι δίμνια θερμὰ λιποῦσαν
Ἀϊδηος.

Ubi interpres notat: καὶ παρθένον δὲ ἐκ τῆ θαμάλιδι ἐφόβησεν· ἀντὶ τῆ φυγεῖν ἐκοίησεν· σὺν κακαῖς μανίαις. ἄγων κακοὺς μαινομένως ἢ νύμφαν. ἄγων γυναῖκα ἄνδρα ἔχουσαν, ἐκ τῆ θαλάμε φυγεῖν ἐκοίησεν, ἔτι θερμὰν κατοῦσαν ἢ τῆ ἀνδρὸς αὐτῆς κοίτην. Multis modis labitur. Nam quid hoc eſt παρθένον ἐφόβησεν. φυγεῖν ἐκοίησεν. & alterum quod ſequitur? Loci συνέχεια & cohærentia talis eſt, σὺν κακαῖς μανίαις ἐφόβησεν, ἢ παρθένον ἐκ θαλάμε, ἢ νύμφαν. Theocritus opponit hæc duo, παρθένον ἐκ θαλάμε. & νύμφαν. ut videant omnes quam procul aberrarint & homo Græcus & quotquot nihilo prudentiores fuerunt. Sicut νύμφη dicitur ἡ νυγαμος, ita παρθένος ἐκ θαλάμε dicitur ἡ μήπω γεγαμημένη, *virgo intacta*. Παρθένον ἐκ θαλάμοιο dictum ea ratione qua ſupra, Θόωρις ἐξ Ἄτνας, ὁ Αἰτναῖος, ἦλθε ἐκ Κύκλωπος in Polyphemo. & hoc ipſo idyllio, ἡμὶς ἐξ Ἀφροδίτας.

Χ' ὡς φησὶ ἦλθε ἡμὶς ὁ χάλκιος ἐξ Ἀφροδίτας.

Ne quis enim fortaſſe arbitretur, hoc voluiſſe poëtam, ὡς ὁ ἡμὶς φησὶν ἐξ Ἀφροδίτας, magiſter quidam ἀκριβὴς, cujus gloſſis uſi ſunt viri docti, ibi notabat, ἡμὶς ὁ χάλκιος ἐξ Ἀφροδίτας, ὁ ἐκ τῆ θυμίαμος Ἀφροδίτης καλυπτομένος. Eodem modo, παρθένον ἐκ θαλάμε, ἡ ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ ἀπαρθενεύτε. Jam puellas in ea ædium parte verſari ſolere, quam mulieres frequentabant, ut procul à virorum congreſſibus haberentur, notiſſimum eſt. Eum locum ab iis, qui Homerum ſecuti ſunt, θάλαμον dici notarunt veteres. Unde Phocylides præcipit alibi, virginem diligenter ἐν θαλάμῳ ſervare, ne foris conſpiciatur, uſque ad nuptiarum tempus.

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι.
Μηδέ μιν ἄχρι γάμου πρὸ δόμων ἐφόβητον ἰδέσθαι.

Eo ſe cum matribus ſuis ſubducebant. Hinc eſt quod Horatius Pholoæ puellæ jam nubili & maturæ ſuadet, *ut matrem ſequi deſinat*, id eſt, παρθένος ἐκ θαλάμε ἔτι.

*Tandem deſine matrem*
*Tempeſtiva ſequi viro.*

Hæc & ejuſmodi qui levia eſſe contendet, id nos ea conditione libenter fatebimur, ut viciſſim nobis concedat, ſatis magna ea eſſe, quorum ignoratione à tam multis peccatum eſt. Jam φοβεῖν, eſt, *in maniam ſtrepitu, inſanum reddere*, &c. ut Plautus loquitur, *delirum conſternare*. Heſychius, φοβήσας, ὑποπτοποιήσας. Nec hic aliter accipiendum, quam *attonitus* apud Ovidium:

*Quid mihi ſiet? ait. Sonuerunt cymbala toto*
*Littore, & attonita tympana pulſa manu.*

& Horatius:

*Ternos ter cyathos attonitus bibat.*

Idem furorem Bacchicum *metum* dixit:

*Euæ, recenti cor trepidat metu,*
*Plenoque Bacchi pectora turbidum*
*Lætatur.*

ſic ἐκπεπληγμένον ἄνδρα dixit Comicus, ut noſter poëta *attonitum*. Igitur φοβεῖσθαι dicitur hic eleganter ἡ ἐκ τῆ βρυχᾶ κάτοχος ἦτα. Sed Theocritus, ut mos ejus eſt, maluit σὺν μανίαις φοβεῖσθαι dicere. ubi φόβος σὺν μανίαις eſſet ut ſupra κηδὸς σὺν δάμοις. Sed telam noſtram porro detexamus. Verum eſt quod notant incomparabiles viri & qui in hoc authore divinitati ſuæ præluſerunt. χθὲς ſæpe nihil aliud eſſe, quam χθὲς ἢ πρώην, & ad plures dies extendi. Ita *heri* apud Tertullianum forte ad annum & amplius; ut in Apologetico viri ſanctiſſimi. cum legitur: *Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & ſqualentem ſylvam legum novis Principalium reſcriptorum & edictorum ſecuribus truncatu & caditis: Nonne vaniſſimas Papias leges, qua ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Julia matrimonium contrahi, poſt tanta antiquitatis ſeneſtutem, heri Severus conſtantiſſimus princeps excluſit?* Falluntur, qui infra ſcribunt,

— ἀτὰρ τόσσα φίλῳ ἰρωῆς
Ἀκέσατο ἰπτιχείτο·

cum ſcribendum ſit, ἀκέσατο. Ἀκεσῆς ἰρωῆς vocavit poëta luſum Siculorum, τὸ Σικελὸν ἀκόλιστμα, ut Callimachus loquitur, cottabyſmi ſpeciem. Dictum eſt autem ὀπὸ ἰρωῆς, ſicut μῆλα Διονύσου hoc idyllio, & eodem, χιτὼν βύσσινος, aliaque infinita. Græco interpreti idem placuit; ſed corruptus eſt. Scribe itaque & ibi: ὅσσον δ' ἴσον, ὅτι ἀεὶ ἀντὶ τῦ συνεχῶς ἀκέσατο ἰρωῆς ἰπτιχείτο. addit enim: ἄλλο συνεχῶς ἰπτιπτε ὄντα ἰρωῆτι. ὅθεν δὲ ἰρωῆτες. ὃ πτνί τις μυμνιμένος ϕ ἰρωμένης, ϕ τῦ ἰρωμένου. Satis evidenti σημείῳ utebatur hæc muliercula, ne dicam τικμηρίῳ, quæ conſpecto τῦ ἰρωτικῦ ὀπτῦ, quem fundebat Delphis, amare eum judicabat. Dictum eſt autem ἰπτιχεῖν ἄκεσθαι, ſicut Comicus dixit, ἰπτιπτὴν βλαττονίαν.

Τρ. Ω φιλτάτη δῆθ' ἥλθι κ) δὸς μοι κύσαι.
Αρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τί σοι δοκῶ
Ω δίκαιόθ' Ερμῆ, ϕ ἰκάσεας καλλάσας.
Ερ. Οὐκ οἶσθ' κυκλῶ' ἰπτιπίοις βλιττονίαις;

Nam utrobique ἐξωθεν aliquid relinquitur: id nimirum de quo ſermo erat. quod in vernacula lingua noſtra frequentiſſimum eſt. Malim paulo poſt: Ηρ' οἶσ' ἄλλό τι τερπνὸν ἔχει; quam Ηρ' οὐκ. Verſu ſequenti omnino legendum eſt.

Νῦν μὲν τῶν φίλτρων ἰπιθύσομαι.

Sed hoc prius in mentem doctiſſimo juveni Johanni Meurſio venit. In verſiculo qui à fine quartus eſt, videtur demum ſtare poſſe magiſtrorum veterum aliis in locis nimis acuta obſervatiuncula, quæ monet apud poëtam interdum ὠκιαλὸν eſſe ϕ θύσιν.

Αλλὰ τὺ μὲν χαίρισα, πτῖ' ὠκιαλὸν τρίτι πάλης
Πῶτι'.

Finem faciemus, ſi ad ultimum verſum hoc addamus. Οπαδοὶ θεοῖ dicebantur iidem aliquando qui πάρεδροι: qui honoris gratia Jovem comitabantur. Lucianus Encomio Demoſthenis: ἀλλ' ὁ μὲν ἐζητᾶ, βίον ἕξων ϕ τὸν Μακάρων πόσους, Ηρώων λογίσασθαι, ϕ πόσ' ἐς ὑγρὰν ψυχὴν πεμιζώσας ὑδρὸς, ὁπαδὸς τις δήμων ἐνδημῶν ἰκκυθιζῆς δύσ. At poëta noſter lepore nimio, τῦς ἀσίεγας, qui ſemper Lunam comitantur, ὁπαδὸς ϕ Σιλήνῳ curruſque ejus vocavit.

## CAP. VII.

*Tertium idyllium percurritur.* Βυκολιασμὸς *ſpecies.* μελοποιΐα, ὄρχησις. *Comus bucolicus abrumpitur aliquoties, & ubi.* Σκηνικὸς. *Scena idyllii.* ἐνδοχὴ *&* ἐνδοχῆς. πυθανόμενον. *Græcus interpres emendatus.* ἀπάγχεσθαι. *Theocritus emendatus.* λύσις ζυγάν. *interpretes notati. Theocritus emendatus. iterum.* καταβάτης. καθαίρεσις. ποῦ γᾶ κείσομαι.

NObiliſſimum eſt Theocriti poëmatium Bucolicum quod Comus inſcribitur, in cujus ratione quædam adhuc præterfugiſſe videntur doctiores. ut in ipſo ſtatim limine nobis deſidendum ſit. Duæ ſunt Βυκολιασμοῦ ſpecies: μελοποιΐα ϕ ὄρχησις: *carmen & tripudium.* Autorem utriuſque habemus Theocritum. Heſychius: Βυκολιασμὸς. μελοποίας τινὸς ὕδε ϕ ὀρχήσεως· ἀμφότερα δὲ ἀγροικικὰ ϕ Θεοκρίτῳ γέγραπται. Ad poſteriorem ſpeciem refertur Comus. ita tamen ut ſine voce non conſtet. Heſychius: Κῶμος. ὕδος ὀρχήσεως ποιμένος τινὸς, ϕ μέλη τινές. Comi principium, qui aliquoties poſtea interrumpitur à Caprario, ibi eſt:

Ω χαρίεσσ' Αμαρυλλί.

quæ omnia cum vehementiſſimo σχηματισμῷ & geſticulatione, pedumque motu pronunciantur: ibi enim exultare incipit paſtor. At interpretes quid eſſet Comus ignorarunt: quo facilius veniam impetrare debent, quod primæ vocis vim non aſſecuti ſint, quæ principium conſtituit ſuaviſſimæ & genuinæ ἐκδόσεως illius quinque priorum verſuum, in quibus admirabile eſt exemplum καθαιρέσεως. Ita ut, niſi fallor, in ſcholiis ſuis Rhetorum magiſtri hoc tanquam perfectiſſimo canone, cum de hac

hac idea agunt, jam olim uſi ſint. Comus abrumpitur cum alibi tum ibi:

Αμαλλη δρθακμὸς μὸ ὁ δικὸς.

Rurſus reſumitur ibi:

Ιππομάνης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθιας γᾶμαι.

Rurſus definit poſt verſum illum:

Ος τόσσον ἰκύρησεν.

In quibus omnibus reſpirat & interquieſcit actor. Neceſſe eſt itaque orationem totam, quia repræſentationi conformata eſt, multa habere queis differat à reliquis: quæ ſubtilius poſſemus excutere, niſi alterius inſtituti eſſent. Multa dicuntur quæ ipſis legentibus actionem extorquent: ſicut antiqui Menandri fabulas agebant, ut intelligerent; Philemonis legebant. Eſt enim ſermo ſolutus ſæpe, & ſine copulis aliquot pericommata: quæ res actionem juvat, ἢ τὸ ὑπόκρισιν κινεῖ. Veriſſimum autem eſt pronunciatum eorum, qui hæc diligentius excutiunt: πᾶν τὸ ἀναδὲς ὑπυπόκρισιν. De hac orationis forma inſpiciat qui volet, quæ curioſe quidam veterum notarunt, & περισπιλιχίας eorum conſulat: in quibus multa tamen inveniet quæ judicium acuant. Scena ad antrum Amaryllidis eſt. Pecudes ſuas acturus paſtor Tityro commendat: non ſecus quam qui in veteri comœdia ad Parabaſin ſe accingunt inſtrumenta priora deponunt, aut iis tradunt, quos ἀκολούθους dicunt: ut in Pace Comici. Sed & nos hoc agamus. Græcus gloſſator interpretatur hoc modo vocem ἰσόρχαν, τὸ ὄρχεις μεγάλους ἴσχειν, τὸ τίλλειν, ἢ ἀμιλλᾶσθαι. Viri docti non male de literis meriti in ſuis adverſariis notabant ſcribendum, ἢ μὰ ἰᾶμίαν. Sed nihil eſt neceſſe. Solent Græci Grammatici ſæpe locos interpretari, pro diverſitate ſcripturæ, ἢ τῶν πνευμάτων. ἢ τοῦ τόνου. Non eſt dubium, quin alibi ſcriptum invenerit non ἰσόρχαν, ſed ἴσορχαν, ἀπονήμονα: quod eſt ἀμιλλᾶσθαι. Utramque vocem habes apud eos magiſtros, qui collegerunt vocabula, τὰ περὶ διάφορα τιμαείων διαφόρως ἐσχήματα. quod autores illi ex Theocriti gloſſatoribus ſine ullo dubio compilarant. Suſpicari poſſumus & hoc modo Maronem legiſſe, qui *caprum* reddidit: nam certe caper dici poteſt ὁ ἀμιλλώμενος. atque ita locum non haberet Gelliana obſervatio: quæ τὸ ἰσόρχαν. & τὸ *caprum* pugnare notat. ὁ ἰσόρχας eſt ὁ ἀμιλλώμενος. Solebant mulierculæ ſalaces, & quæ ſignum amatoribus dabant ſe gratificari velle, nec difficiles futuras, capite è foribus exerto παρακύπτειν. Comicus Εἰρήνῃ precatur ne Pax ſicut meretriculæ ſolent ſolummodo παρακύπτῃ, & deinde abeat; ſed conſtanter maneat.

Δίκᾳ δ᾽ἴτ᾽ αἴ κα λυπῆτε
Νὴ Δία, ἢ μὰ τόν γ᾽ ἄπιρ αἰ
Μοιχευόμενα φῶσι γυναῖκες.
Καὶ γὰρ ἰκεῖνα παρακλίναισα
Τῆς αὐλείας παρακύπτοισι,
Κᾆτ᾽ τις πορτίχη τ᾽ τῶν αὐτᾶς
Ἀπαχωρᾶσι,
Κᾆτ᾽ ἂν ἀπίῃ, παρακύπτοισι.

Hoc eſt quod paſtor conqueritur cum Comum ſuum exorditur:

-- τί μ᾽ ὠκύτε τῦτο καὶ᾽ ὄλιγον
Παρακύπλοισα καλεῖς τ᾽ ἰρωτύλον.

Ad illarum vocum poſtremam notabat Græcus interpres: παρεκύπτουσα δ᾽ τὰ ζειαῦτα πολὺ τῦ ὄχεος. Πᾶδ᾽ διαφερομένου Ιτυλον. quæ mutila erant, Nos addidimus, ἢ τῦ Ιτυλο, ante locum Homericum. Cum paſtor paulo poſt ſibi exitium minatur, totius loci venuſtas, ex proverbiali voce ἢ ἀμιλλᾶ dependet, τῦ ἀπάγχεσθαι: Lucianus eadem ratione, qui, ut poëta noſter, ſæpe ex ejuſmodi vocibus leporem captat. dixit, ἀπηγχέσθην ὄν. quod eſt, *funditus interiiſſem*. ἀπέστραπε δ᾽ Πάμφιλε, ἀπηγχέσθην γάρ ἄν, εἰ τι ζωῦτο ἰγένετο. Idem Gallo: ὦ ἀπάγχε δ᾽ ἀλλαχρυὼν ὁ πάντας ὀδυνῶν. Μισητὸς ἢ Ζαμόλξις ὅδε; Sic ſæpe Plautus pro eo quod Græcorum Comici κλαῦσον, vel κλαύσει, vel ὀμώξῃ σοι λόγον, mavult dicere, *ſuſpende te*, Quod vidit omnium poëtarum maximus, qui cum hunc locum attingeret, ſatis habuit dicere: *mori me denique cogis*. Suaviſſimam Caprarii ἐνόησιν, quæ ſequitur de apicula quam prætervolantem antrum Amaryllidis videbat (ita enim ea verba capio) hoc modo conceperim potius, quam ut jam legitur:

-- ἄδε γοῦμαι
Α βομβεῦσα μέλισσα. καὶ᾽ ἐς τὸν ἄγλωσ
Ἐκεῖμαι.

Non autem καὶ. Semel monuimus in hoc idyllio fere omnes periodos eſſe

ἀνυπόπτους & ἀκραύτους, ac copularum rejicere frequentiam, ut vehementius ſit τὸ πάθος: quod & hic nos juvat. Libet & credere, τὸ, ὁ δακτύλιος μίμημα, digito μιμητικῶς expreſſum fuiſſe à paſtore: qui ibidem apiculam forte fortuna prætervolantem notabat, dum in Como ſuo eſſet. Interpretis Græci fabellam pueris puto ſomnum conciliare poſſe, aut nutriculis uſui eſſe, quæ lallum canunt: hic certe locum habere non poteſt. Paulo poſt indignabundus Comaſtes κύριε σώφρον minatur: quod quando fieri ſoleat Dipnoſophiſta docet.

Τὸν σώφρονα τῶν μὲν καθ' αὐτὸν κακῶν ποιητήν.

Ubi viris doctis, qui vocem καζουτίκα inter Theocriticas referunt, per nos quidem tacere licuiſſet. Quam magno enim negligentiæ crimine ſe obſtrinxerint, vel hinc apparet, quod ipſis infantibus puto perſuaderi poſſe, hoc poëtam velle: ὁ σώφρων αὐτίκα ποιήσῃς μὲ τῶν κατὰ λαιμοῦ. Non longe ab hoc verſu diſtinguo,

Ὦ μοι ἐγὼ, τί πάθω; τί ὁ δύστηνος;

ſecus quam antea excuſum erat. Corruptus eſt locus, qui ſequitur paulo poſt:

Εἰσὶ γὰρ Ἀγκαιὼ τάλαινα κοσκινόμαντις,

Ubique antiquitas anus incantatrices facit & veneficas, ſicut paſſim Theocritus. idyll. 7.

Ἀμμιν δ' ἀσυχία τε μάλα, γραῦς τε παρείη, Ἅτις ἐπισπόδησται, τὰ μὴ καλὰ πόρρω ἰοῦσα.

&, ne tam longe recedamus, idyll. 6.

Ταῦτα γὰρ ἁ γραῦς μοι κατόπτριζε ἰξυλίδακτις, Ἃ πρὸν ἀμάντοισι παρ' Ἰκαρίοισι πολεῦσα.

Lego & hic ut ibi, ἁ γραῦς, non Ἀγκαιὼ εἰσὶ καὶ ἁ γραῦς. Qui lapſus, ducentibus eo literarum veſtigiis, fuit procliviſſimus. Vide tamen ſtuporem interpretis, qui notat, ἁδίκως γὰρ ἡ γραῦς λέγεται φυσίν. quaſi difficile eſſet reponere ἁ γραῦς. Alius quidam, ſive idem eſt, addit, ἢ ἡ ἀγκωνικὴ ἢ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. Ita Græci multarum opinionum profuſiſſimi ſunt, veritatis parciſſimi. Cum παρῳδάτις in ſequenti verſu hæc anus dicitur, laudarem & quidem merito Græcum interpretem, ſi quid hoc verbi ſit nos docuiſſet. Sed quod proprium eſſe exiſtimat (quod ultimum Gtammatici ἀμηχανοῦσιν. & cui aqua hæret, refugium eſt:) quod abſurdiora hoc addat, gratiam noſtram demereri non poteſt. Scimus quid ſuſpenſa manu Euſtathius judicarit, qui Iliad. 3. Ὅτι δὲ ὁ Θεόκριτος παρ' αὐτοῦ ἰδιαζόντως, ἤτοι μισητέως, παροξύτονα λέγει, καί φησί τι, ζηλῶσαι ἐκεῖ. Potuiſſet, meo judicio, ſine magna moleſtia commentator ille, in tam libero ſcribendi genere obiter vocis iſtius rationem reddere: nec propterea à conſuetudine ſua receſſiſſet. Apud veteres uſque ad Democratis tempora notum eſt omnes lunæ ſolisque defectus καθαιρέσεις dictas fuiſſe: cujus rei rationem nondum ſatis cognitam veneficis aſcribebant. Hanc eandem magiæ partem καζουσίαν dixerunt, ſicut apud Athenienſes poſtea omnia in cælo prodigia καζουσίαι dicebantur. ob quæ eccleſiæ ſæpe, cum de magnis rebus agerent, dimittebantur: quibus ὁ καζουσάτης Ζεὺς præerat. Venefica talis καζουσάτις appellata fuit: quo nomine poſtea omnis incantatrix vocari cepit. Soſiphanes Meleagro:

Μάγοις ἐνῳδὸς πᾶσα θεσσαλὶς γυνὴ Ψυθὴς σταλίης ἀθέρος καζουσάτις.

Theocrito, quæ κοσκινόμαντις dicta fuit, nunc καζουσάτις dicitur: quam Belgico idiomate een Weersmaeſter appellamus. Facile autem ſcriba feſtinans τὸ παρ in παν mutare potuit; præſertim ſi ſuccincte ſcripſit. Ut jam duo illi verſus ita ſcribantur:

Εἰσὶ γὰ ἁ γραῦς τάλαινα κοσκινόμαντις, Α πρὸν πωλεῦσ' ὑπὸ καζουσάτις.

Nec dubitandum eſt. Veteres critici, qui de orationum formis judicium ſibi vindicarunt, notabant jam olim, omnem Sophronis leporem in frequentia parœmiarum fuiſſe: nam inquiunt, φύσει γε χαρὶν πρόσεστι τοῖς παροιμίοις. Ejus virtutes cum ubique expreſſerit Theocritus, ne hac quidem parte defecit. Sed ubique tanta feſtivitate has inſerit, ut ſuaviſſimum ſermonem ſuum, quem oratione feceraṭ καθαρὸν, his quaſi floſculis redderet ἁρμόνιον, & ſaporis omnium:

omnium: quo nihil concipi poteſt nedum dici venuſtius. Sæpius tamen hæ delitiæ vel fallunt lectorem, vel aliud agentem prætereunt: interdum doctiſſimum quemque ſpecie fallunt. Cujus rei exemplum poſſum manifeſtum dare circa finem hujus idyllii. Caprarii jam ἀπονήδες, planeque animum deſpondentis, poſt abſolutum Comum ad antrum Amaryllidis, verba ſunt:

Κτησύμαι δ' ποτὼν, ἢ τοὶ λύκοι ὄδὶ μ' ἔδονλι.

Id omnes hactenus ſimpliciter dici exiſtimarunt, à recumbente paſtore, poſtquam finem canendi feciſſet. Apud veteres, quibus nulla jam ſpes reliqua erat, etiam cum aliud ageret, παρημελῶς dicebant: φιλῶ γε κἀγὼ μή. Strepſiades apud Comicum, poſtquam nullis precibus filio perſuadet, ut Socratis diſciplinæ operam det; novum remedium adhibet, de quo, tanquam ſpe nondum exhauſta, pronunciat: ὀδὶ ποτὼν γε κἀγὼ μή.

Ἀλλ' ὀδὶ 'γὼ μὲν ἔχω ποτὼν γε κἀγὼ μή·
Ἀλλ' εὐξάμενος τοῦτι θεοῖς, διδάξομαι,
Αὐτὸς βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.

De amante, ſicut hoc loco uſus eſt idem Comicus Ἐκκλησιαζούσαις.

Καζὼ φερμῦτα ἢ δύεχε ἄτειξον
Τὴν δ' ἂν δὶ μὴ, ποτὼν γε κἀγὼ μή.

Solebant eo uti, qui παρακλαυσιθύρῳ carmen ſuum ad januam amicæ abſolverant. Sicut enim qui violenter ad proſtibula graſſabantur, minabantur. ἐκάγὼ κωμάδα: ſic qui modeſtiores erant, nec ſcorti amore irretiti agebant, poſtquam fores inexorabiles viderant, nec admitti ſe, exclamabant: ποτὼν γε κἀγὼ μή. Eo quam venuſte utatur noſter Caprarius, indicare Græci interpretis fuerat: quem nuſquam verba deficiunt, quam ubi prodeſſe poſſunt, & docere aliquid quod ignorâtum fuit.

## CAP. VIII.

*Quartum idyllium percurritur.* μολγοὶ *&* ἀμολγοί. *Heſychius emendatus.* ὁ ἐλαὸς ὀξυτόνως. *interpres emendatus.* ὑπόπτεη ἔλαιον. ἐν ὀφθαλμοῖσι. *Callimachus emendatus.* Λαμπριάδι δαμότα. Νάιαδος. Δροσιδὶ ἀπὸ μέλλοντος. Κεώτωνος ὑγιέστερος. *de iiſdem alterum. Archilochi verſus emendati & ſuppleti.* κνίζειν πυθός.

ERat peculiare apud antiquos furti genus, paſtoribus mercenariis uſitatiſſimum, qui abſente domino gregem emulgebant: quod hominum genus ἀμολγεῖς dicebant. Ejuſmodi crimen eſt, quod Corydoni circa initium quarti idyllii Battus intentat; cum inquit:

Ἢ πά ῥα κρύβδαν τὰ ποθιάσεια πᾶσαι
ἀμίλγαις;

Ab his furunculis vetus comœdia μολγεῖς & ἀμολγεῖς eos dicebat, qui urbibus & rebuſpublicis, quarum curam ſuſceperant, peculium emulgebant. Heſychius: Ἀμολγοί, οἱ ἀμέλγοντες τὰ δημόσια. item: Μολγὶς, Ἀριστοφάνης, τάχα δ' ἂν οὐ ἐκ πλήρους ὁ μολγός. ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα ἀμολγός. ἴσως δὲ μολγὶς ἀκούστεον τὴς μοιχευρίδος, τὴς ἀμέλγουσας τὰ κοινὰ, κλέπτας, &c. Parum cauti minuſque in his literis verſati exiſtimare poterant eſſe Ariſtophanis verba, quæ à Grammatico adducuntur. ſed ſcribendum eſt: Μολγὸς. Ἀριστοφάνης τάχα δ' ἂν οὐκ ἐκ πλήρους ἀμολγός. Mens Grammatici eſt, μολγὶς nihil aliud eſſe quam ex plena voce ὁμολγὸς: quam πλήρη propterea dicit. Locus autem Comici quem reſpexit, in Equitibus is eſt.

— ἀλλ' ἰὰν τύτῳ πίθῳ,
Μολγὶς γενέσθαι δύνατον.

Ubi diverſorum criticorum de hac voce ſententiam recitat commentator. Verba autem Eratoſthenis involavit Heſychius, qui notarat, μολγὶς ἢ ἀμολγὶς ἡ αὐτὴ. ἀμολγεῖς δὲ παρὰ τύτοις λέγονται, τὴς ἀμέλγουσας τὰ κοινά. Tam honorifica igitur ſalutatione Corydonem invadit Battus, qui Ægonis armenta paſcebat, tantiſper, dum ille præpoſtero ſtudio ductus, Milonis perſuaſu, Olympicis certaminibus

taminibus operam dabat. Cujus hominis ineptam περιεργίαν urbano dicterio tangit idem Battus, cum quærit:

Καὶ πόθεν τῦνος ἴλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἀκούεις;

Quo loco non minus quam Ægon inepte curiosus fuit ille Grammaticus, qui ἰλαιὸν legebat, non ἴλαιον. quod docemur illa Græci interpretis glossa. ὑχ' ὧν τινες ἀπεγινώσκουσιν ἰλαιὸν, ὡς ὄρυμα. Existimabat autem ille quisquis fuit ἀνωνυμόλογος, ἰλαῖς ἐξυπόνως peculiariter dictum fuisse τὴν ἀγχέλαιον. ita enim lego, non τὴν ἀγχέλαιαν. Observat Eustathius, τὴν ἴλαιον, ἀρτιωλεῖ, esse, quem vulgo ἀγχέλαιαν vocant: ἢ μᾶλλον, inquit, ἀγχέα, ἴλαιος κατὰ τὴν Αἰολικὴν διανύσιν, ἢ ὑκ ἀγχίλαιος. Videtur præterea hoc voluisse subtilis ille magister, quod interpres colligit. ἰλαῖς, sacram illam fuisse oleam, quam κλωσίφατον vocabant. De qua habes apud Aristotelem, ἐν τῷ Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. quem philosophi locum Grammatici omnes quotquot adduxerunt, partim depravarunt insigniter, mutilaruntque, partim non inspicere dignati sunt: inter quos & hic notter fuisse videtur, cum Aristotelem adducit. Ἐν τῷ Παυσανίᾳ ἐν ἰλαΐᾳ, καλεῖται δὲ κλωσίφατος. ταύτης δὲ πάσης τὰ φύλλα ἢ λοιπαῖς ἰλαΐαις ἐναντία πέφυκεν. ἔξω γὰρ ἀλὸς ὑκ ἐντὸς ἴχνη τὰ χλωρά. ἀφίκται τε τῆς πόρρωθεν ὥσπερ ἡ μύρρα εἰς τὰς στέφανος συμμίγνυσι. ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν καλοῦσι ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν ἐλυμαϊκὸν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθλητὰς διδόσθαι. ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὴν Ἰλιάτιν πόλιν, καθάπερ ἐξήκεσεν ἡ πόλις ἀπίχνεσθαι περιπεπόμενοι δὲ, ἡ ζημία μεγάλη τῷ δήμῳ αὐτῶν ἐστιν. ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν καλοῦσι ἐφύτευσαν Ἕλληνες ἐν ἀκαδημίᾳ ἡ τὰς στέφανος ἀπ' αὐτῆς ἔδοσαν. Apud Aristophanis interpretes multa male scripta sunt: apud Suidæ collectores multo plura partim corrupta, partim mutila. è quibus seorsim capita integra criticarum notarum crescerent iis quibus hoc curæ est. Philosophus duas καλλισφάνους constituit: alteram apud Eleos, alteram apud Athenienses. De utra harum magistrum illum loqui existimabimus, cum notat, ἀπίχνεσθαι ἐκτοῦ. ὥς φησιν Ἀριστοτέλης? Parum certe abest. quin eundem eum, quem duo reliqui locum Philosophi in animo habuisse existimem: si quis rescribat ἐπτὰ, non ἐκτοῦ. Et potest certe deceptus fuisse homo Græcus, qui Aristotelem negligenter inspexit, legitque ἑπτὰν ἐκ τῦ σταμοῦ ἀπίχνεσα, non ξ. id est, ἑπτὰ, non ἑξήκοντα. Præterea non expressit locum, an fluvium intelligat, an Olympiam: utrobique enim fuit. ut existimem & mutilum esse & corruptum. Sed nobis hæc tanti non sunt: nec esse debent. Satis fuisset si probassetἰλαιὸν ἐξυπόνως, ἤτοι τὴν καλλισφάνον. Cum Battus negat de Ægone, ὅτι πόκα ἐν ὠσὶ ἴλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσ', salvo Grammaticorum acumine, puto potuisse ἴλαιον dici, sicut ab Atticis μύσος, cum myropolium intelligunt; ἰχθύς, cum forum piscarium; οἶνος, cum cauponam, ita ἴλαιον erit palæstra. Fefellit multos quod additur ἐν ὀφθαλμοῖσιν: quod posterioris Helleniſmi est & posteriorum Græcorum, qui ita loquuntur. Tale est illud, τὸ δὲ τέταρτον ἐν πάσῃ δυσὶ ἡμέραις. &, χρυσᾶ δὲ πύλαι ἐφύλαχσον ἢ πόλιν ἑκάστην ἑπτὰ, ἡρμοσμέναι ἀπ' ἀσκλεπιοῦ, ἐν ὑπερθυρίοις. ἤγαγε τῇ σκιᾷ, ἢ ἐν καύσει. id est, simpliciter, ὑπερθυρίοις ἢ καύσει. Quomodo interdum loquuntur & hi Grammatici: Tale est illud ad 7. idyll. τῶν ἐφέλων ἐν Σικελίᾳ γίνεται ἀγὼν ἐν σκύλλαις. Præterea, quicquid hic redundat efficit orationis formam puram, & simplicem: alias enim sufficiebat, ἑκάστῃ quæ res interdum tamen παρεκπιπτυμένη est, & ἀδολεσχίας vitio vitium meretur. ut in Hircio notabat urbane M. Tullius, cum decem mensibus filium in utero latum esse dixisset. *Quid, alia,* inquit, *in penula solent ferre?* Hic sub ipsa orationis idea periculum latet, quæ simplicitatem quærit. & virtuti proximum est: nec tam superest quam adjicitur. Apud Scholiasten quod sequitur ita interpungendum est: βίλω ἀ κάρῃσ, κατὰ τ' ὄλιον ἀ κρέτῃ, ἤγαγε τ' ἰχθὺν ἐκ παρκιλίω. ἐρίσθη ἀ ἐτῦδαι. nam τὸ ἀ Grammaticis nihil aliud est quam τυτίσιν, cum glossas scribunt & interpretationi subservit. Putide argutus fuit, quicunque ad illa poëtæ verba.

Κἦμ' ἔφαθ' ἡ μάτηρ Πολυδεύκεος ἦμι ἀμύνω,

hanc glossam addidit: τῦτο ἀμφίλογον, ἢ τὸ Αἰγυπτιακὸν ἔφη κριθὴν τῦ Πολυδεύκεος, ἢ ἐμὶ· τὸ γὰρ κἦμ' ἔφαθ', δύναται εἶναι ἀ ἐμοὶ ἔφη. Quicquid viro docto quamvis attentissimo nunquam in mentem veniret, hoc excogitant illi Græci cum ociantur. Nam quid opus est his nugis? quæ fortasse tamen autoribus suis aliquo labore constiterunt. Suavissimum est illud Batti:

— μὴ

-- μὴ πρῶκας τιτιζίζει, ὥσπερ ὁ τίτλιξ;

Ad quem locum Græcus interpres duos Callimachi locos affert: quos fruſtra conjungendos eſſe viri docti arbitrati ſunt, qui hoc pacto ſcribebant:

-- ὥσπερ ἰκεῖνοι πρῶκας ἴραζε πιτύρας
Περίκιον ὑδρυκίοις τίτλιγος· ὕδωρ ἴδων.

Quod nunquam ab illis factum fuiſſet, ſi cogitaſſent, priorem ex Apollinis hymno petitum eſſe, qui hodieque extat.

Οὐ λίτομαι Ἀπόλλωνος· ὀπιπεύσεται ἴθιγεν,
Ἀλλ' αὐτὸς παράκλαυσ' ἰὼ ἄγειν σ', ὦ κε καὶ ἔκηδαι
Πρῶκας ἴραζε πίσσωτιν, ἀκίρια πάντ' ἰγίνοντο.

Apparet itaque quomodo ſcribendum ſit: nam χρῆσις mutilas & ſine integro ſenſu ſæpe adduci, vel Grammaticorum negligentia decurtatas, vel temporis injuria, novum non eſt in his ſcholiis. Alterum aliunde adducitur: quod fortaſſe à poëta ita conceptum fuit:

Πρώτιν ὑδρυκίοις ὕδωρ ἴδων τρίφεται.

vel ut ab illis emendatum eſt: præterquam quod non placet περίκιον ut ab iis ſumitur. Grammaticus enim quia πρῶκα notarat fieri, ἀπὸ τοῦ πρωΐ πίμπλεσθαι, locum ex Callimacho adducit, in quo ἡ πρώϊ, πρώιον ὕδωρ dicitur. Præceſſerat enim: Ἢ καγὼν ἐ θεῶν πρῶκα λίγυσα, ἀπὸ τοῦ πρωΐ πίμπλεσθαι. Suſpicor illos populares Lampriadæ, quorum paulo poſt notatur egeſtas & miſeria, fuiſſe eos, qui Laciniam habitarent. qui templum Junonis celeberrimum accolebant, cujus Strabo meminit lib 8. Μετὰ δὲ Τῶλλα τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερὸν, πλούσιον ποτὲ ὑπάρξαν, καὶ πολλὰ ἀναθήματα ἔχον. Optat illis Battus, ut eum Junoni ſuæ ſacra facturi ſint, taurum exhauſtum & emaciatum ſorte obtineant, quod & ipſi eſſent homines tum temporis non multum obeſi, ſed miſeri & egeni: qui olim opulentiſſimi fuerant: poſtea in extremam penuriam delapſi. ita ſumo cum κακοχέρσους dicuntur. Veterum neſcio qui legerunt in poëta κακοχέρσων γὰρ ὁ Τῶλλος. non ὁ δῆμος. quæ res efficit, ut credam τὸ κακοχέρσων ſimul convenire poſſe & tauro parum obeſo, & exhauſto populo. Dicterium eſt non parum urbanum in gentis illius ἀποφέλειαν καὶ ἀμηχανίαν, cum optat, ut κατῆς Τῶλλος contingat populo κακοχέρσους, hoc eſt, κατῆλθ' ἐ αὐτὸ ὅτι: qualia multa apud Comicos in Megarenſes ſtringuntur. Cum dicit:

--- ἴδοι λάχοιτο
Τοὶ τῶ Δαμπεδίδα τοὶ Δαμύτα,

ſumo τὸ λάχοιτο, ut in illo ſcriptoris Attici: ἐπεὶδὴ πρώϊον ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηΐδι φυλῇ διακῆμαι τὸ θυωρεῖον. κἀγὼ περιῆλθον αὐτῶν τὰ γιγνόμενα, ὡς ἔτη γενοῖτ' ἂν πολίτῃ ὄντα μοι. Dixit enim, ἴδοι λάχοιτο ἔκκα Διὸς τῇ Ἥρᾳ ζεύξαι, quod illi dicerent, εἴθε λάχοιμι Διὸς τῇ Ἥρᾳ ζεῦγος. Λαχεῖν enim non eſt ſortiri, ſed ſorte conſequi. Scio veriſſimum eſſe, quod notarunt viri magni, legendum eſſe τομάλιμνον, pro quo inepte irrepſerat, & obtinuerat, τὸ Μάλιμνον. Puto tamen hic certum locum ἐν τῇ Κερδωπάτιδι deſignari, ubi idyllii ſcena eſt: qui à Trojano loco cognomine dictus ſit. Quod & interpres, ſi bene capio, voluiſſe videtur, cujus verba ita emenda: κατὰ τὸ ἐν Τρωϊκῇ δὲ Σιμάλιμνον πίδανος ἢ τοῦτο ὀνόμασεν. Scimus vel ex ipſo Geographo in illis tractibus locos pleroſque & colonias è Trojanorum ductas dictaſque eſſe, qui notat, πολλὰς καλυκίας γενέσθαι, ἂν αἱ πηγὲς ἐκπώσωσι τῶν Τρώων ἐγένοντο Trojanos enim eo perveniſſe vel ex appellatione Νιάθου fluvii probat ille: qui à Theocrito Νήθωνος dicitur, ᾠδικῇ poëtica: qui in his longe alia ſibi permittit. quod ex appellatione apparet, cujus cauſam non in Geographo modo, ſed & in interprete habes, qui notat: ἀνώμασαι δὲ, παρόσον ἐν αὐτοῦ τῇ πολὶ συνίβη καῖεσθαι Ἑλληνικάς. Sed Strabo inſuper addit id à Trojanis factum fuiſſe. De quibus vide illum & literarum magnum duumvirum, qui ad eum commentatus eſt. Locum Græci interpretis in κείρᾳ, qui ὑποσύλικος eſt & ἀδιαθέλης, ita concipe: νῦν γὰρ ἦν Αἰολικοὶς καὶ ἔτι· τὰ δὲ τοιαῦτα τὰ διεμφέρεια ταῦτα. παρθένοι γὰρ γυναῖκες τὸ βίον τιμαὶ, καὶ ἢ ἡμέρᾳ ἢ τιμὴ τὰς τοιμένας ἐβλαψε καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορασῶν αὐτῶν ἀντιδοσας, ἢ ἀτανὶ πλουσίνεται, ἐπάρχῃ ὡς Ἑλυσθα. Sequitur:

Φιλ φιλ' Βαττιάδαι καὶ τὰ βόα, ὦ τάλαι Αἴγων,
Εἰς ἄλσεα.

Quid ſibi voluit Grammaticus, qui hic notavit,

notavit, παρέρρηται ὅτι κωμικὴ ἡ διασκευή. ὑπὲρ ἀκηδὲς ἀρῶσι, ἢ κωμικῶς ἀρμόζονται. ἢ τραγικῶς? Si bene memini, nihil tale præceſſit: quare dubium non eſt, quin ſupra exciderit ſcholion, cujus hic meminerit. Sed quam vocat διασκευὴν in hoc poëtæ loco, niſi vehementer fallor, eſt, quam ſubtiles dicendi arbitri διασκευὴν ἀπὸ μίλωνος vocant: quæ tamen ſolorum comicorum non eſt; ſed quia crebrior illis eſt, κωμικὴν vocavit. Adagionem quam interpres de Crotone affert, hoc modo ſcribe:

Μάτιαι τἄλλα πάρα Κρότωνα τἄσια.

Affert de eadem ſimiles duas Geographus, quarum altera, eſt: Κροτωνιατὴν ἰσχὺν πρῶτος ἔστι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων: altera, ὑγιείαν παρὰ Κρότωνος. quibus omnibus ſtudium athleticum hujus populi ortum dedit, quod tale fuit, ut unis Olympicis Crotoniatæ ſeptem victores redierint. Geograph. lib. 6. Δοκεῖ δ' ὁ τόπος τά τε ποιήματα ἀσκῆσαι, καὶ τὰ περὶ τὴν ἄλειψιν· ἐν μιᾷ γὰρ Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων περιγράψαντες τὴν σωθεῖσαν ὑπὸ ἀνδρὸς ἄκαστος ὑπῆρξαν Κροτωνιάται· ὥσ' ἐκέκτηντο νῖκαι ἑπτὰ δὶς Πυθικαί, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἰσχύων, πρῶτος δὲ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· καὶ ἡ παιδιὰ δὲ ὑγιείας ἕνεκα Κρότωνι λέγεται, ἐπειδὴ ἐν ἀρῶσι φασὶν, ὡς τῷ τόπῳ πρὸς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ἐχρῆτό τι φαῦλον διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσθενῶν: quamvis in poſteriore à Grammaticorum placitis receſſerit Geographus. qui κρότωνα interpretantur, ζωύφιόν τι τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον. Sed hæc nihil ad rem. Theocritus cum drama ſui idyllii circa Crotonem locaret, nihil in animo habuit quam quod à Geographo commemoratur. Quæ à Corydone paulo poſt dicuntur, quorum principium eſt, Αἰνέω τάδε Κρότωνα· καλὰ τέκνα ἐς Ζάκυνθον, omnia quaſi διὰ μέσου pronunciantur, nec ad inſtitutum magnopere faciunt; ſed ſunt formulæ: quales in Comaſte quaſdam & Meſſoribus obſervavimus. Suaviſſima eſt ea conſolatio Corydonis, qui, ut Batti ob mortem Amaryllidis luctum minuat, argumento περὶ τῆ ἀίσης καθεσάσης utitur.

Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πίλᾳ αἰθρίῃ, ἄλλοκα δ' ὔῳ.

Eadem ad verbum, paulo tamen fuſius, Tertullianus lib. De pallio: *Cæli ambitus nunc ſub divo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus; aut imbres ruunt, & ſi qua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtilium, & denuo ſudum.* Mutila ſunt verba Grammatici quæ ad illum leguntur verſum. ea ita ſupplebis: ἢ Δία λέγει ἢ αἴτιον τῶν ὑετῶν, αἰθέρα δὲ ἀντὶ τῆ αἴσης, ἐπ' ἐκ συνέχεσθαι αἱ νεφέλαι. Delicatiſſimi Archilochi poëtæ verſiculi partim apud Dionem Chryſoſtomum, partim apud Galenum leguntur, ſed & corruptiſſimi & mutili utrobique Horum partem negligenter ſatis adducit magiſter Græcus paulo infra. Sed operæ precium eſt ipſos ſicut emendandi ſunt proponere, quos ut à diverſis cirantur conſarcinavimus: ſunt autem Trochæi.

Οὐ φιλέῳ μέγαν στρατηγὸν, οὐδὲ διαστυγνάζοντα.
Οὐδὲ βοστρύχοισι γαυόωντ', οὐδ' ὑπεκκεκριμένον,
Ἀλλά μοι μακρὸς τις εἴη, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
Ῥωικὸς, ἀσφαλέως βαδίζων ποσὶ, καρδίης πλέων.

Noluit laboris tantillum ferre Grammaticus, ut ſaltem partem eorum, quod debebat, ordine citaret: ſed neglectis reliquis ad vocem ῥωικὸς feſtinabat, cujus cauſa cætera adducebat. Videtur legiſſe tamen καὶ κνήμῳ ἴδοιτ, non περί. Non longe à fine ſcribitur:

— τὸ γαμψότριον ἦ ῥ' ὅτι μύλλ
Τύπτει τὰν κυάνοφρυν ἰρυτίδα, τᾶς πτεῖ ἰκμάδα;

Lucianus Ἑρμοτίμῳ. κίνησαι γὰρ κἀκεῖθεν ἐπὶ Νικέλαν. Vox aliquoties ea ratione uſurpata à Dipnoſophiſta, id eſt, *affectim & perdite amavit.* In poſtremis Corydonis verſibus. prior manifeſte claudicat, & è numero eſt τῶν σκαζόντων.

Ἀκμὲν γ' αἴ θέλεις. πρὸς γε μὲν αὐτὸν ἐτυθόν.

Scribe: πρόσω γε μὲν αὐτὸν ἐτυθόν. Sic idyllio proxime ſequenti:

Τὸν μὲν τὰν σύριγγα πρόσω κλίναντες Κρατέα.

Mirum hoc non obſervaſſe præſtantiſſimum Henricum Stephanum: qui toties tam accurate hunc poëtam edidit. cujus manibus non poſſumus quin bene precemur,

precemur, quoties inexhauſtam ejus & incomparabilem diligentiam animadvertimus, quam ad excudendos omnes ſcriptores optimos tam fideliter contulit. Hoc ultra penſum addamus. Notant gloſſatores in Σατυρίσκοις, σάθη δὲ ἡ ὀξυθυμία ἐκπύρωσις. Sed Heſychius σάθα, μοῖρα, inquit. ſcribe μόρον. Et, σάθαι (ita enim ſcribendum) τὰ ἀνδρεῖα ἀναίσχυντα. Unde σάθωνες, quibus ſupellex illa largior. Nec alio reſpiciebat qui Platonem Sathonem vocabat: quia τὴν ὑποχαυνότητα Socratis philoſophiam amplectebatur, qui Alcibiadem aut Phædonem ſub pallio docebat. Panes mox καυσανίαι dicuntur. Noſtri Grammatici, qui in Theocritum extant, interpretantur, λέπτοι ἢ κακόπεμμα. At ſunt inter antiquos criticos, qui exponunt, καυσανίαι. καυσάφαρδες. καυσάνδες. ut apparet ex illis gloſſis, quas collegit Heſychius.

## CAP. IX.

*In quinto idyllio Scholiaſtes emendatur.* Βυκολίαι *veræ.* Βυκολία *quid.* Βυκολίαι *ſpecies in* 5. *Theocriti. iræ Nympharum deprecatio.* νυμφολυψία. εὐμάρα. εὐμαιεῖς. *Interpretum ambitio. Theocritus emendatus.* ναὶ. ὀφθαλμοὶ ἀνισηκότες. *Interpretes aliquoties notantur.* κρίνειν ἐν χάεσι. ὦναξ Παιών. Παιὼν ἢ σωμύλος ἦδα.

NOn ita longe à principio quinti idyllii gloſſa quædam Græci interpretis legebatur, qua locum hunc Theocriti illuſtrare videbatur quiſquis fuit Grammaticus:

Οὐκ ἀπὸ τῶν κρώπις σὺ γ' ἀμείδεις;

ad eum locum hæc verba inveni: Πορδίκκα, Αἰχίππας, σίττα, ψίττα, Παμμικὰ, Αἰτολικὰ, ἢ Βυκολικὰ ἐπιφθέγματα· ὅτι δὲ ἐπιῤῥήματα. Non ita inſanire exiſtimandus eſt, quicunque illa notarat, ut duas priores voces inter Paſtoralia ſibila, &, ut ipſe ait, Βυκολικὰ ἐπιῤῥήματα referret, Nos ea ejecimus, cauſam ſubodorati: manifeſte enim tranſlata eſſe vidimus ex alio loco, qui paulò poſt hunc excipit:

-- τὸ γὰρ πόκκα φῶλα Συβάρτα.
Ἑκτάτῳ σύριγγα;

ubi notatur: Συβάρτας δὲ, ὡς Πορδίκκας. Αἰχίππας. ſed ibi legendum: Συβάρτα, ὡς Πορδίκκα, Αἰχίππα: ſunt enim omnes Dorum patrii caſus, ſicut ipſa vox ad quam notantur. Præceſſerat enim: φῶλα Συβάρτα. Δωρικῶς καλεῖ τὴν γυναῖκα. Atque hinc manifeſte verba illa deſumpta erant. Alius Grammaticus, à quo incipiendum fuerat hoc caput, qui argumenta præfixit, cujuſque eruditionem ſæpe admirati ſumus, ab his verbis initium facit: Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον δραματικώτερόν ἐστι. Inter alia ſcriptorum genera, quibus antiqui Bucolici ſcriptores uſi ſunt, quorum character nihil aliud eſt quam κοινωνία quidam, ut ita loquamur, & commiſtio omnium characterum, ſive τὴ δραματικὴν dicas, ſive τὴ ἐξηγητικὴν, ſive τὴ μικτὴν, quibus ſinguli poëtæ utuntur, eſt unum, quod merito δραματικώτερον reliquis omnibus vocatur: quæ vox tamen nondum præcipuum quod in his erat exprimit, τὴ κακολογίαν nimirum & dicteria: quæ ſi non longe ab amaritudine aberant, Βυκολίαι ab hoc ſcribendi genere dicebantur. Veræ Βυκολίαι exemplum in quinto Theocriti, in Virgilii tertio habemus: qui ut hoc ipſum indicet, ita eclogam illam concludit:

*Non noſtrum inter vos tantas componere lites.*

Ubi vox *lites* ſatis indicat τὴ δραματικὴν κακολογίαν, quam toto idyllio expreſſerat: ſicut mos illius eſt verecunde ejuſmodi indicare. Heſychius. Βυκολία, κακολογία. ut merito non propter τὸ δραματικὸν & μιμητικὸν, quod hic plenius eſt, ſed ſcommaticam acerbitatem, quæ vehementiſſima, perfectam Βυκολίαν hic habeamus. Ita ut hoc idyllium, verius quam alia aliquot, &, ut Grammatici loquuntur, κατά τι ἐξαίρετον, Βυκολία inſcriptum ſit. Pergamus. Nympharum quoties meminiſſet antiquitas, earum iram deprecabantur, hoc eſt, inſaniam, ἢ βλαισοδαιμονίαν. Quibus enim Deæ illæ conſpiciebantur; mentis ſtatu exci-

* L dere

dere putabantur: quod etiam vatibus accidere exiſtimabant, & hariolis: quos νυμφολήπτους dicebant. Heſychius. νυμφολήπτοι, οἱ καθεχόμενοι Νύμφαις, μάντεις δέ εἰσι καὶ ἐπιθεσιαστικοί. Hoc voluit ſibi Comicus in Pace; apud quem hariolus quidam de Bacide ſymmiſta ſuo:

Εἰ γὰρ μὴ Νύμφαί γε θεαὶ Βάκιν ἐξεπάτησαν,
Μηδὲ Βάκις ἐτέτυκτο, μάτ' αὖ Νύμφαι Βάκιν αὖτὸν.

Nec aliam poëta Lyricus alibi furoris ſui cauſam ſtatuit, quam Nympharum Bacchique conſpectum.

*Bacchum in remotis carmina rupibus*
*Vidi docentem, (credite poſteri)*
*Nymphaſque diſcentes, & aures*
*Capripedum Satyrorum acutas.*

Comatas itaque, cui Nympharum nomen exciderat, continuo ἐπιτυμπίζει, & deprecatur inſaniam, qnam ſibi optabat Lacon ſi falleret.

Αἴτ' ἰμὶ ἴκαινί τε καὶ νύμφιος τετελεσμαι.

Apud Virgilium Damœtas, ne nomen Nympharum ſibi damno eſſet, addit ſtatim: *ſed, faciles.*

*Et quo, ſed faciles, Nympha riſere ſacello.*

Theocritus merito alibi eas ὑφάδας vocat: quod eorum conſpectus plerumque contingeret ἐπὶ κακῷ. unde *lymphati*, ut apud Feſtum eſt, ex harum conſpectu dicebantur, οἱ ἐνθουσιῶντες, ſicut Νυμφόληπτοι Græcis. Vetus formula & conſuetudo antiquis erat, miſeriam jurandi: ſicut hic Daphnidis. Hinc ille quiſquis eſt in collectaneis Grammatici cujuſdam veteris, miſeriam ſuam eo devenìſſe dolet, ut juramentum factus ſit. ὁ τοιὸ, inquit, ζηλωτὴς καὶ πειρίεργος, νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι· κατὰ γὰρ ἰμῶν ἐμύουσι συμφοράν. Vox non Græcorum eſt, ſed barbarorum, *eumara*. ita illi, ut arbitror, ἰκάφιν ῥῆμα dicebant. Εὐμαείδες enim Grammaticis ſunt, qui ex illis pellibus fiebant calceoli. Hæc res alicunde ſuboluit ſubtiliſſimo neſcio cui Græculo, qui miras nobis hic argutias exhibuit: quaſi hoc in animo habuiſſet Theocritus cum ſcripſit:

Οὐδὲ γὰρ Εὐμόρᾳ τῷ διαβύτῃ γ' ἔς γε ἐπιύδιν.

quaſique ὑμῖν ſcribendum eſſet. Hoc ſibi volunt illa: λέγω δὲ μηδὲ αὐτὸν ἔτ' ἀναβῆναι ὑμάρᾳ ἐπικαιρομῶδαι, ὕγνα δίρματι. &c: τὸ ὑμάρᾳ δίρματι φασὶν εἶναι, ἢ ὑ κύειν ὄνομα, ὥς τινες, ἵν' ᾖ. ὑδὲ γὰρ ὑδὲ τῷ ἀναβύτῃ τῷ σῷ ὑμάρᾳ ἢ δίρμα τιθέασιν ἐπύδιν. Adeone illis fluidam memoriam fuiſſe, ut non cogitarint, infra ſcriptum eſſe,

Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ἐρῇς φίλα τῷ Σικελείτᾳ?

Ubi loci neſcio quem colorem ſuarum ineptiarum ſaltem probabilem poſſint afferre, ut idem nobis perſuadeant. Sed dementes ſumus qui ad veritatis normam ejuſmodi interpretatiunculas exigimus, cum ipſorum authorum interfuerit novo aliquo & inuſitato gloſſematio veritati prævaricari: quam nimium ſæpe deſerunt. Quo magis miramur amicum quendam noſtrum ad hunc locum notaſſe quicquid de pellium uſu hoc alibi invenit. Omnino cum Euſtathio aliiſque ſcribimus paulo poſt, ἴσε κ' ἀκούσῃς non κ' ἀκούσῃς, vel potius, ἴσε, quod Δωρικώτερον volunt: qua de re ſupra aliquid, ubi ſcribendum diximus ἴσε κ' ἀμίλξῃ, vel ἀμίλξει, non ἀμίλξῃς. Ait Lacon paulo poſt,

Καὶ τίς τελχας αὖτ' ἰείων ἐποιήσαθ';

Antiqui in ejuſmodi loquendi generibus ὑδὲ subintelligebant. Sic interpres Comici ad illud Αχαρ.

Καὶ τίς ὑδὲ πώποθ' Ὑβρις κελεύσειεν;

Δώσει τὸ ὑδὲ, ὡς ἢ παρ' Ομήρῳ· τίς ἂν τάδε γαθόντων ἰδών; περιτυπακουσίου γὰρ τὸ ὑδείς. Sed Comatas quicquid hic ἔξωθεν expectandum erat lepide ſupplevit, cum reſpondet:

Οτις νικατὸ τ' πλατίον, ὡς τοῦ πτωσθῇ.

Nihil enim reliquum facit Grammaticorum filiis quod ſuppleant aut intelligant; revera περὶ τὸ τελευτήσον ἀκατόν. Altero ab hinc verſu male tria illa parentheſeos notæ includuntur, (ἴσ' ὁ τράγος ὕτος) ut videbunt qui aures ſubactas in Græciſmo habent. Scribo: Τὸ (ἴσ' ὁ τράγος) ὕτος ἴσεσθ. τὸ ὕτος, vel ὕτος τὸ, ut infra, βίττιδ' ὕτος. *Heus tu, Heus bone vir, certa.* Reliqua enim διὰ μίσυ κεῖται. Sequitur aliquot poſt verſibus:

Θρίξ

Θρίψαι ἢ λυκίδιε, θρίψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

In quo loco mira fuit elegantia, majorque quam ab indoctis emendatoribus animadverteretur. Scribe:

Θρίψαι ναὶ λυκίδιε, θρίψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

Ac ſi dicas: *Nutri quaſo lupos, nutri videlicet.* Peculiaris in voce ναὶ venuſtas fuit, quæ obteſtationis nota eſt: ut cum ex aliis tum illo Nonni planum eſt; ubi ſcriptum erat:

Τίσταρχε νύπτιλλε ἰαὸς μὴ γαμηθῇς,
Καὶ σφῶϊν ὀτρύνω. λαοσσόον ἴαχε φωνήν·
Βακχεῖδαι ἢ δεῦρο χορεύσατε.

Obſecratur vehementer obteſtaturque ut Bacchæ rem gerant ſtrenue. Legendum eſt ergo ναί.

Βακχεῖδαι ναὶ δεῦρο χορεύσατε· θυσμινὸν δὲ
Κτύπετε βάρβαρα φῦλα· ἢ ἴυγγι μίξατε δύρτυς.

Eodem modo noſter, niſi quod hic ἰρωνικώτερον eſt, & à ſchemate deſumit gratiam. Θρίψαι ναὶ λυκίδιε. *Nutri, videlicet, Nutri, ſi dii placent.* Ita legendum mihi certum eſt, quam nugari Grammatiſtam, qui θρίψαι exponit, ἐκθρίψαι ἄν τις. Pudoris impudentiæque ſedem veteres in oculis locabant: quo reſpexit olim acutiſſimi ingenii fœmina Sappho, quam cum amator Alcæus improbum aliquid flagitaſſet, collegit illa rem flagitioſam eſſe, quod pudorem ex oculis tollere non poſſet. Verba Alcæi erant: Θέλω τιν' ὐπερπόντιόν με κωΔ[illegible] αἰδῶς. Reſpondit illa: Αἰδ' ἴσσε ἐς ἰδίαν ἦμεον ἢ κακόν, Καὶ μήτ' ὐπῆν γλῶσσ' ἰκύκα κακόν, Αἰδὼς κέν σι οὐκ ἔχει ὄμματα. Hoc eſt, quod paulo ante Comatas dixit:

--- μίγα σ' ἔχθομαι ἢ τὸ μὴ ζωμῆς
Ομμασι τοῖς ὀρθοῖσι πολιλαίνειν.

Dixit enim, ὄμματα ὀρθά. quos ἀναισχύντους ὀφθαλμούς. οἱ φυσιογνωμονοῦντες, qui hoc certum impudentiæ ſignum ſtatuunt. Interpres Græcus infra cum notat, ζωμῆς ἀντὶ τῦ γαμβῆς. vocem γαμβῆσαι ſumpſit, ut Juris conſultorum ſcholæ, τὸ *nubere*, cum de viro muliebris patientiæ agunt: ſicut alibi de averſa mariti libidine in Codice. Verum quid erat opus ζωμῆς ita interpretari? ſatis enim per ſe planum eſt ſchema hoc obſceniſſimum, licet vox non tranſlatitie ſumatur. ſed acuti Græci, dum omnia ad τὸ ἴσον νόημον referunt, τὸ ὕδωρ τῦ αμittunt, & minus multo quam pueri ſunt. Quod in ſequentibus magis apparet, cum Ariſtophanis locum adducit. Non vacat nobis laſcivire cum Lacone. qui ad fœdiſſimum & vere Λικωνικὸν ſcommа Comatæ nimis quam urbane reſpondet. Hoc ſcio, gloſſæ authorem ſenſu communi carere. qui ut leporem & χαριεντισμὸν hujus loci oſtendat, qui in verbis, πυγίσμαΐζε & ζωμῆς, totus eſt, Comicum in partes vocat, apud quem Cleon dicitur ὁ τῇ ζωμῇ τίλλεσθαι. Veſtram fidem, Muſæ, potuitne quid ineptum magis aut diſſimilius? Apud Comicum Cliſthenes κωμῳδῦται tanquam male vir, quod in pædiconis ſui tumulo (honor ſit caſtis auribus) partem illam radat, quæ turpis patientiæ rea erat, τὸ πρωκτόν. ſicut alii ſolebant morientibus amicis, partem oppoſitam, caput. At vero hoc loco crimen patientiæ Comatas Laconi intenderat: qui ut calumniam retundat, optat illi ſepulchrum poſt mortem non profundius illo pygiſmate. Notum ſatis eſt, inter diriſſimas imprecationes & illam fuiſſe, ſi cui optabant deeſſe terram mortuo. Quid autem diſſimilius? Sed Græculi ne publica quidem ignominia adduci poſſent, ut ſaltem minus loquaces ſint. Aliqua præterea injuria eſt. Cleonem citare pro Cliſthene. Locus Ariſtophanis Ranis is eſt:

Τὸν Κλεώνυμον σ' ἀκούω
Ἐν τῇ ζωμῇ, πρωκτὸν
Τίλλοντ' ἑαυτῦ, καὶ καταβλέποντα τὰς γνάθους.

Sed ejuſmodi multa peccant Grammatici. Hoc ferendum non eſt, quod locis per ſe perſpicuis maxima cum moleſtia ſua tenebras offundant: quanquam profecto nulla ſatis profunda nox huic generi nequitiarum eſſe poſſit. Mentem etiam Comici, quæ elegantiſſima eſt, inepta illa gloſſa pervertit: ἴυγγι, ἐν καιρῷ συνουσιαστικῷ· τὰς γείτονας ἰκτίλλῃ † πυγῆς. Arguari enim in voce τάφος voluit, quam & hic & ibi ἀντὶ πυγῆς poni docuit. Sic infra ad locum

poëtæ, Σκίλλας ἰὼν χαίας, notat: τίλλε φησὶ τὰς σκιλλὰς τρίχας τῦ τάγυ σῦ. ἢ γὰρ † ἀνῆξε σῦ. Sed pluris nobis hæc eſſe debent. Nimis venuſtus idiotiſmus eſt, κείνῳ ἰν χέρρι: quod pene à nobis prætermiſſum erat. à quo ne divinus quidem Plato ſibi abſtinendum putavit, cum dixit, ἰν χέρρι σοῖο Phædone. Τοῦτο δὲ σκῶπτει αὐτῦ. ὁ Κρίτων ἴσως ἔφη ὦ Σώκρατες. τί δὲ τύτοις ἢ ἐμοὶ ἐπιτέλλῃ ἢ περὶ τῶν παίδων, ἢ περὶ ἄλλῳ τῦ, ὅ τι ἂν σοι πειθόμενος ἡμεῖς, ἰν χέρρι μάλιστα ποιήσωμεν. & ſequitur: Ἀπέρ ἀκέλλεγε ἔφη ὦ Κρίτων. ὑβὺν καὶ τὴν τροφήν. ὅτι ὑμῶν αὐτῶν ἐπιμελήσεται ὑμῖν, ἢ ἂν ἡμεῖς ἢ τοῦτ ἐμεῖς ἢ ὑμῖν αὐτοῖς ἰν χέρρι ποιήσητε, κἂν μὴ νῦν ὁμολογήσατε. Deus averruncus erat ὁ Παιὼν Ἀπόλλων: hunc invocabant ἀποτρόπαιον, ἢ ἀποδιοπομπήσαιτο, aut cum aliquid deteſtarentur. Sic Lacon, ut nimiam Comatæ garrulitatem exploderet, exclamavit. ὦ Παιὼν, ἢ τυμπόλο τόδε Κομάτα; nam ita malim quam Παιάν. Quod nihil aliud eſt, quam, *Dii averruncaſſent illam tuam loquacitatem.* Heſychius: Παιάξ Παιών. ὦ βάτραλλ' κακὰ πάσων Ἀπόλλων. Sed hæc minutiora ſunt: ad ſpecioſiora, ſi quæ ſunt, veniamus.

## CAP. X.

*Locus Theocriti aliter quam vulgo illuſtratus.* τὸ κομᾶν *apud Lacedæmonios.* λεπύειον ἀπὸ σχίνου. χεῶμα σχίνινον. κἀθαρμοί. *Theocritus emendatus, item illuſtratus.* φάλαγξ, φάλαγξ κύων, ἀτελῶς ἢ ἐντελῶς. ὦ. *emendatus Theocriti locus unus & alter. Theocritus explicatus. Stupor interpretis.* Θεωδαντὸς. *Theocriti locus explicatus. Scillæ uſus.* τὸς. πτὸς. πολὺς τς *defectivæ,* ἀγαθὸς τς. *alia. Theocritus emendatus. iterum.* Σιβαῖτης.

NUllum in toto hoc idyllio ſcommа eſt quod dente careat, & non mordaci aliquo aceto ſit τραγικὸν ἢ δριμυτικόν: quod ſæpe tamen latet, vel alio trahitur. ſicut cum Lacon inquit:

Κρὶμὰ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν Ποιμένα κἀβ-
ὑπαρτόν
Ἐκμαίρ' κἀκαχὲ δ' παρ' αὐχίνα σφίσ' ἴδμα.

Quorum verſuum vis ex præcedentibus duobus Comatæ dependet, qui dixerat:

Βάλλ' ἢ μάλιστα † Αἰπόλος ὁ Καπρείτας.
Τὰς αἶγας παρικωΐζω, ἢ ἀδὺ τι πορπυ-
λίσδω.

Non intellecta ſunt poſtrema illa Laconis: κἀκαχὲ δ' παρ' αὐχίνα σφίσ' ἴδμα. Putarunt enim quia Cratidas pueri nomen erat, hoc quod de coma ſequitur ad Cratidam referendum eſſe: ſicut ejuſmodi pueros, quos in deliciis habebant, etiam Cometas dicebant. Hæc communis omnium hactenus opinio fuiſſe videtur. Sed falluntur mirum in modum. Philoſophus Rhetor. 1. ubi demonſtrativi generis locos proponit, inter alia maximam vim habere vult τὰ σημεῖα τῶν παρ' ἑκάσοις ἐπιτηδείων. ita vocat ſigna eorum, quæ apud ſingulas genres laudantur. Hunc locum ut illuſtret, utitur exemplo à Lacedæmoniis petito: apud quos ii qui comam alebant, nihil indecorum & illiberale committere exiſtimabantur. Verba ejus ſunt: Καὶ τὰ παρ' ἑκάσοις δὲ ἴδια καλὰ, ἢ ὅτα σημεῖ' ἐστὶ τῶν παρ' ἑκάσοις ἐπιτηδείων· οἷον ἰν Λακεδαίμονι κομᾶν. καλὸν· ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον· ᾗ γὰρ ἐστὶ κομᾶν ῥᾴδιον ὑβὺν ποιεῖ ἔργον σχολῆς. *Pulchra etiam ſunt ea,* inquit, *quæ ſingulis gentibus uſitata ſunt. Quæque indicia ſunt rerum apud ſingulos laudatarum. Sicut Lacedæmonii pulchrum eſt comam alere: libertatis enim ſignum eſt. Neque facile ibi exiſtimant fieri poſſe, ut, qui comam alat, quicquam, quod illiberale ſit, committat.* Noſter Lacon, qui † πατρίδα ἐπιγέγραπται, & patriæ nomen gentiſque ſuæ gerit, duobus ſe Comatæ præfert: dignitate & ordine, quod paſtor eſſet: ſtatu, quia liber & ingenuus. Quod itaque laudat Philoſophus in commendatione alicujus, id Lacon in ſua præfitit: qui σημεῖον laudum ſuarum à coma deſumit, quam alebat, Laconum more. Nam qui Sybaritam eum eſſe exiſtimarunt corrupta lectione decepti ſunt circa hujus idyllii principium, meritoque à clariſſimo

clariſſimo Caſaubono exploſi ſunt. Diximus ſupra quomodo οἱ Αἰτώλοι eſſent hominum genus maxime luxurioſum, fœdum & illiberale, omnium qui circa pecudes verſabantur, præterea δυσπρακτῶν, & qui ſtatus controverſiam facile patiebantur: quibus οἱ Βοιωτοὶ opponebantur tanquam ordo ſuperior, quod liberi eſſent, temperati, & ſui juris. Dixerat Caprarius, Puella me Caprarium petit, & malo percutit; Reſpondet Lacon: de Caprario quid mirum eſt, cum me qui Βοιωτὸς ſim, non Αἰτωλὸν, amore ſui in furorem agat Cratidas? qui, inquam, Paſtor ſum, liber & ingenuus, longeque alterius quam Caprarius conditionis. Hoc probat adducto è gente ſua exemplo, apud quam liberaliter educti ſignum erat certiſſimum τοῦ κεμᾶν. Poſtrema igitur verba, κατωρὰ δὲ, ſtatum Laconis indicant, non de Cratida dicuntur. Nam & apud Græcorum reliquos liberi homines comam alebant, ſervi dimittebant. Hinc illud Comici in Avibus:

Ἐκτῆσ' ἄνδρα δοῦλον· οὐ κόμην ἔχει;

ubi interpres Græcus: διὰ τὸ θεράποντα, δοῦλον εἶναι. οὐ δὲ τὸν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν. Hæc mens hujus loci, hic ſenſus. Quod videbunt qui meminerint, nunquam niſi è gentis ſuæ uſu loqui Laconem. Unde illa ſupra:

--- τὰ δὲ Κάπρια κἠ δὴ ἰφίρω·

quod proprium illius gentis eſſe ne pueri quidem ignorant. Sed plura ſunt, quæ nimium negligenter aut habita erant aut intellecta. Sicut cum idem Lacon canit:

Οὐδὲ γὰρ ὑδ' ἀκόλοις ἐριμυκίδες· αἱ μὲν, ἔγερτα
Λευκᾶς ἀπὸ πρίνου λευκέων· αἱ δὲ μελιχραί.

Auſim affirmare nihil eſſe in hoc ſcriptore venuſtius, & quod tamen minus intellectum ſit. Nam Grammatiſta Græcus quocunque ſe verrat tandem huc neceſſitatis redigitur, ut confiteatur, τὸ, ἀπὸ πρίνου, & τὸ, μελιχραί, opponi. utrumque enim ad colorem referri certum eſt. Non animadvertit autem poëtæ idioma peculiare: quod in cauſa eſt ut deliret ſæpe. Dictum eſt λευκότερος ἀπὸ πρίνου, ut, χαῖτα ἀπ' ἀκάνθης, ἀπ' Αἰγίλου ἰχώρ. λευκότερος ἀπὸ πρίνου, eſt, λευκότερος πρίνου. Jam facile reliqua efficiemus. Notiſſimum eſt, arborem illam habere vim βαφικὴν, ſive tingendi. Quod Theocritus λευκότερος ἀπὸ πρίνου vocat in glande ilicis, Plinius *tunicam rubigine ſeabram* dixit in glande χρῶμα πρίνινον & color coccineus idem eſt: à cocco, quem πρίνινον καρπὸν vocant veteres. Theophraſtus: Φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν Βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. Nec aliud eſt quod ἄνθος πρίνου vocavit Simonides, quam quod alii πρίνου καρπὸν, apud Plutarchum. ὁ δὲ Σιμωνίδης ὑ λευκὸν φησὶν εἶναι τὸ ἄνθος ὑπὸ τοῦ Αἰγίλωτος, ἀλλὰ φοινίκιον ἐτίλον ὑγρῷ πεφυρμένον πρίνου ἄνθει ἐοικὸς. Itaque χρῶμα ἀπὸ πρίνου, eſſet color coccineus; λευκότερον ἀπὸ πρίνου, eſt, ἐρυθρὸν λευκότερον, κ φοινικοῦν τι ἔχον. Nihil elegantius. Paulo poſt iterum condicionem ſuam Caprario, ut ſupra, objicit Paſtor, quod non magis quam locus ſuperior animadverſum fuit. Καθάρματα ſervi diſtinguebantur à liberis. Unde καθάρματα eadem ratione qua maſtigiæ dicti ſunt, quamvis ſciam & aliam rationem afferri à veteribus, καθάρματ ſunt οἱ μαστιγούμενοι, *flagellationes & victices*. Eam vocem ita ſumptam non bene ceperant apud Phocylidem interpretes in illo:

Λάμβανε κ βύκλῃ παρὰ οἰκίᾳ τῷ φρονίοντος.
Ἀγνὴν ψυχὴν τὸ σῶμα τὸς ὧδε καθάρμοις.

Ubi itidem καθάρμοις ſunt οἱ μαστιγούμενοι. *Noli*, inquit, *conſilium rejicere ſervi: cujus quamvis corpus flagro ſubjectum eſt, mens tamen pura eſſe poteſt.* Aberrabant qui neſcio quid de purgatione afferebant. Hoc eſt quod Lacon Comatæ objicit, τὸν καθάρμοις nimirum, cum ait:

Τοῦτο μὲν ὦ μίμαμ' ἔκα μάν ποκα τῆδε τὸ δάτας
Εὐμάρες ἰκάθαρε· κλοῦσε μάλα τοῦτό γ' ἔταμε.

Bene & convenienter ſcholaſticus aliquis Græcus καθάρῃ expoſuit δίῃρε. Sed neſcio qua fronte etiam illum locum ad obſcenum ſenſum trahat. Nobis nimis multa ſunt ejuſmodi: at Grammaticis pauca eſſe videntur, qui aliquid flagitioſi de ſuo addunt Sed hoc prætermiſeramus. Cum ait Lacon ſupra:

Οὐκ ἀπὸ τᾶς ἁρμὸς ὕτος ὁ Κώναρος, ἄτε
Κυπάσσα,
Τυτνὶ βοσκηθεὶς πεῖ ἀνθαλέᾳ ὑὸ Φάλαρος.

Non

Non poteſt nobis diſplicere interpretis diligentia in φάλαιρος, qui omnes de eo opiniones veterum, quas invenit, nobis propoſuit: ſolam tamen prætermittit, quæ vera eſt. Nihil eſt familiarius elegantibus ſcriptoribus, quam voces eaſdem alibi ἰππικὰς, alibi ἀτίτλους uſurpare. φάλαιρος, eſt, ὁ φάλαρα κύων. idyllio 8.

Ὦ ποτὶ ταῖς ἀγέλαις ὁ κύων ὁ φάλαιρος ὑλακίᾳ;

ὁ φάλαιρος dicitur, ſicut vulgaria illa quæ à Grammaticorum filiis magno numero notantur, ὁ πῖδαξ, ὁ βορτὶς, & hoc ipſo idyllio, αἱ μακέδνις, quæ omnia ἀτίτλως dicuntur. Si quis velit ſimpliciter κύφων eſſe, ἐπὶ κυσὶ, per me illud licebit. Sed ut pro ὡς ὦ ſcribatur in eo verſu de quo agimus, non noſtra modo, ſed & Aſclepiadis & omnium intereſt. qui, τὸ, φάλαιρος, vel χαρίεν, vel ὄφις. vel aliud ſimile olim ſunt interpretati: quorum omnium criticorum diligenter ſententias ſtudios collegerunt, aut quocunque eos nomine appellabimus, qui has nobis extare voluerunt farragines. Idem impoſuit editoribus paulo ante in illo verſu:

Ὡς τὸ κατ' ἰρις τῦτο γελοῖον, ἅτι μειξίκας.

Legendum enim ὦ: quod & in primo idyllio emendandum eſt, ubi idem verſus legitur κατὰ λίξιν. Exiſtimarunt poni ὡς ἀντὶ τῦ πρὸς, quod Ariſtophanes eſſet, cum omnino ſit ὦ, ἀντὶ τῦ ὤκην, δυσκόλως. Sic infra, ὦ βλῶσ' ὤκας legebatur, cum ὦ & Græcus interpres legerit. & viri docti reſcripſerint. Sic hoc loco, βάσκιλε, inquit, πρὸς ἀναίδειάν ἐσι ὁ φάλαιρος. Latini interpretes τὸ ὡς exiſtimarunt ſumi ἀντὶ τῦ ὥσπερ: atque ita Phalarus pecudis nomen eſſet. Græci videntur legiſſe ut nos emendavimus: nam quomodo aliter, ἴσως, redderent? Sed ſupra errabant ad illud, ὡς τὸ κάθαρσις τῦτο γελοῖον, cum τὸ interpretarentur & vitioſæ lectioni crederent. Ab his locis non ita longe legitur:

Ἦλθέ τις Μόρσων πικρόρρητος· ὑχὶ παρίδυν;
Σκίλλας ἰὼν χαίας ἀπὸ σάμαθος αὐτίκα τίλλεις.

In quibus verſibus quomodo ut meretur ſtuporem Græculorum exagitabimus? Quorum error levior nobis videri poſſet, niſi & authoritate nociuiſſet, reliquique eum ſecuti eſſent. Non arbitror poſſe pejus quenquam de loco aliquo mereri, quam interpres Græcus fecit, cum, ὑχὶ παρίδυν, interpretatus eſt, ὑκ ἰδὼν τας; ὑ κατέ τι ὠδάκης; cum ex hoc ſequens verſus plane pendeat, ejuſque ſenſus, de quo quid non ſomniarunt interpretes? Hinc profundæ illæ ineptiæ: σκίλλα ὦδε βοτάνη πάντῃ ἀχρίτυ: & illa ubi mentem poſterioris verſiculi tangit, ut ſibi videtur: ἄξιος δ' φησὶ μᾶλλον ἀπειθῆ τὶς τὰ μηνύτα, ἢ τὰς γεγραμμένας ἢ πεπαμένας ἢ ἐκρὰς σκίλλας τίλλῃ, ἅπερ ἰμὶ ἰερίζιν. Sed nihil eſt infelicius Grammatico, cum ſemel delirare cepit: ſtrenue enim & confidenter nugatur. Poſtremo quid ſterilius illis, ubi obſcenum etiam ex his ſenſum elicit? quem adducere me pudet. Adoleſcentes ſumus: ſancta eſt hæc ætas noſtra. Eſt igitur mens loci hujus longe alia; quam perpendamus. Sicut παρεκβύ & παραφορὴν in ſenſibus contraria ſunt, τῦ ἀκύτ & τῦ φορτὸ: ſic παρωδέσθαι & ἀδιάφθαι eodem modo. Quæ duo cum idem inter ſe deſignare putarint, pugnant: cum alterum ſit ſicut φορτὸ, alterum ſicut παραφορὴν. non ſecus quam aliud eſt ἐκπλήττεσθαι, aliud παρεκπλήττεσθαι. Ita Cato apud magnum ſcriptorem Plutarchum, cum eripi ſibi & extorqueri enſem à filio videret, queritur cum indignatione ſe παρεκπλήττεσθαι. καλύομαι δὲ, inquit, χρῆσθαι τῶν ἰμῶν λογισμῶν ἢ παρεκπλήσσομαι. Lacon igitur cum ſerio indignari videret Comatas, convicium pro convicio reponit, majus tamen aſperiuſque. ut jam in iram manifeſtam prorumpat. Quod cum videret Comatas, ad judicem converſus: Jam ait ὁ Morſon vir ille bonus iraſcitur (non intellexerunt autem quam vim habeat; vox τὶς, in eo: Ἦλθέ τις Μόρσων: quod nos poſtea oſtendemus) rurſuſque ad Laconem converſus: Nonne, inquit, inſanis? nonne Lucumo es ὁ Lacon? eas igitur, ut ſcillam tibi comparet. Scilla Lucumones & inſani purgabantur. Unde *acetum ſcillatum* apud Auſonium:

*Scillato deciet ſi cor purgeris aceto,*
*Anticipeſque tuum Samii Lucumonis acumen.*

Ita locum hunc ſumo: nec aliter intelligendus

telligendus eſt. Magnus Deſiderius ſcillas ad inſaniam rettulit, ubi de hoc verſu agit, cui inter adagiones locum dedit; loci cohærentiam, & mentem poëtæ, occaſionemque, qua dicitur, non percepit. Nam quid hoc, quod indicare eum ait, futurum, ut virtus præ dolore in inſaniam incideret? quale nihil in his verbis invenire poſſum. Quamvis ne ſic quidem omni labore defuncti ſumus, quem ad illuſtrandum penitus hunc locum ſuſcepimus. Pergamus igitur. Quatuor horum verſuum elegantia, quorum primus eſt, quem jam adduximus, Ηδή τις Μόρτων, dependet ex unica voce τὶς & τιὸς: quæ repetitur: quo magis nobis enitendum eſt, ut de hoc lepore conſtet lectori. Sciendum eſt. τὶ τὶς, apud Dores non πληρωματικὸν ſemper eſſe, & expletivum, neque ſemper περιττολογίαν, ut loquuntur Grammatici, ſed defectivæ orationis notam eſſe & indicium. Sic in Epithalamio Menelai, πολύ τινα, pro πολὺ ὄνο.

Ηρα πολύ τιν' ἴκτισε, ὅτ' ἄλλαν κατιδέλλιν

Ibidem, ἀγαθός τις, eſt, ἀγαθὸς δάμων.

Οὐδὲ γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπίκτασαι ἐγγεμίην δῖα

Et Σπάρτας.

Sic βαρυγούνατός τις, eſt, βαρυγούναθος ἀνήρ.

Ηδέ τις ἰατὶ λίαν βαρυγούναθος; χ' ἅπα φίλνετο;

Hinc totus hujus loci lepor dependet. Cum enim diu cavillis inter ſe certaſſent Caprarius & Paſtor, ac poſtremo quædam ſatis amare objeciſſet Comatæ Lacon; reſpondet ille ad Morſonem converſus: χὠδέ τις πικραίνεται. cum dicendum fuiſſet: Λάκων πικραίνεται. Et rurſus Lacon reſpondet: χ' ἰγὼ κἀνδὼ τινά: cum dicendum erat, χ' ἰγὼ κἀνδὼ Κομάταν. Quæ res miram addit ἰμφασιν τοῦ † ὑμοπλάσ χάμαλι. Apud Tragicos hoc interdum non longe aliter invenitur: ubi οἱ παθαινόμενοι graviterque commoti ita loqui amant. Menelaus in Sophoclis Μασιγοφόρῳ poſt longam illam contentionem de cadavere Ajacis:

Τοῦτ' οὐκ ἀνίαν τῷδε προσβαλεῖ τινί.

Hoc loco χαυασκὸν eſt, ſicut interdum in Comœdia. Feſtiviſſimus Ariſtophanes Βατράχοις, dixit, ὦ καὶ τῆ κακὸν, cum vellet dicere, τῆ Καλῆ. Sed ut jam diximus, poſſunt hoc ſibi vindicare Dores. Mirum eſt profecto in verbis tam paucis tam multa eſſe partim adhuc corrupta, partim male intellecta. Dixerat Comatas, οὐχὶ παρήδειν; quod eſſe oſtendimus, οὐχὶ παραφρονεῖτε; nonne inſanis? Eodem plane modo reſpondet Lacon, ut in contentione fieri ſolet: *Et tu inſanis.* Scribe igitur χ' τὸ δὲ λύσας. At interpretibus quid infelicius eſt, qui legunt. χ' τὸ δὲ λύσις, & interpretantur, *& tu vides?* Atqui ſequitur & præcedit, quod neceſſario hanc lectionem flagitat. Mirum vero eſt, quod poëta noſter ſibi licere voluit in extendendis & ampliandis vocibus non tantum omnibus uſitatis, quod ſæpe notamus; ſed & propriis: ut cum dixit,

Ῥύτω χ' ὁ Σιβαξεῖτις ἰμὶν μίλα.

At vero Geographus non aliter quam Σύβαξις & Σιβάξιος· Ἐφεξῆς δ' ἰσὶ διακόσιοις σταδίοις Ἀχαιῶν κλίσμα ἡ Σύβαρις, ἔνθα ποταμὸν μεταξύ, Κράθιν τε καὶ Σιβάριν. Poſtrema Comatæ verba quæ hoc idyllium concludunt, à poëta decori obſervantiſſimo conſcripta ſunt: eſt enim Βυκολικὸν καὶ Αἰτολικὸν. quod diſcrimen ubique in his perſonis obſervatum fuit. Nunc vero vel maxime. Nam ut Laconi Βυκόλῳ juramentum Βυκολικὸν ſupra tribuerat, cum Daphnidis dolores jurat; ſic nunc Caprario Αἰτολικὸν, qui pœnam Melanthii Caprarii Homerici. Quam his verbis deſcribit poëta princeps:

Ἐκ δὲ Μελάνθιον ἄγον ἀγὰ πρόθυρόν τι καὶ αὐλὸν·
Τῶ δ' ἀκὸ μὲν ἰτύας τι καὶ ἄκρα πηΐτ κλαδέ
Τάμνον· μαλιὰ δ' ἐξύρυσαν κυσὶν ὠμὰ διάσασθαι,
Χεῖράς τ' ὠδὲ ποδῶν κόπτον κλοιῆτι δυμῷ.

Sed poſtrema interpretis Græci verba, quibus hæc notabat, corrupte legebantur, hoc modo: ἀλλ' ἴλε μοί σε Ἑλένα γενοίμαν ἀντὶ Κομάτα Μελάνθιο, καὶ κατεθείλω ὄμπορ ἰκίτω. ὑπὸ Εὐμαίᾳ, καὶ Φιλοίτιο· ἰγὼ ἐν τοῖς Ὀδυσσέως οἴκοις Nos reſcripſimus, ὑπὸ Εὐμαίῳ καὶ Φιλοιτίῳ. Nam, ἐν μεγαρονίᾳ, ubi de Melanthio pœnæ ſumuntur. Telemacho conjungit poëta Βυκόλον ὠδὲ συβώτᾳ, hoc eſt. † Φιλοίτιον, καὶ † Εὐμαῖον quo reſpexit cum hæc ſcriberet Grammaticus.

## CAP. XI.

*Percurritur Idyll. 6.* βάλλειν, βαλλίζειν φύλλα καὶ κάρφεα. *Sophronis locus emendatus & illuſtratus. Theocritus emendatus. mos Dorum.* ὀλλὶ νάσω. *emendatus Theocritus.* σοφέσω, λέχω ἀντᾶϊν. σόρισον, σῶσον. ποθόρνυται, ἀρεῖσα. ἐσορεῖσα, ὄρνις. πλέων ἐς κόλπους *de arrogantibus. Callimachus emendatus.* χαῖα κοπιδεὶς. κοπὶς. σεσχόνα. *Tauropolia. Cotyttia.*

NOtavimus locis infinitis, quantum per injuriam temporis licuit, quæ pauca nobis ejus viri reliqua fecit, mimicum Sophronem & Theocritum noſtrum in eaſdem voces ἰσοπαφύρους eſſe, & proclives. Sic apud poëtam noſtrum interdum τὸ βάλλειν, eſt, τὸ ἐρεθίζειν, abſolute, & καθ' αὑτό. Ut cum cecinit:

Εἶδον καὶ τὴν Πᾶνα τὸ πείμνιον ἀνίκ' ἴδαλλε.

Niſi quod exiſtimari poſſit ibi relinqui quod à Daphnide ſuppletum erat, qui ita præiverat:

Βάλλ' ἴα Παλύφαμα τὸ πείμνιον ἃ Γαλάτεια Μάλιστα.

quod notiſſimum ex Comico eſt, & infinitis aliis qui μιλοῦσιν vel μίλοις βάλλειν dixerunt, quos non prætermiſerunt amici noſtri. Sed & τὸ βάλλειν. & βαλλίζειν καθ' αὑτὸ abſoluteque ita ſumi putarim: nam & βαλλίζειν φύλλα καὶ κάρφεα ea notione dixit Sophron, pro *exagitare aliquem* καὶ ἐρεθίζειν τινα: quem, ut ſolet, in animo habebat. Ejus locus lepidiſſimus eſt: Θέλω σ', ὅτα φύλλα καὶ κάρφεα ἴδῃ πάντως τὼς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἷα περὶ φαντὶ φιλαῖτὰς Τρῶας τ' Αἰακίδᾳ τῷ πάλαι. Quia tamen corruptus eſt viros doctos exercuit, cum fortaſſe nihil lepidius unquam ab illo ſcriptore profectum ſit. Docti Itali qui commentarium in Phalereum ſcripſerunt, merito non inveniunt quomodo commodam ex Homero interpretationem petant. Sed ſcribendum eſt: οἷα περὶ φαντὶ φίλε τὼς Τρῶας. Senſus eſt: Pueri tantum moleſtiæ viro illi quem laceſſunt afferunt, quantum Troes Ajaci ſorte. Locus quem tangit extat Iliad. η. ubi cum Heleni ſuaſu fortiſſimum Græcorum provocaſſet Hector, ſors Ajaci obtigit: quem ait poëta gaudio exultaſſe.

— χαίρω δὲ καὶ αὐτὸς
Θυμῷ, ὅτιοἱ δοκίω νικητὴμεν Ἐκτορα δῖον.

Scribit interpres Græcus non longe à principio: ὡς Εὐριπίδης· πυρὸς γενέσεως. dubium non eſt quin locum Euripidis deſignarit, qui hodie in Phœniſſis extat:

Ἤδη δὲ πυρὸς γίγνεται, ἐξαπόρημος.

pro quo tamen paulo aliter nunc legitur. Sed Grammatici nuſquam negligentiæ rationem reddunt. Quis enim dubitet omnes Muſas illi iratas fuiſſe, qui infra ad illa poëtæ verba, Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ γραμμᾶς κιττὸ κἰδνον, hæc notabat: κίδνον γὰρ ἀπὸ γραμμᾶς ἐσταῦλα λέγει, τὸ κίδνον ἄγαλμα. ὁ δὲ τύφ. δύναται ἡ Γαλάτεια καὶ τὸ κίδνον ἄγαλμα, ὡς τὸ αὐτὸς ἐρωῖα ἐπιπαίπαιδα δι' ὑπερβολὴν κάλλους. Sed nobis jam ſemel conſtitutum eſt ubique illa prætervehi, à quibus nullum eſt lectori periculum. Nam has aranearum telas facile vel muſcæ quælibet vitabunt. In verbis Polyphemi, vel Damœtæ potius, ſtatim in principio ſcribendum eſt, ὦ ποθορῶμι Ες τίλιο, non ποθόρημι. Dorum hæc loquendi ratio eſt, qui ita cum optant præcidunt & amputant. Hoc eſt quod technici notant: οἱ Δωριῆς τὰ ὑκτικὰ τῶν ῥημάτων ὅτι μὲν κυρίως ὑκτικὰ εἰσι καὶ ὑχὴν περιέχουσιν, ἄνευ συνθέσεως τινὸς περιφερόντων. cauſam addunt, qui de idiomatibus ſcripſerunt. ὅτι διαγραφεῖσι οἱ Δωριῆς. hoc eſt, quod brevitatem mire amplectuntur, & ſuccincte loqui amant. Elegantèr ita Cyclops dixit: ὦ τᾶ ἰμὲ τᾶ ἴνα γλαυκὸν, ὦ ποθορῶμι Ες τίλιο. *non per unicum oculum meum, quo videam, ſemper.* ὦ ποθορῶμι. pro ὦ εἰσορῶμι. ſicut Oppianus:

— αἰεὶ δὲ βάλοιμι σ' ὑπείπιτνον ὑχήν.

& idyll. 7.

— ἄς ἰσὶ σωρὸ
Αὔξηις ἐγὼ πάξαιμι μίγα πίτυν

hoc

hoc eſt, εἶδε πάλαμι. Lego in iiſdem Cyclopis verbis,

---ἴσε κ' ὀμίλῳ
Αὐτά μοι σορίσῃ καὶ δίμνια πᾶδ', ἐπὶ πόντῳ.

non πᾶδ'. ut ſit, ἐπ' ἄδα, ἐπὶ ϯ πόντῳ. Nam ἀ πόντος Theocrito ubique, κατὰ τὴ ἐξήρισιν, eſt, ἡ Σικελία, quæ ſedes Cyclopis erat. Sed in eodem verſu puto non prætermittendam eſſe vocem σορίσῃ, quæ aliquid contumeliæ habet, cum de Galatea dicitur, & inſolentiam Cyclopis denotat, qui contemptum ſui ulturum ſe minatur. Eſt enim σορίσῃ quod Homerus dicit. λέχος ἀντιβίην: tribuiturque à poëta illis concubinis quæ in bello capiuntur, & jure gentium victoris fiunt. Catullus, *veſte cubile conſternere*, dixit. Apud quem Ariadne optat, ſi à legitimo Theſei connubio arceatur, ut liceat ſaltem, *cubile veſte conſternere*. Opponit enim ϯ λέχος ἀντιβίην, *nupta legitima*.

*Si tibi non cordi fuerant connubia noſtra,*
*Saeva quod horrebas priſci praecepta parentis,*
*Attamen in noſtras potuiſti ducere ſedes,*
*Quae tibi jucunda famularer ſerva labore,*
*Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis,*
*Purpureaque tuum conſternens veſte cubile.*

*conſternens cubile*, eſt, ἡ σορίσασα ἢ ἀντιβίην τὸ λέχος. hoc enim ſicut σορίσῃ eſt ὑπερηφάνῳ. & per conſequens, ϯ κοίτῃ ἀνδρικῇδάστῃ: ſed in iis quæ victori ceſſerant. Apud Comicos verbum plerumque quo utuntur, qui cum meretricibus de nocte agunt, poſtquam de precio convenit, eſt σύρειν, & σύρεσθαι: ita apud Machonem, citante Athenæo, elegantiſſime miles. Locus feſtiviſſimus eſt, dignuſque qui annoteturˌ

Εἰς τὰς Ἀθήνας παρεσκευάσατο ξένος
Ἑταίρας πάνυ γέρων ἀπὸ ὑπολύσεως ἰὼν,
Κεφίσιος ἀπίσω δὲ ϯ Γναθαίνιον τινὰ,
Μετὰ ϯ Γναθαίνιο ἐξ Ἀφροδισίου τινὰ,
Τὸ τ' εἶδος αὐτῆς τὰς γνάθους τε καλλωπίσας,
Ἐνυπνίῳ μιθύσκεται, περίστιλβε νύκτα
Τῶν ναυτῶν· ἡ Γναθαινα δ' ὡς ϯ πορφύρου,
Καὶ τὰ δέκατ' ἀνακλίνασα ἀρχαμίας χιλίας
Ἔβλε, ὃς ἄφνω καρέμβω πλαγὶς, πακαὶ
Ζωγρεῖ γέρων φωτὶ ἔπικα τῇ σφεληστικῇ,
Μὴ πορεύεσθαι δ' αὐτὸν ϯ αὐτοῦ πρόσω,
Καὶ σφᾶς ἀμὴ ἰδεῖν.

Nimium ſibi voluerunt, qui Theocritum, ut in mentem veniebat, deſcriptum, ad nos tranſmiſerunt. Ubique nobis temeritatis ſuæ & imperitiæ veſtigia reliquerunt. Παθόραμι, ἰσόραμι Dores dicunt, non ποθορῶ, ἰσορῶ. Scribendum eſt ſupra in Daphnidis verbis, Καὶ τί τιν' ἢ ποθόρηθα. non ποθορῆθα. Sic eodem idyll.

Ἀλλὰ γὰ αὐτὸς ἐγὼ κἰδάλιμον πάλαι, ἢ ποθόραμι,
Ἀλλ' ἄλλαν τινὰ φαμὶ γυναῖκ' ἔχειν.

At vero cum ait, Ταῦτα δ' ἴσως ἰσόραται, omnino ſcribo, ἰσορᾶται, quo pacto Dores & Æoles loquuntur ὁράω, ἰσοράω, ποθοράω. Pittacus in epiſtola ad Crœſum: Κίλλαί μοι ἐκπεπόμφαι ἐς Λυδίαν ἔσσας τοι ϯ ὄλβου ἵδυμα· ἐγὼ δὲ γὰ μὰ ὁρᾶν πλείσταμαι ϯ Ἀλυάττεω πᾶθος τοῦ βασιλῆος πολυχρυσέω πίλας. Ne ſupra quidem idyll. 3. dubitarim ſcribere,

Εὐμάρᾳ δὲ τὰς ἄγρας ὄρυε φίλε τὰ Σικελείδι,

non ὁρᾶε· unde illud ὄρυθα. Homines arrogantes & qui magnos ſibi ſpiritus ſumebant, jubebantur ab amicis admonitione urbana, ἐς κάκιον πλεῖν. *in ſinum ſpuere*. Lucianus, Παῖε ἢ Εὐξαῖε. ὑπερμαχεῖς γοῦ Ἀθήναιοι, ἢ ἐς ϯ κάκιον ἢ πλεῖν, ἠδὴ δῆθα ὅτις ὧν ναυκληρεῖ. ἢ τοὶ ἐκβρὶ ἐς ϯ ἀκτὰς. ἐν κακῷ ϯ πλοίου ἀκεσάμενοῖσιν, ἢ τὸν ἀκολουθοῦντα τὸ κυβέρνιον. Ex quo nos ille faſcinum metuentium dimanavit, qui propterea amabant ἐς κάκιον πλεῖν. ut invidiam oculi deprecarentur venenoſi: quem nimia inſolentia provocabat: de quo more, *Omnia jam vulgata*, ut primus poëtarum ait. Verſus Callimachi, quem critici veteres huc trahunt, ita legendus eſt, ut edidimus.

Δαίμων, ὃς κάκιστος ἐπιπλύνει γυναῖκας.

non τί. Dubium non eſt, quin ex Hymno Callimachi ὡς Ἐκάτῃ deſumptus ſit ille locus: nam & hunc ſcripſiſſe inter reliquos eum poëtam nulli dubitamus. Sequitur:

Ταῦτα γὰρ ἀ χρεία μι Κοττυτοῖς ἐξέπλαξεν.

In quo id quod præcipuum erat non aſſecuti ſunt veteres interpretes. Dicitur,

tur, χαῖα κοττυζεῖς, ſicut ſupra χαῖα κοττυμαντίς. pro quo antea inepte legebatur, Ἀχαιὸ Corinthiis, qui Dorum ἄποικοι ſunt, κοττὶς, eſt. ἡ κεφαλή. Unde apud eoſdem περικοττὰ tonſuræ genus erat, de quo Pollux. quas voces, ut & multas alias, à Corinthiis retinuerunt Dores. A Cottis unius elementi eliſione fit Cotys: apud Corinthios, teſtibus veteribus, effœminatorum, eorumque qui nimio cultu virum ſibi quærebant. ut ille aiebat. Deus vel Dea. in Suidæ collectaneis locus integer ex Syneſio ſine ullo judicio conſarcinatus legitur, prætermiſſa ipſa voce quam ex Syneſio interpretari debebat. Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ὑφ' ὧν καὶ τὴν αἰσχρὰν ὄψιν οἱ Καλλίνικος καὶ Τίμαρχος. καὶ πάντες οἱ περὶ ἀργίαν καὶ ἄβρα διατιθέμενοι, καὶ οἱ μὴ περὶ ἀργίαν δὲ, ἀλλὰ περὶ ἄλλό τι, καὶ οἱ μὴ περὶ μαθητὰς, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπαξ οἱ δειλοβίαι τεχνῶν πλάται πάντες εἰσί. Verba quidem Syneſii ſunt, ſed in quibus tamen, quod præcipuum erat, vox Κότυς prætermittitur. Accuratiſſimi illius & ſuperſtitioſi Atticiſtæ verba ſunt in Φαλάκρας ἐγκωμίῳ. ἴσιεν δὲ ὅτι τε καὶ χίβδις ἐστὶ, τὴν τῆ Ἀλέξανδρον ὑμῖν ἀναδιδάξαντος, ὧν οἱ Καλλίνικος καὶ Τίμαρχος, καὶ πάντες οἱ περὶ ἀργίαν καὶ ἄβρα διατιθέμενοι, καὶ οἱ μὴ περὶ ἀργίαν δὲ, ἀλλὰ περὶ ἄλλό τι, καὶ οἱ μὴ περὶ μαθητὰς, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν, καθάπαξ οἱ δειλοβίαι τεχνῶν πλάται πάντες εἰσί. Quæ omnia inſtituto Grammatici illius ſervire non poterant. Sed ſequitur: ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ὄντα τοῦτο ἴσασι καὶ ὧν πιεῖν νομίζουσι, οὐ ῥᾴδιον μέντοι τὸ σῆμα τῆ γόητι ἐκμηχανήσασθαι· ὅστις δὲ λάθρᾳ μὲν ἐπὶ πανδοκὲῖ, δημοσίᾳ δὲ οὐδ' ἐξαμίσησεν, καὶ ὑδὼν ἄλλο παρέχεσθαι γοάσμασι τὸ διατάττειν οἶδε Κότυν. Hujus Dei, ſive Deæ, quam etiam Κοττυλὼ dicebant, ſacra, ſicut ea quæ Tauropolia vocabantur, incantationibus conſtabant, τὰ Κοττύλια nimirum, teſte Athenæo: apud quem propterea θαυμάσιος dicitur venefica, ſicut Theocrito κοττυζεῖς. Grammatiſtæ quicquid non intelligunt ſtatim κίβδηλον eſſe volunt, & nomen proprium: qua ratione ſemper evadere poſſunt. In Græcis epigrammatis tit. Εἰς χαῖας lib. 2. fallitur qui aliter ſumit.

Ἡ πολιὴ κερτάφοισι κοττυζεῖς, ἡ πολύμυθος
Γραῦς, δι' ὃν Νίσων οὐκ ἔτι πρωϊζύγιος.
Ἡ φάος ἀθρήσασ' ἐλάχιστα πάλιν, ἡ χθὲς λαιῇ
Τῆρας ἀριθμηθεῖσ' ἐνίοτερον ἀρκαμίῃ,
Ζωὴ καὶ λύσσητα, καὶ ἀρτίκορε, καὶ τιτίμβη,
Ὡς τί μοι ἐνὶ ζάλῃ μὴ τι φίλον δίδυε.

*Cana cornam, nimiſque odioſa veneficа vetulis,*
*Neſtura quæ ſenio jam ſuperavit annos,*
*Quæque dies cervo plures deduxit, & avum*
*Inſtituit lava bis numerare manu,*
*Vivit adhuc, cui ſponſa, valens oculuſque pedeſque,*
*Ut dubium Stygium non ſupereſſe Deum.*

At quam valide ſcholiaſtes nugatur, ὥσπερ τῷ κόττι, καὶ † Κοττῖδι, qui nomen id proprium eſſe exiſtimat: quem ſecuti ſunt reliqui interpretes Latini. qui tamen meminiſſe debebant artes magicas veneficæ Canidiæ, ab Horatio Cotyttia dici.

*Inultus ut tu riſeris Cotyttia*
*Vulgare ſacrum liberi Cupidinis,*

Nihil aliud eſt κοττυζεῖς, quem ἡ φαρμακὶς τρέα. ἡ ἐκβάλλουσα. ut dixi, χαῖα κοττυζεῖς, ſicut ſupra, χαῖα κοττυμαντίς. Quid vero planius?

## CAP. XII.

*Quædam in principio ſeptimi idyllii animadverſa.* ὄρνεον ἰὸς † Αλκυὼν. *Siculorum loquendi ratio.* ἀμῶν παῖ Ἰαπυκόωντι, νομεύων ἐπ' Αἰσάρεῖο *& ſimilia.* ἡ πόλις. *Scena hujus Dramatis, & de ea diſputatum. Grammatiſtarum errores toto idyllio perpetui. Locus Theocriti qui aliter ſcribendus videtur.* Καλὸν ὑδὰ μονία. *de ea adagio.* Βέεται. *Alia. Simichidas.* Πάεις, ὁ Θύρκειτος. κορυδαλίδος ὀπταμένοιο, κρυπτίων ὑπογραφὰ *elegans & urbana.* κρυπτίαι *& κρυπτία.* διφύτομαι. ὄρνις *& ἀοιδὸς.* ὄρνις ὠδὴ. *ales carminis.*

*minis. de eodem Theocriti locus illuſtratus.*

HActenus in Sicilia cum antiquo Cyclope ſuaviter egimus, nunc in Co proficiſcimur, ubi nos Theocritus noſter, ὧδέ τῃ τὰν ἐπιδαμίαν, ut loquuntur de hoc idyllio critici, lauta adventitia excipit. Cujus fercula toto idyllio, tanquam δαῖτες, apponuntur. Eorum fidem nobis in ipſo limine ſtatim illud facit:

--- ἐς τὰ Ἀλικὸν
Ἐρχόμεθ' ἐκ πόλιος.

cujus condimenti delicias cum non guſtaret Græcus interpres merito id præterire potuit, aut faſtidioſo ſtomacho non concoquere. Nota omnibus ſunt quæ de voce Ἀλικὸν primo diſputat, in quibus, ut probet eſſe δῆμον τῆς Κῶ quas non moleſtias ſubit? De quo quidem nos paulo poſt pluribus. Dicitur hoc loco ἔρχεσθαι ἐς Ἀλικὸν, ſicut ſupra, ἄγειν ἐπ' Ἀλφεὸν. ubi Ægon paſtor, qui ad Olympiam profectus erat, quam Alpheus præterlabitur. ratione familiariter Doribus uſitata, dicebatur, ἐπ' Ἀλφεὸν iviſſe. Sicut hic qui extra urbem deambulabant, ubi Haleus fluvius labebatur, dicuntur ἐς Ἀλικὸν. vel ἐς Ἀλίαν procedere. Dores in locorum deſignationibus nil præter fluvios nominant. Talia ſunt toto hoc opere infinita propemodum. Tale eſt de quo idyllio primo diſputavimus, ὕμμιν ἐν' Ἰμέρᾳ. &c. πυμνὸν ποτ' Ἀσάκῳ, & νομεὺν ἐπ' Ἀτάργᾳ, & ἀμᾶς ποτ' Ἰπποκόωντι Cujus rei rationem non diſpexerunt apud Maronem interpretes, qui Siculum loquendi genus imitatus, eos qui in Olympia certabant, contentus fuit ab Alpheo fluvio deſignare.

*Cuncta mihi Alpheum linquens lucoſque Molorchi.*
*Curſibus & crudo decertet Græcia caſtu.*

Nec aliunde venuſtatem ſuam traxit illud laſcivum, illud divinum, illud quovis melle dulcius: quod paulo poſt in hoc idyllio habebimus:

Ὑμμὶν δ' Ὑετίδος τε καὶ Βυβλίδος ἄλσεα λιπόντες
Νᾶμα, τὸ Κισσήεντος ἔβα ποτὶ Δίωνας.

Ubi Amorculos & minutos Veneris puſiones poëta jubet linquere Hyetidis & Byblidis aquas. ſicut Virgilius τὰς ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνίζοντας, Alpheum. Et illud. hoc eodem idyllio:

Εἶπε δ' Ἡλιάδαι μὲν ἐν ὕμνοι χείματι μίσγω.
Ἐξέρχ' καὶ πολίων τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτω.

& illud in deſcriptione lugentis καὶ πανθυμίης τοῦ Διάφιλος.

Ἰμέρῳ οὔτι φύτλι παρ' ὄχθασιν πολιαιῖς.

Dictum eſt non aliter ὁρμᾶσθαι ἐπὶ τὰ Ἀλικὸν, quam illud, Ἐξέρχ' καὶ πολίων τετραμμένος. Nam ita integer tractus deſignatur qui extra Syracuſas eſt. Quæ res non percepta quantæ ἀβελτερίας cauſa fuerit, in quam ſe præcipitarunt ſcholiaſtæ, continuo apparebit. fruſtra enim laboramus niſi hoc ſciamus quam Theocritus τὰ πόλιος vocet. Quod ſi intelligamus ſciemus & illud, in quo toto idyllio ſcholiaſtæ nugantur, ubi collocanda ſit ſcena Dramatis. Nam Græci, qui illa perperam videntur cepiſſe, aut negligenter inſpexiſſe quæ in argumento dicuntur, conſtituunt totum ἐν Κῶ. Itaque lepide & venuſte omnes locos quotquot hoc idyllio occurrunt, quamvis in media Sicilia ſint, in Co locant. quæ ἀπὸ σφυρίδος perpetua eſt. Sicut ἡ πόλις Siculis eſt Sicilia, τὸ ἄστυ Athenæ: ita ἡ πόλις Syracuſæ. Si qui hic aliam urbem commenti ſunt, nihil ſe indignum fecerunt. Propterea quæ de Halente notarunt, ſicut reliqua omnia quæ de locis propriis quorum in hoc idyllio ſit mentio, putida ſunt, inepta, & ex ignorantia nata. Non eſt alius Haleus ab eo fluvio qui idyllio 5. commemoratur:

Ἐνθὰν τὰν κυκλάδεσσιν ὕδωρ τὸν ἐς τὰ Ἀλικὸν.

Εἰς τὰ Ἀλικὸν deambulare dicitur ἐκ πόλιος, qui relictis Syracuſis per agrum Siculum iter ſuſcipit. Iſacius Tzetzes, Halenta in Colophone conſtituit: aut potius Alentam: qui notat Ἀλίαν apud Lycophronem εἶναι τὴν Ἀλίαν. Δωριεῖς δὲ λέγω. Sed viderit. Nos hoc melius in eo quod ſequitur.

--αἴνει γὰρ ἰδοῦσα
Χαλὸν τὸν ἐν' ἀνδρῶν.

Quicquid nobis perſuadent de voce καλὸς

Græci interpretes, & viri doctiſſimi, qui accuratiſſime de ea notarunt, exiſtimo ſcripſiſſe Theocritum, Κώων τῶν ἴτ' ἀνοδίων, non χαῶν. Primo enim cum hæc ſcripſit, in Co profectus fuiſſe notatur: & vetus argumentum, quod præfixum eſt, notat ſcriptum hoc poëmatium ex occaſione † ἐν Κῷ ἐπιδημίσαντα, ubi innotuit duobus illis quos hic commendat. Dubium præterea non eſt, quin parœmiam aliquam ſuo more reſpiciat: erat autem tum temporis in ore omnium ea, qua hujus inſulæ feracitas, hominumque benignitas, τῇ ἀετείᾳ ἢ κακομοιχείᾳ Ægyptiorum, & ſterilitati opponebatur: ὃν ἡ Σφὶγξ Κῶς, ἐκείνων δὲ Αἴγυπτος. Itaque diu in hac inſula ſoli Deis πάντα vivere dicti ſunt. Unde illud Dioxenis de hac ipſa:

— Θεὸς γὰρ φαινὸ' ἐν τάνδε γίγη.

Qua de re plura ſciremus, ſi Pindari hymni extarent, in quo libro multa ille de pugna Herculis contra Meropes, hujus inſulæ incolas, ut ex Fabio colligimus, commemorabat. Præterea non poſſum ſcire, unde Grammaticus, qui argumentum ſcripſit, duos hoſce fratres Coos fuiſſe ſtire potuerit, quam ſi ita legatur. Sed non putarunt melius ſecum agi poſſe ignavi homines, qui ſocum nobis fecerunt, ut ambitioſi eſſe poſſent, quam ſi apud Theocritum nos docerent quid ſit χαῶν. Nam quod in ſuis παρεκβολαῖς & excerptis obſervarant, aliter accommodare non potuiſſent: quo morbo ſemper laborant Græci. Itaque tanti fuit novam lectionem ſubſtituere, ut unicam gloſſam lucrarentur. Quod ſæpius multo quam vellemus in his ſcholaſticorum colluvianeis factum videtur: quibus omnibus minus opus fuit, quam emendato Theocrito. Scimus quidem probam eam vocem eſſe, ſed hac ratione poſſum omnes voces quæ probæ ſunt & minus uſitatæ, unum in locum congerere. Mihi videtur nihil ſimplicius eſſe, quam ſi Κώων legamus. Poëta ut duos hos fratres commendet, ait eos obtinere antiquum τῶν Κώων, quorum mores, & felicitas in parœmiam abierant, ut qui Deorum ſilii haberentur. Non poſſum quin ſtatim poſtea veram lectionem eſſe arbitrer Βύρινας aut Βύρηνας, non Βύρινα: præſertim cum utroque modo ſcriptum ſe reperiſſe homo Græcus teſtetur. Accedit Euſtathii ad Periegeten autoritas, qui ut in hanc partem inclinem facile impetrat. Ἔχει δὲ ἡ πόλις Βόρκεια καὶ μετὰ τοῦ ι, ὡς ἡ Δυκόφρων ἱστορεῖ, ὡς ἂν εἴποι τις Βυκίφρατον. καὶδὲ ἡ πηγὴ τις παρὰ Θουκυδίδῃ Βόρκα Ἰβηρική, ὅθεν μοι παροιμιάζεται. Euſtathius videlicet nondum ſubtiles illos Geographos legerat, qui Burinam ſicut omnes fluvios & locos qui in hoc idyllio occurrunt, in Co locant. Itaque ſi aut Scaldis, aut Honta, aut Rhenus hic fuiſſent, continuo ſapiens aliquis Grammaticus eos ἐν † Κῷ tranſtuliſſet. Sciat hoc ſemel lector: ſcenam hujus idyllii non ἐπὶ † Κῷ κεῖσθαι, ſed ἐπὶ Ἰβηλίας, in Italia dico, & Sicilia. Quicquid enim repræſentatur antequam ad Co perveniatur abſolvitur, ac, prius quam iter poëtæ, terminatur idyllii κατάστασις. Verſus Philetæ qui de Burina adducebatur, ita conceptus erat:

Δάτιν δ' ἐν πεγέτῃσι πολυμνήϊον Βυρίνην

nos reſcripſimus:

Νάϊαν δ' ἐν πεγέτῃσι μιλαμνήϊον Βυρίνην,

atque ita edi juſſimus. Malim paulo inferius ſcribere: ἰὼν πάντα ἄλσεα ὕφαινε: quod Latini poëtæ dicunt, *ſylvam texere*. Virgilius, *intexere umbras. intexit fontibus umbras Paſtores*: Græci poëtæ dicerent,

— ὑφαίνει σκιμποὶς ἄλσος
Κρηναίων ὑδάτεσσιν.

nam *umbra* pro ipſis arboribus & nemore, ut apud Græcos σκιὰ, uſitatum eſt. quæ de altera voce notant magni viri, puto veriora eſſe quam huic loco convenientiora. Homerica parodia eſt, cum dicitur,

— ὑδὶ κέ τίς μιν
Ηγησίπτυλον ἴδῃσι.

Scripſerat enim ille,

— ὑδὶ μιν Ηρη
Ηγησίπτυλον ἴδῃσι.

Nimium ſe excruciant Grammatici cum inquirunt ſubtilius quis hic Simichides dicatur. Mirum eſt argutis illis doctoribus in mentem non veniſſe loci Theocritici, ubi ſibi hoc nomen poëta vindicat. Is eſt in Syringe:

Ω τὰν τυφλὰν μοῦσαν λεγέτω
Πᾶμμα Πάϊος ἤντα Σιμιχίδας
Τυχέν.

Ubi

Ubi Simichidam & Theocritum eundem eſſe fatetur, ſed occulte & ſchemate ſuo, de quo mox ſub finem hujus capitis. Paris & Θιλκρίτος idem ſunt: fuit enim Theocritus Paris, hoc eſt, Ἰδὴ κρινῶν, cum de forma trium Dearum judicaret. Itaque metaleptice vox Paridis pro Theocrito ſumitur. Hoc eſt quod notabat Pediaſimus ibidem: ὁ Πάρις, ἤγουν ὁ Θιλκρίτος κατὰ μετάληψιν, διὰ τὸ ἦν ὁ Πριαμίδης Πάρις κρίνας τὰς τρεῖς Θεὰς περὶ τοῦ μήλου, ἢ ὁ ἰδυλλιος. Itaque hac in parte ſecuram eſſe jubemus Grammaticorum induſtriam, quos hæc res valde torſit, & ſollicitos habuit. Scholiaſtes, homo leporis Græcanici, ſæpe nobis ridendi copiam facit, ne videlicet laboris ſuſcepti nos pœniteat, quotieſcunque nobis fabellas ſuas propinat. Cum κορυδαλίδας ἐπιτυμβίδιον dicuntur, nimis vulgare homini Græco viſum fuiſſet, ſi nihil amplius dixiſſet quam quod verum erat. Aliam gloſſam commentus eſt. ἐπιτυμβίδιον, inquit, οὐ διὰ τῆς κεφαλῆς ἢ τύμβου φύσιν τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Cauſam ne quis ignoret, novo nos demeretur beneficio, & hiſtoriolam interpretationi ſuæ plane ſimilem attexit. Si cui interea otium eſt, aſſem paret. Fuiſſe ait ante terram hanc avem: ubi cum degeret (nam locum dare non poſſumus) ut nihil in rebus humanis perpetuum eſt, obiiſſe ejus patrem, cumque terram fruſtra requireret, in qua ſepeliret eum, nec reperiret tamen, eandem in capite ſuo ſepeliiſſe. Atque hinc ἐπιτυμβίδιον dictam eſſe. Miſeram aviculam, ſed miſeriores ſcriptores, qui his chartas replent. Nec dubium quin ſingulari commiſeratione Græculus ille infeliciſſimi animalculi pietatem proſequeretur, dum hæc narraret. Sed optima illa corydalis ſaltem ſi ſepulchro indigebat, ante terram conditam, cur non quærebat ideam Græci Grammatici, in cujus capite, quia cerebro caret, facillime ſepeliri potuiſſet. Eam fabellam quam ſerio applicat, è Comico hauſit, qui, ut ſolet, χαριεντιζόμενος, in rebus humanis τοῦ κορυδοῦ ἢ πρωϊγονίαν tribuit hac fabella, quam, ne à more ſuo recedat, Æſopo aſcribit, non quod, ut ego exiſtimo, tale quicquam ab eo fabulatore traditum eſſet, ſed falſe κωμῳδοῦσι ἢ ἀπόφθεγμα, quia Αἰσώπειοι μῦθοι illi dicebantur, in quibus ſolis brutis partes dabantur, ut docent progymnaſtæ ſcholaſtici. Lepidiſſimus locus in Avibus eſt:

Ἀμεθὲς γάρ ἐστι καὶ πολυσχόλιον τὸ γένος Αἰσωπικὸν πανταχῆ,
Ὅς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρῶτον ὄρνιθα γενέσθαι,
Πρεσβύτερον ἢ γῆν. κἀπεὶ ἔδει τὸν ἢ πατρὶ αὐτῆς ἀποθανόντι.
Γῆν σ' οὐκ ἔχω· ἢ δὲ πεφυκυῖ' ἐπιμελῶς τὸν δ' ἀπορῆσαι
Τὸ σῶμα κρύψαι, ἢ πατρὶ αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ καθορύξαι.

Optime ibi adnotat Græcus interpres: φαίνεται δὲ ἐκ ἐμοῦ τοῦτο ἄπαξ λεγόμενον ἀπαιδεύτως. Ac propterea ſimilem fabulam conſcripſit Comicus ἐκ γέλωτος: cujus, aut ego fallor, aut nemo facile πεφιμώδιον aut ἐπιμώδιον inveniret. Luſit præterea ille in voce κεφαλῇ, quam ſcimus populum fuiſſe Athenienſem. Quod ſi Grammatici exorari non poſſunt, quin omnia, quæ alibi reppererunt, quamvis longe alia ratione dicantur, è ſuis pugillaribus depromant, potuiſſet multo prudentius hanc fabellam ad ipſam vocem κορυδῷ referre. Feſtiviſſimum eſt quod in Theocrito ſequitur, ſed alio modo:

Ἦ μετὰ δᾶτα κλαγὶς ἐκπύγαιος; ἢ τίνος ἄτερ
Λαγὼς ἐκπιδρύσεις; ὡς τοῦ πυρὶ ἁμαμένου
Πᾶτα κόπις πεζόντα καὶ ἀμπελίδεσσιν ἀνίκ.

Quæ verba nihil præ ſe ferunt quam exactiſſimam ὑποτυπωσιν τῶν κρηπίδων, quibus agreſtes utebantur. Erant autem κρηπῖδες & κρηπίδια peculiariter Bœotorum, qui ejuſmodi calceis oleas & uvas calcabant. Ex quo Lycidas urbaniſſimum ſcomma deduxit, qui, occurrente in via cum ejuſmodi Simichida, quærit, an à torculari redeat? Heſychius: τὰ ξύλινα σανδάλια κρηπῖδα λέγουσι, ἢ ὑποδήματα ξύλινα, μεθ' ὧν τὰς ἀμπέλους πατοῦσι. Euſtathius ex Pauſania ad Iliados IV. Pollux & alii, qui Bœotos ab his peculiariter κρηπιδοφόρους dictos fuiſſe notant. In poſtremo verſiculo, & penultimi parte, eadem κρηπῖδια occulte ἐνυπαγόμενα, taciteque alluduntur: ſed ἐκμαιευόμενος & ex poëtæ noſtri ratione, de qua ſuo loco, plura dicturi ſumus. quod doctos facile præterlabi potuit, quia Theocritica nocte involuta eſt vox quæ huc facit. Eſt autem τὸ ἀνίδρι, quo poëta metaleptice ἀντὶ τῷ κρίῳ uſus eſt. Κρίθη & ἀνίδρι unum & idem ſæpe eſt (unde τὸ κρίμαλλον) ſed κρίθη eſt τὸ κοινὸν, ergo & ἀνίδρι pro eo ponitur. Fruſtra eſſemus, niſi

niſi tam ſedulo monuiſſent veteres, ſine his Theocritum non dextre intelligi, qui præire tamen in ejus inveſtigatione, præterquam in uno & altero exemplo, noluerunt. Quærunt viri incomparabiles cap. 23. Theocriticarum ſuarum Lectionum quæ ſint ea quæ Grammatici τὸ σχῆμα τῦ Θεοκρίτυ vocant; ac potiſſimum Euſtathius, cum ſcripſit: Ἰσέον ὅτι περὶ Ἀπολλωνίου Δηλίῳ ὕμνῳ γεγραφὸτος ὁ Διδυμος τῇ τέτου ἐξηγήσει ἐφιλοτιμήσατο ἐκθεῖναι τὸ τῦ Θεοκρίτυ σχῆμα περὶ ἐρίφου γενόμενον πάντῃ δὲ μὴ. ἀμυνέσθω ὕδωρ Ἀμφὶς ἔχει μήτηρ δ' ἐσ' ἀδελφεὸς πάλιν ἄγων ὁ τῇ Διδύμῳ ἐγκαλέσθω, μητέρα δ' ἔχω Λητὼ ἡ πᾶσιν τῦ Κύνθ ἐς ὁμότυμος ἐσι τοῦ πατρὸς Μακεδόνι καίτοι, τυτέσι τοῦ ἀδελφοῦ. Nobis dubium non eſt quin intelligat ſchema, quod nos ubique Theocriticum dicimus, quod revera eſt αἰνιγματῶδες, de quo ad Polyphemum agimus. Scribo aliquot ab his verſibus:

Τάῦρε, ἔρα' κορύτας δωρίσσομαι,

non δωρίσσομαι. quod Doricum eſſe ſcimus, beneficio τῦ τεχνικῦ, qui hoc obſervarunt. Non exiſtimamus, ut quod res eſt dicamus, viros doctos recte intellexiſſe verſus illos:

Καὶ μοῖσαν ὄρτυγος, ὅτου πτερὸν χθὼν ἀοιδὸν
Ἀρτίᾳ κεκλύζοντες, ἰσάσια μοχθίζοντι.

quibus nunquam in mentem venit, tria illa eodem ſpectare, ὄρτυγος, ἀοιδὸν, & κεκλύζω. Ac primo hoc ſciat lector, Theocrito idem eſſe ὄρτυξ, & vocem ἀοιδὸς. Utrumque illi deſignat τὸ ἀλεκτρύονα, avemque lucis prænunciam, quæ cantu ſuo noctem dividit. Ησύχιος:

Ορθιος τρίτον ὄρτυ τὸ ἕωθεν ὄρθρου ἄειδον.

Eundem, ut planius ſit quod dicimus, ἀοιδὸν vocat alibi.

Νύμφαι κάμμες ἰς ὕδρην, ἴστι καὶ πρῆτος ἀοιδὸς
Ἐξ οὐδὲς κιναδίσῃ ἀπαχθὲν νῦτερον ἁμέρι.

Ορτυξ igitur & ἀοιδὸς idem ſunt, de eadem ave, ſicut Latinis, *alex* & *cantor*:

*Excubitorque diem cantu prædixerat alex.*

Ορτυξ quare dicatur, obſcurum non eſt: quare ἀοιδὸς non multo magis. Euſtathius: ἴστι ἀλεκτρύονα φιλὸς φαμὲν, *galli proprie*, inquit, ὄρτυγα dicuntur. Unde antiqui noctis tempus in φιλὸς ἀλεκτρύονα dividebant. Long. Παμ. ἀλλὰ πῶρ καίσασθε μίγα, πρὶ φιλὸς ἀλεκτρύονα. οἱ μὲν νῦν ἔγρηγορε, οἱ δὲ αἰγὸν τρίχας ἔπλεκον. Ne quis dubitet accedit tertium, vox κεκλύζω, quam illi avi propriam eſſe ſciunt pueri. Proprium autem & hoc eſt gallorum, ut inter ſe quotidie cantu certent, ita ut præcedente altero, alter ſequatur. Vide quam longe à venuſtate hujus verſus abfuerint interpretes. Lepor mirus in eo eſt: ac ſi dicat: *Fruſtra eſt gallus Muſarum, quicunque Chium illum gallum excitu laceſſit.* vel, *qui Chio illi gallo obſtrepit.* ut Propertius de iiſdem dixit, qui locus hunc plane illuſtrat:

*Et matutinis obſtrepit alitibus.*

Qui non videt quam venuſte poëtæ dicantur *Muſarum alites*, ὄρνιγα ἀλεκτρύονα, plane à Muſis alienus eſt, nec illum Horatii locum percipit; quem fruſtra attigerunt docti homines:

*Scriberis Vario fortis, & hoſtium*
*Victor, Maonii carminis alite.*

Vocat Varium *alitem Maonii carminis*, non aliter quam Theocritus ὄρνιχας μουσᾶν, τὰς πυκτίδας. Χθὼ ἀοιδὸς, eſt, ὁ Χθὼ ἀλεκτρύων. *Maonii carminis alex* dictum eſt. ſicut ὄρνις ἀδῆς ab Æſchylo Cabiris. Ορνιθα δ' ἢ πυκά σε ἰμὰς ἀδῆ. *alitem non faceo te mei ſtineris.* ὄρνις eſt ἀλεκτρύων: & propterea. ὁ ἀγράμων. ὄρνις ἀδῆς, *alex via*, ὄρνις ἀοιδὸν, *alex carminum*, qualis Varius; dux videlicet. Nihil ſuavius aut urbanius, quam ita vocare poëtarum omnium principem.

## CAP. XIII.

*Loci aliquot interpretum partim emendati, partim expenſi in eodem idyllio ſeptimo. de inſcriptione idyllii diſputatum. Locus Theocriti emendatus, è quo inſcriptio dependet. Amaranthi inſcriptio.* Λυκίδας ἢ Θαλύσια.

λύσια. Οδοιπορία. ἐδοιπόρουν. ὥρην. ὥρᾳ. ὥρα. ὥρα ἔτους. ἔτος ὥριον. ναῦται παρ' ὥραν. μὴ ὥραιον ἴκοιτο. Παροδεύσια. devexus Orion. *Negligentia interpretum. Coronæ ex anetho.* αὐλὸς, πῦρ, πότος. μιμνήσθαι τὸ ὀπτημιζειν. ἐς τέγος. *Theocriti locus tentatus.*

PArum adhuc in hoc idyllio promovimus præ iis quæ reſtant; ſed uno & altero loco in principio neglecti ſunt interpretes: quos prius abſolvamus. Quid ſibi voluit criticus ille, qui notavit ad tertium verſum hujus idyllii, ἢ φερτίδαμος. Ἔτος ὁ ϛ΄ πιεμένος? Certe aut ineptit magiſter ille aut corruptus eſt. nam ubi hoc dixit Theocritus: ἢ φερτίδαμος? Nuſquam opinor: nam gloſſa quæ notat ϛ΄ πιεμένος τῦ ϛ΄ alium locum reſpicit. Scribe: σὺν ϛ΄ τείτῳ ἄμμι Αμύντας. Ἔτος ὁ ϛ΄ πιεμένος. Ubi verum fortaſſe erit: quia ſatis fuerat dixiſſe, σὺν δ' ἄμμι τείτος Αμύντας: quamvis meo judicio parum differat. Sed non agimus Grammaticorum cauſam, quam illis relinquimus. Verſus Philetæ, qui in Βίεννα legebatur, ſupra emendatus eſt. Non eſt prætermittenda nota illa quam interpretum aliquis illis Theocriti verbis appoſuit: καὶ μ' ἀτρίμας ὄντ' ἐπαμᾶς. ὑκίτι δ' ἀκχρῶν τῇ λέξει. Videtur, quicunque eſt ille, obſervaſſe τὸ ἐπαμᾶς eſſe vocem μετάφρ. & quæ in hoc ſcriptore ſemel tantum occurrit. Quod ſi verum eſſet, & ab antiquo Grammatico notatum, qui aliam hujus poëtæ ἔκδοσιν tractavit, non eſſet Theocriti illud idyllium, in quo legitur,

— καὶ τι ἐπαμᾶς,
Καὶ ἐπλαᾶς μ' ὑγίακον.

nimirum βυκολίασμ.: quod nos ſupra judicabamus. Flagrum Theocrito minatus eſt aliquis literator è plebe, qui verſum illum legit, in quo dicitur,

— τάχ' ὄπιεσε ἄλλο ἰκανῶ.

Sed mentem ejus non perficiunt illa verba quæ nunc extant: ἡμαρτημένον δ' ἐξηύρηκα τι, ὄπιεσε· ἔπιεσε γὰρ ἄλλο. ἐκ πλάσιον. Aliquid dixiſſet, ſi ſcriptum eſſet: ἡμαρτημένον δ' ἐξηύρηκα τι, ἄλλο· ἔπιεσε γὰρ ἐκ δυοῖν, ἄλλο ἐκ πλάσιον. Attigerunt & hoc viri docti: ſed ſic malim. Cum Theocritus ſcripſit πεπλασμένον ἐκ Διὸς ὄρφνα, Græcanicum eſt & nugatorium quod legitur: τὸ δ' ἐκ Διὸς, ὅτι ἀφανὴς ἐκεῖ ὁ Ζεύς. Græci poëtæ millies Jovis nomen tantum ἐπ' ὠφελείᾳ uſurpant, πλασταξίλογον. Vide quæ nuper feſtinanter ad Heſiodi Ἡμέρας notavimus, cum ait:

Αἶσα γὰρ ἡμέρῃσι τέλ' Διὸς πανὸς μετιόντος.

Ubi fallebantur viri docti, qui aliquos Jovis dies ab Heſiodo ſtatui putabant. Sed hæc minuta ſunt. Verſus Theocriti qui ante initium eſt illius Odæ, qua abeuntem Ageanacten proſequitur Lycidas:

Τῦτ' ἄ τι πρὸς ἐν ὄρῃ τὸ μαλόδρομον ἐξεπόνασα,

à doctioribus aut omnino non, aut levi manu tactus eſt. Nobis tanti momenti viſus eſt, ut niſi ſemel aliquid de eo ſtatuamus, ne quidem ipſam idyllii inſcriptionem, quæ ſive à poëta, ſive à veteribus præfixa eſt, nos capere fateamur. Itaque quod primo idyllio præſtitimus, ut præcipuam vocem Theocrito redderemus, circa quam totum verſabatur: idem hoc loco præſtabimus. Nam cur diſſimulem lectori ſcrupulum quem in animo noſtro relinquit inſcriptio, ΘΑΛΥΣΙΑ, Η ΟΔΟΙΠΟΡΙΑ ΕΑΡΙΝΗ? quæ duo, ſi aliquid judicamus, inter ſe pugnant. Scimus enim Θαλύσια non niſi ſub autumnum celebrata fuiſſe, ſicut Ἀλῶα Athenienſium. Quomodo poteſt igitur eſſe ἐαρινὴ ὁδοιπορία hoc iter, quod à poëta ſupra ὥρης Θαλυσιάδος vocatur, quo directe cum Eucrito & Amynta ſe conferebat? Et ne quis excipiat, plura fuiſſe Thalyſia, ipſe poëta infra occurrit, longa & luculenta deſcriptione commendans ϛ΄ ἐπαίνεσε. Ita ut omnis dubitandi anſa præcilà ſit. Neceſſe eſt igitur, aut nimium temere, quiſquis eſt inſcriptionis autor, credulitate hominum abuti voluerit, aut aliud eſſe, quod nos fugiat. Sed nos, ut diximus, nodum eum ex hoc loco ſolvemus, qui ita apud Euſtathium legitur, quem vidimus etiam à viris doctis ἐπὶ πάρεργον obiter citari: ſed, cum non ſatis eum excuterent, ſuſpectum habuerunt. Τυῦτον δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ ὄρη φίλι, ἕ μαλόδρομον ὄρη ἐξεπόνασα. τυτέστιν ὑφ'

ἔαρ τὸ μῆλον ἢ καὶ ὥρας ἑστιατόριον. Existimaram primo legendum esse in Eustathio; ὥρα φησὶ ὁ μανύθριος ὥρα ἐξενίσασα: τυτίσιν ὥρα τὸ μῆλον. ὃ καὶ ὥραν ἑστιατόριον. Moviſſe enim Grammaticum vocem ἑστιατὸν exiſtimaram, ac propterea legiſſe apud poëtam noſtrum, ὥρη, ἄγγυ σὺν φερτίλῃ. ἢ ἑστιατείῃ. Nunc vero nihil muto, ſed lego in Euſtathio ut ſcriptum eſt. In Theocrito vero pro ἐν ὅρῃ, ὥρῃ repono. Τῷ ὅτι πρὸν ὥρη. Nunc quomodo intelligendus ſit poëtæ locus, ſi ita legimus. Carmen quod Ageanacti ſcripſerat Lycidas, hujus idyllii pars præcipua eſt, non aliter quam in primo cantio Thyrſidis Sicut in ea Daphnis & dolor ejus; ſic hic Ageanax & ejus navigatio. Sicut illud inſcribebatur THYRSIS, ſic hoc à nonnullis LYCIDAS. In Amaranthi enim veteres Grammatici, qui in hunc poëtam commentatus erat, ἐπιθέτοις ita inſcribebatur: ΛΥΚΙΔΑΣ ἢ ΘΑΛΥΣΙΑ, ut ex authore diſcimus Etymologiarum; qui non aliam agnoviſſe videtur. Quid ergo de altera illa dicemus, quam nihilo minus antiquam arbitramur? Ejus rationem reddet hic verſus quem in manu habemus, cum eum ut legendum diximus interpretabimur. A navigatione Ageanactis in ſcriptum eſt ipſum idyllium. Οδυσσεία eſt ὁ πλοῦς. Apud poëtam Telemachus ἐδυσσεύσατο nautis perſolvit, quibus in navigatione uſus erat. Gloſſæ in poëtam: ἐδυσσάμην, τὸ ἐπὶ τῇ πλοῦτῳ βίωσιν, ἢ ἀμοιβήν. Eſt igitur ἐδυσσεία, ὁ πλοῦς, navigatio. Navigationem fuiſſe veteribus duplicem notum eſt, ἐαρινὸν ἢ θερινὸν. quarum altera uſitatior, ſed minus tuta: altera tutior, ſed minus uſitata. quam Heſiodus longe præfert ubique, ut nocant veteres. ἀνιχνεύσας ὅτε κεν θέλωσιν. ΕΑΡΙΝΗ ΟΔΟΙΠΟΡΙΑ, eſt, verna Ageanactis navigatio. á qua inſcribi meruit hoc idyllion. In hanc amici ſui vernam navigationem ſcripſerat vernum carmen Lycidas, quod ſuaviſſima vota continet, quibus Ageanax ſtis abitum proſequitur. Hoc carmen ait à ſe ſcriptum fuiſſe πρὸν ὥρῃ. id eſt, *vere præcedente*, cum navigationem ſuſciperet Ageanax. Ὥρα eſt τὸ ἔαρ: nam & poëta modo ὥρα, modo ὥρη ἐαρινὴ dicit. Sic ὥρα ἔτους cum dicunt, ver, & interdum ætatem complectuntur. Heſychius ὥρα ἔτους, καιρὸς ἔτους, τὸ ἔαρ, ἢ τὸ θέρος. Infra ὥρια ἔτους in hoc ipſo carmine dicitur ver & ætas. nam ita ſumete malo quam ut interpretes. Ἔτος ὥρια eſt annus ſine hyeme & autumno, anni pars altera: ſicut infra cum apes dicuntur ἔτος ὥρια paviſſe Comatam. Ὥρα igitur totum navigandi tempus eſt: ſed hic de vere malo accipere. Ὥρῃσι πλεῖν, eſt, ὁ ἐαρινὸς: quamvis Heſiodus longe alio reſpectu τὸ θερινὸν πλοῦν ὡραῖον vocat: quia ſolum tutum eſſe exiſtimat. Illi qui nec vere navigabant, nec æſtate, παρὰ ὥραν dicebantur: qualis ille naufragus, in quem poëtæ noſtri extat epigramma:

Ἀνθρωπε ζωὴν περιφύσιο, μηδὲ παρ' ὥρῃ
Ναυτίλλου λίθε· ὡς ὁ πολὺς ἀνθρῴῃ βίος.

Iidem dicebantur, μὴ ὥρῃσι πλεῖν: nam ὥρα erant navigandi tempora. Comicus Lyſiſtrate:

Ἐκεῖνον δ' ὃ μὴ ὥρῃσι μὲν Δημὸς πεῖθε
Πλεῖν ἐς Σικελίαν· ἢ γυνὴ δ' ἐρεσχόμην
Αἰεὶ λέγουσα φεῦ.

Unde notiſſima Atticorum imprecatio: μὴ ὥρῃσιν ἔκοιμι· quod toties in illorum libris. Id ego à navigationibus deſumptum eſſe mihi perſuadeo. de quo cum integram nuper diſputationem inſtituerint magni viri, longeque diverſam rationem afferant, non potui non hoc notare, cum præſertim maxime omnium nos juvet locus Platonis, qui ab ipſis adducitur, ubi ſuadet philoſophus ille amico cuidam, ἢ ἐπιχειρεῖν τοῖς μείζοσι, ἀπόντας δ' ὡς ἐς ὥρας. Ὥρα autem tempora ſunt cum mare eſt πλεῖμον, ut Theophraſtus loquitur, ut Heſiodus, ἀμέλγειν: quod incipiebat eſſe circa prima Dionyſia Athenienſium: quo tempore Ageanactem profectum fuiſſe ſtatuamus; &, ut philoſophus loquitur, τῶν πλοίων. Illo tempore ſuum hoc περιτυμπανιστὴς ſcripſit Lycidas: qui optat illi, ὥρια πλεῖν γενέσθαι. Scribo itaque,

Τῷδ' ἅ, τι πρὸν ὥρῃ τὸ μανύθριον ἐξενίσασα.

Scripſerat vere carmen in vernam amici navigationem. Apparet jam non modo cur ὥρῃ legendum ſit, ſed etiam quid ſibi velit inſcriptio quam habemus: non aliter quam ſi quis primum idyllium inſcribat, ΠΑΘΟΣ ΔΑΦΝΙΔΟΣ. Pergamus jam in hoc ſuaviſſimo propemptico. In eo cum ſcribitur:

—ἀ Ωρίων ὅτ' ἐν' ὠκυπόδεσσι πόδας ἴχῃ,

tempus deſignatur quod nautæ veteres Πανδυσίαν dicebant, cum maxime infeſtatur mare: quo celeberrimus ille Horatii Architas naufragium erat paſſus, qui conqueritur:

*Me quoque devexi rapidus comes Orionis*
*Illyricis notus abſtulit undis.*

*Devexus Orion*, eſt, ἡ Πανδυσία, tempus illud cum poſt Orionem occidunt Pleiades. Itaque Heſiodus in navigationis præceptis ante omnia hoc excipit.

Εὖ τ' ἄρ Πληϊάδες Ἀτλήϊαι ὄψεμον Ὠρίωνος
Φεύγουσαι εἰς Ἠῶ τε καὶ ἠερόεσσαν ὀπωπήν,
Δὴ τότε καὶ θερίζειν ἀρήμονα θύεσθαι ἀρότην·
Καὶ τότε μαΐῃσι πῆας ἰχθὺ ἰδὲ οἶνον πίσυρον.

Sed ne hoc quidem tempus Ageſanacti nociturum eſſe Lycidas ait, ſiquidem ſuo animo morem gerat. Grammaticus aliquis notat paulo poſt: Ἀσκυτίλλας δὲ διάφορον, ἀλκυόνα καὶ κέρυλον, καὶ κερύλον· οἱ δὲ φασὶν, ὅτι τὰ ἄρρενα τούτων, κέρυλοι καλοῦνται Ubi hoc dixit Ariſtoteles, aut quis eſt ſubtilis adeo & acutus animalium diviſor, qui cornicem & halcyonem diſtinxit? Verba philoſophi ſunt lib. Hiſt. animal. 8. cap. 3. Περὶ δὲ τὴν θάλατταν, καὶ ἁλκυών, καὶ κέρυλος· καὶ οἱ κορῶναι δὲ νέμονται ἀκτὴμονα τῶν ἰχθυοτόκων ζώων. Scimus quidem intelligi avem quam ἀπαλὸν κορώνην vocat princeps poëtarum. Agit autem philoſophus de avibus illis quæ circa mare verſantur, aut potius, ut noſter loquitur, ἀφ' ἧς ἁλὸς ἄχνα. inter eas ait halcyones eſſe, & cerylos: ſed & fulices, aut quo nomine eas appelles, quas ibi κορώνας vocat, piſciculis è mari prodeuntibus inſidiari; hinc concluſit vir acutus, Ariſtotelem diſtinguere, halcyones, cerulos, & cornices. Non aliter quam ſi ego lupum & ovem utrumque in terra verſari dicerem: atque hinc aliquis inferret, diſtinguere me lupum & ovem. Male ſit illis lucifugis commentatoribus, qui nobis toties dant verba. Nos non aliter eos ulciſcemur, quam ſi ejuſmodi ineptias poſthac intactas prætermittamus: quatenus aut lectoris fieri ſine incommodo poteſt, aut inſtitutum noſtrum ferat. Sed eamus ad geniales Lycidæ epulas. Cum notat Græcus interpres: ἀδρὸν ἄνθος τὸ ἄνηθον. ἀκτήμονας δὲ ἰχθύος τροφὰς, ὡς Ἀλκαῖος, ἡ Σαπφώ. Locus quem intelligit Alcæi, eſt apud Dipnoſophiſtam, ſicut & Sapphus: inde petant ſtudioſi harum literarum. Anetho in coronis ſuis cur amantes uterentur ignorare non poteſt, qui meminit, in veteri diſciplina Atticorum liberis anetho interdictum fuiſſe, ſolis vero ſenibus permiſſum. propter ἀφροδίσιον ἰσχὺν ſicut & apium, ex quo perinde atque ex altero coronæ fiebant. Comicus Νηρ.

Οὐκ' ἂν ἰλίδιον ἀνετοῦν' ἐξῆν κεφάλαιον ἢ μαραθοῦν.
Οὐκ' ἂν ἄνηθον τὸν πρωτοτόκιον ἁρπάζειν, ὑπὸ σίσυρνα.

Sicut eadem ratione in coronis utebantur bulbo, gratificantes illi Dez, ἃ ἐπαγίσατε καὶ ἐβάλετε ἑρίοις. Sed ad cætera. Non ſcio quid ſibi velit Grammaticus quidam, qui cum de vino Pteleatico notat, ex Homero locum adducit περὶ Πτελέην ἐλαίην. Πτελέα γάρ, inquit, ἡ ἐρυθρὰ ἐκαλεῖτο· ἢ τόκος ἐν αὐτῇ ἢ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ὁμηρος· Πτελέην ἐλαίην. Nihil tale puto apud poëtam eſſe: ſed ſcribendum, ἢ Πτελεὸν καὶ Ελος. Locus eſt Iliad. β.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ελος, καὶ Δύσιον, ὕδατι πίειραν
Ἀρτέμιτα Θέμιδος τε Θρῄκια παῖδες ἀνδρῶν.

Antiqui ἰωχμῶντες, & genio ſuo dedita opera indulgentes tria ad voti conſummationem requirebant: IGNEM, POTUM, TIBIAM. Ex his Comicus deprompſit urbaniſſimum ſcomma in Megarenſes, cujus generis ea ſunt quæ in veteri comœdia παρὰ προσδοκίαν ἢ ὑπόνοιαν dicuntur: in quibus aliud poëtæ præter id quod expectabatur efferunt. Locus eſt Αχαρνεῦσι·

Δι. Πῶς ἔχετε; Με. Διαθρῦμμαι καὶ πυνθάνομαι πάλαι.

Perfundit eos melle Attico & eorum egeſtatem: expectarat enim auditor ut reſponderet, διαθρύπτομαι καὶ πυνθάνομαι πάλαι: illi reſpondent διαθρῦμμαι. Ille rurſus pergit ad tertium:

Δι. Ἀπὸ γὰρ τῆ δ' ἢ αὐλὸς παρῇ.

Non aliter quam ſi dictum fuiſſet διαθρύπτομαι: adjungitque tertiam voluptatis

partem, TIBIAM, poſt IGNEM & POTUM. In quo ſcommate ſummus eſt lepor. Tria hæc ſtudioſe obſervat noſter Lycidas. Primo, πὰρ πυρὶ κικλημένος. ſecundo, ϗ πίομαι μαλακὸς, tertio, αὐλησείδην δέ μοι. Pauperculi ex his tribus ſolum ignem ſibi reliquum habebant, tanquam cæterorum ſolatium: quem etiam Megarenſibus relinquit Comicus. Et Tibullus:

*Me mea paupertas vita traducat inerti,*
*Dum meus aſſiduo tueat igne focus.*

Nam ut veteres ad Ariſtophanem notarunt, τὸ πῦρ ὑπαχίας σημαντικὸν. Quæ de poculis ſequuntur, ϗ † περιφερείας. quæ Ageanactis memoriæ inſtituitur, ita diſtingue:

Καὶ πίομαι μαλακὸς, μεμνημένος Ἀγεάνακτος
Αὐτᾷσιν κυλίκεσσι, ϗ ἐς τρύγα χείλος ἰρίδων.

Hæc conjungenda ſunt quæ diſjuncta erant. τὸ μεμνῆσθαι, eſt idem quod τὸ λέγειν. ex idiotiſmo poëtæ. Unde illud in Comaſte, μεμνημένον εἰ φιλεῖς μι, nihil aliud eſt quam λέγοντάς, ἤτοι ἐροτῶντος. Μεμνῆσθαι κυλίκεσσιν, eſt; κύλιξιν ἐπιφημίζειν τοῦτο. Quod ſequitur non ſatisfacit omni ex parte. Scio quid apud Horatium ſit, *pota face tenus eadi*. Sed propterea non capio quomodo in calyce poſſit eſſe τρύξ. ἔλεγε ὑποσεῖσθαι cum dixit Lycidas, ϗ ἐς τρύγα χείλος ἰρίδων. Nam huc inclinat ſcholiaſtæ opinio. Et certe potuit Theocritus ita locutus eſſe χυλίοις. & minus accurate, ut mos eſt ipſius, pro, μέχρι πυθμένος. Sed ne ſic quidem nihil in animo meo relinquit, ut penitus arrideat: & non potius exiſtimem τὸ τρύγα ſimpliciter ut in illo Anacreontis poſſe accipi. Μεγίδης δ' ὁ φιλόφρων δίκα δὲ μῆνις ἐπὶ τὰ ςεφανῦται τῇ λύγῳ. ϗ τρύγα πίνει μακρήλια. ut ἐς τρύγα ſit ἐς τὸ ὦν. Quod ſi eſſet tamen, legere malim, ϗ ἐς τρύγα χείλος ἰρίδων. In quo ipſo juvat nos diſtinctio quam paulo ante his verbis adhibuimus. Sed ejuſmodi indicamus viris doctis ut cogitent. Eo certe modo major καθαρότης erit in duobus illis, πίομαι μαλακὸς, &, ϗ ἐς τρύγα χείλος ἰρίδων. eruntque παράλληλα: quod nobis quidem hoc loco ſuavius videtur. Sed hæc hactenus.

## CAP. XIV.

Ξινίας. ξένιος. ὁ ξένος ἡ ξένη. ὃ ξένιον. καράσσας, κομάσας. *interpres emendatus ſemel & iterum. poeta Deam Syriam* ἐξιδιάζει. *Locus venuſtiſſimus excuſſus. Mos veterum in conviviis, & ex eo Theocriti locus de Philino illuſtratus. Theocritus emendatus.* ἕλκω, ἢ πέτρα ἢ Κύκλωπος. *Cyclops e Satyrico dramate.* ἀδολεσχία *ab interprete notata.* ἢ ποτὶ Ἰωνικῶς ϗ Δωρικῶς.

LYcidas in ſuaviſſima cantione ſua tanquam aſcititium ἐπιθέτιον interxit duas fabellas: alteram Ἀτταλικὴν de Comata: alteram, quæ prior eſt, Βυττικὴν de Daphnide, in priore ita canit:

Ὡς πόκα τὰν Ξινίαν ἰερώταλλο Δάφνις ὁ βώτας,
Χ' ὡς ὄρος ἀμφικάλυπτον ϗ ὡς ἄρκυς αὐτὸν ἰδρύσω,
Ἰμέρῳ ἤπτει φύττι πὰρ ὄχθαισιν πεδάμοι.

In vocis Ξινίας interpretatione quid neceſſe eſt dicere, quantum ſe veteres magiſtri torſerint, cum hodieque extent illorum gloſſæ, quæ nihil tamen quam meras conjecturas nobis proponunt, in quibus Græculi plerumque inſigniter infelices ſunt? Illorum tamen opinio prævaluiſſe videtur, qui Ξινίαν legerunt, & ὅτι μὲν ξένην eſſe voluerunt. Quo ſemper illi confugiunt, qui nihil melius didicerunt. Ut omittam nullum eſſe veterum qui Xeneam illam à Daphnide amatam ſcribit, res ipſa ſe convincit facile. Multo minus nos illi juvant qui in hoc Theocriti loco ξανθὴν legerunt. Poſtquam igitur omnem ſuam ſapientiam exhauſerunt veteres critici nos per nos ſapere diſcamus. Græci cujuſcunque enomen reticent, illum ξῖνα appellant. Cujus rei feſtivitas cum apud alios, tum præcipue apud Theocritum

frequens

frequens est. Apud Platonem exempli gratia in libris De legibus tres introducuntur personæ. Primus Athenienſis est, ſecundus Cretenſis, tertius Lacedæmonius. Cretenſi nomen est, Cliniæ; Lacedæmonio, Megilo: ſolius Athenienſis nomen non exprimitur. Ergo ξῖνος vocatur. Ἀθήναιος, ξῖνος, Κλινίας Κρής, Μέγιλλος Λακεδαιμόνιος. Ξῖνος Ἀθηναῖός ἐστι, *Athenienſis quidam.* In Pharmaceutria noſtri poëtæ mater Philiſtæ & Melixonis ἡ ξῖνα dicitur: ejus enim nomen non exprimitur:

Ταῦτά μοι ἡ ξῖνα μυθήσατο.

In idyllio quinto judex cum non nominatur ξῖνος dicitur:

Εἶα λίγ', ὄφρι λίγηις· ἢ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις
Ζωὸν ἄφρι. ἢ πωλεῖ, ἢ ἐκμόλῃ ἐξ Ἀθανᾶν Κομάτα.

Hinc ὁ ξῖνος nihil aliud est quam Atticorum ὁ ἕτερος, cum nomen vel non exprimimus, vel non meminimus, ejus quem vocamus. Sic eodem idyll. Τὸν ὁ ξῖνος μικκὸν ἄκουεν. Et in piſcatoribus ita ſocium appellat ſocius: τί σ' ὁ ξῖνος κοτὶν ἴρηται Τὰν γραῦαν. Non longe aliter Græcorum ſcriptores ξῖνον vocant τὸν τυχόντα, quod ſæpe in lemmatibus inſcriptionum & in ipſis eſt. Sed Theocritus, ut diximus, ξῖνος cum dicit, intelligit τὸν δεῖνα, illum aut illum: certum aliquem quem non nominat. Daphnidis amica cujus nomen diſſimulatur ἡ ξῖνος dicitur, mira diligentia, Ὡς πᾶσα τᾶς ζωᾶς ἐφράσαιο Δάφνις, quod nihil aliud eſt, quam ſi dixiſſet, quomodo olim illam puellam amavit Daphnis: certam illam & notiſſimam, quam non nomino, quam tamen intelligo. Jam ξῖνον dici τὸν ξένον. & ξῖνος τὸν ξένον non eſt quod ſcrupulum in doctiorum animis relinquat. Apud Heſychium legitur ξῖνοι, exponiturque, ἑρμηνῆαι, ſicut ξῖνοι ſunt οἱ ἑρμηνῆαι, ratione viris doctis non incognita, & apud Comicos, τὸ ξυνιέναι. Nihil eſt elegantius aut verius. Non intelligo quid voluerit criticus, qui novavit: τὸν Λίνον καλλίμου Κομάτας, ἔννιπε δ' ἴσον ἀπτὶ Μοίσαις. De eodem Comata cum aliquandiu poſtea agit, verba quæ adducit ἀνωνύμου, è Theocriti Syringe deſumpta ſunt. Κιφάτας & Κομάτας idem ſunt Theocritico ſchemate, quia κίφος veteribus ἡ κόμη dicebatur, vel tonſuræ ſpecies: ut cum à poëta Alexander κίφος ἀγκλὰς dicitur. In omnibus ſcholiorum editionibus, quas nos quidem vidimus, ſcribitur, cum de feſto Arcadico agunt Grammatici, in quo dicitur vapulare Pan: οἱ Ἀρκάδες ὑπὲρ θέρους ἑορτάζοντες, οἱ μὲν εὐθείας ἔτυψαν, ἕτερον δὲ Πᾶνα· οἱ δὲ τύπτοντα, σκῶλαψ ὡς αὐτὸν παρόντα, πτερόεντα ὀρνέον ἢ θήρας ὑπισχνεῖτο. Scribe, πτερόεντα θηρεύειν ἢ θήρας ὑπισχνεῖτο. Deinde cum legitur ibidem poſt adductam Munati ſententiam: Χρὴ δὲ, ὅταν οἱ γεγραμμένοι πίνακες ἱερὸν ὑφέωσι, ἢ μὴ ἐκκλίνῃ ἢ τοῖς ἱδίοις. ſcito ſcriptum fuiſſe, ἵνηι δὲ. contracte, atque inde χῆι factum. Ita certe ſcribendum eſt; nec aliter ſententiæ ſatisfieri poteſt. Sed neſcio an hæc tanti ſint. Verſibus illis qui non longe poſtea ſequuntur & omnino divini ſunt, in Simichidæ carmine, poëta Venerem cum tota familia & Amorum exercitu, ἰξυλιάζεται, & ad Siculos transfert. Qua ratione id agat non aſſecutus eſt interpres Græcus, quem ab his deliciis exulare, ut Grammaticum, decebat. Venerem olim ſibi vindicabant plurimi, præcipue tamen in Aſia Aſſyrii, qui circa Libanum. quod non ignorare poſſunt illi qui viderunt, quæ περὶ Συρίας θεοῦ Græci tradiderunt. Ex altera parte Siculi τὴν Ἐρυκίνην omnibus præferebant, cujus honor in poſterum ſemper accrevit, & ad Romanos terrarum dominos dimanavit, ut non immerito Siculus Diodorus tot verbis in admirationem hujus Deæ utatur. Hunc montem poëta, in quo primum culta fuit, & ex quo nomen traxit, ἕλος φηνὶ Διώνας vocat, ἀνωνυμούντων, ut critici loquerentur, τὴν Ἐγχελείων θεὸν. & quæ proprie in Sicilia tum temporis colebatur. Quod ut feſtivius faciat, ipſos Amores tanquam colonos introducit, qui relicta Aſſyria eundem cum matre montem incolere ceperant. Non aliter ſumendum eſt τὸ πελάσσῃς, quod ita homines Græci ceperunt, quaſi illud & τὸ ἀκέσσῃς conjungenda eſſent, aut eodem ſpectarent. Atqui totum hunc ſcrupulum ſuſtuliſſet poëta, ſi articulum addidiſſet, quos non amant poëtæ, etiam ubi neceſſarii ſunt. Nam mens & τὸ σύνεσις tale eſt: Τμεῖς δ' Ἔρωτες οἱ πελάσσῃς, Vos amores qui Byblidos undas deſeruiſtis, & coloniam veſtram ad Erycen Siciliæ montem tranſtuliſtis: qui ex Aſſyria ad nos veniſtis; Vos, inquam, Arati mei Philinum quem

deperit, tangite. Non poſſumus ſatis dicere quo lepore aſperſa ſint hæc, quæ tamen non ita magni momenti eſſe videbuntur iis, quibus nos ſemper operam dedimus, ut quam maxime ſimus diſſimiles. Antiqui in conviviis pyra in aqua merſa apponebant, ex quibus ſinguli convivæ ſtatim pro ſe quiſque rapiebant τὸ πυκάτταβον: nam eadem voce in hoc more utitur Alexis, quo Theocritus cum de Philino agit, quem maturrimo pyro confert, aut potius pubem ejus & ætatis exorientem floſculum, ᾧ ἥβη ἐν ἄρχῃ ὄντα. Verba Alexidis ſunt:

— ἥβης ποτὲ
Πήνδιον ἀνθρώπους ἀπίνης παρεκμίσας
Ἐν ὕδατι πολλῷ; πολλάκις δ' ἤκου, τί γάρ;
Οὐκῶν ἔκαστος ἰκλεγόμενος κεμβάτη
Τὸν ἐπιτυχόντ' ἢ πυκαιτάτλαν ἀεί.

quod certe non invenuſtum eſt, utpote à conviviis tranſlatum, ubi quæ maturrima erant, celerrime occupabantur. Viderunt viri docti, quod nos quoque monueramus, legendum paulo poſt,

--ἐκεῖ τ' ἔξεστιν ὁ θύσμοσος ὑκ ἐκεῖ μιᾶ.

Ne hoc quidem verum eſt, quod notat Græcus gloſſator in ὠκανθίδες· φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ ἄμμα αἰγίθου καὶ ἀκανθίδος. μὴ μιγνυσθαι. Non hoc ſcripſit Ariſtoteles de ægitho & acanthide, ſed de ægitho & antho. Verba ejus ſunt: λέγεται δ' ὅτι αἰγίθου καὶ ἄνθου ἄμμα ὑ συμμίσγεται ἀλλήλοις. Infra cum de Cyclope ſcribitur à poëta, --ἐς ὄμμα νᾶας ἴζανεν, interpretatur gloſſa, ἐς ἀντὶ λίθων ὄψη ἵζανεν. ἢ τὰς ἐν τοῖς ὄμμασι λίθους. Ineptiæ, quas ſecuti ſunt Latini interpretes. Prius etiam ridiculum eſt. Scribe, ἐς ὄμμα νᾶας ἴζανεν, qui montibus naves petebat. Alludit locum poëtæ, ubi narratur totis montibus naves petiiſſe Ulyſſis Cyclopem:

Ὡς ἐφάμην. ὁλ' ἴοντα χερώτερ κορυφὰς
Ἤειρε μέλλων.
Ἦκα δ' ἀποῤῥῆξας κορυφὰν ὄρεος μεγάλοιο.
Καὶ δ' ἔβαλ' ἰθὺς ἐμεῖο παρὰ πρύμνην μάλα νηὸς
Κυανοπρῴρου.

Quam ſimplicia hæc ſunt & ὐδιακίβδηλα, quæ tamen interpretum quoque tempore corrupta fuerunt? Dixit ἴζανεν, ἰμφατικώτερον, quia poëta βίλους & βόλα illos Cyclopis lapides & montes vocat. Nam ὅτι Ὁμηρος βόλα. ἀρᾶται ἢ πέτρους ἢ ὑπὸ τῶν Κύκλωπος βαλλόντων, veteriſſimorum Grammaticorum παρατήρησις eſt. Tota autem perſona Cyclopis, aut potius quæ de eo hic dicuntur, è Satyrico dramate deſumpta ſunt, ex Euripidis Cyclope. Nec fruſtra eſt Grammaticus, qui infra monuit, τὸ δὲ χερώτερ ἢ Κύκλωπα, ἐκ τοῦ Εὐριπίδου μετήνεγκε. De emendatione noſtra nemo dubitabit qui meminerit poſtrema illius dramatis Euripidis quod in animo habuit cum hæc ſcriberet poëta, eam penitus confirmare: in iis enim idem dicitur.

Οὐ δῆτ', ἐπεί σε τῶνδ' ἀποῤῥήξας πέτρας
Αὐτοῖσι σὺν τοιούτοις συστρέψω βακάν.
Ἀτὰρ σ' ἐκ' ὄχθου σῶμα, καὶ πᾶν ὅτι τυγχάνει,
Διὰ μιμητέρητος τῆσδε πορεῦσαι κάτω.

Sed quanto lepore dixit, τὸ πίκρον, ἅτου τ' ἄπιστον, πίτνα χερώτ' ἢ Κύκλωπα, in eo:

Ἀρά γέ πω τῶνδ' ἢ πυμάτη ἢ τοῦ' Αὐάπη
Τὸν κερτομεῖν Πολύφαμον, ὃς ἄφρων πᾶσι
ἴζανεν,
Τόσον πίκρον ἴσχει καῦ' αὖλις πωτὶ χερώτερ;

cui loco plane ſunt germani verſiculi antiqui poëtæ apud Dipnoſophiſtam, qui idem de vino dicunt.

Λόγος γάρ ἐσ' ἀρχαῖος ὑ κακὸς ἔχων,
Οἷον λέγουσι τὰς γέροντας τὸ πάτερ
Πωδὸν χερώτ' ἢ διάνοιαν.

Sed neque illud penitus omittendum fuerit, quod paulo ante notat interpres, ad illud Theocriti, Φόλον κατὰ λάϊνον ἄγγος, cui locutioni ille, è Rhetorum ſchola obeliſcum opponit. ἀβολομερίαν δ' ἔχει τὸν λίθινον ἀσκόν. Quæ eſt ea ἀβολομερία? Non alia, niſi fallor, quam ea eſt quam committit, qui lac album dicit: quod Rhetoricam profeſſi facilius in poëta quam in ſuis diſcipulis excuſant. Sed longe aliud eſſet ſi dixiſſet λίθινον ἀσκόλιον, quod eum dixiſſe vult, non λίθινον ἄγγος. Nam ſi ſubtilibus ἢ λεπτολόγοις etymis Græcorum aurem præbeamus, ἀσκόλιον ὑδὲν ἄλλο ἐστιν ἢ λίθος κατασκευῆς. Quære cogitemus quanti momenti ſit hæc ἀβολομερία, quam committit qui ἄγγος λάϊνον dicit. Cum idem Cyclops πυμάτη πωτ' Ανάπα dicitur, leviter in ſuperioribus editionibus peccatum erat ab iis qui literam ſubſcribebant: quod neſcirent τὸ πωτὶ hic Ionicam non Doricam eſſe præpoſitionem.

positionem. Interpres Apollonii: ἡ δὲ ἀντὶ πρόθεσις, παρὰ μὲν Δωριεῦσι περὶ παρ' ἡμῖν δὲ καὶ Ἴωσιν ὑπερθεν ἀντὶ τοῦ παρά. Recte autem monet criticorum observatio; Nova Dorica lingua usum esse Theocritum, quæ revera multos Ionismos amat. nam vetus asperior est. Atque hæc quidem ad Thalysia erant quæ occurrebant.

## CAP. XV.

*Idyl.* 8. Χάεις. χαείης. ὄπωρος & ὀπώρης· χρόταλον. μυείον βάδος & *similia. Theocritus emendatus.* ὦ πόλι. Μίλος Μίλω. *Theocritus emendatus semel & iterum. Locus ejusdem aliter explicatus quam vulgo & interpunctus.* σιμαὶ αἱ μίλωσαι. σιμαὶ αἱ ἀναλάδους ὄφιων. *Poeta emendatus. Percuritur idyllium* 9. *Theocritus emendatus.* πίντι πίντι ἔοι. κόγχλω δηλῆσι. *Emendatur Theocriti locus præstantissimus.*

Homerus in ea ætate in qua Jurisconsulti pubis emissionem locant, τοῦ χαίρειν collocare videtur, cum naturæ beneficio viro aut fœminæ conceditur ut Veneris leges inire possit. Unde Sappho ἡ καλὴ puellam ἄχαριν vocabat, quæ nondum viripotens erat, &c. ut comœdia loqueretur, τοῦ ἴστι κἀξαίρετος Hanc ætatem Daphnidi τοῦ ὑποκειμένου τῇ Βυκολικῇ περσωπείᾳ tribuunt veteres Ælianus: Βυκολῶν δὲ κατὰ τὸν Σικελίαν ἡ Δάφνις, ὑφ' ἣν αὐτῷ νύμφη μία, καὶ ἀμέλγων καλῶ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτῳ ὑπολήπτῃ, ἴσθι τῷ χρωτὶ ἡ χαρις ἀπτὴ ἐστὶ τῶν καλῶν μέρικλον, ὥστε φησὶ καὶ Ὅμηρος. Daphnis igitur ingressus ἡλικίαν τοῦ χάριζος, venuste à poeta χαείης dici potest, ut hac voce denotetur non forma corporis, sed ætatis tempus. Cum scripsit poeta, Μυκητᾶν ἐκίνυρε βοῶν Δάφνι, si acute καὶ τοῦ Aristarchi censuram exercere vellemus, diceremus scribendum esse, ἐκίνυρε, non ἐκίνυρε. Meminimus enim alibi notasse veteres criticos vacante præpositione περιπεπαυμένος scribi hanc vocem. Jam quis adeo peregrinus est in poeta nostro ut nesciat ubique τῷ σύνθεσις ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ poni, id est pro simplice positum? Infinita ejusmodi notari possunt toto opere. Ἐπιῦδες tale est quale ἐπιβυκόλιος, quo infra utitur. Est autem nequaquam contemnendus inter antiquos Grammaticos qui notavit, Ἐπιῦδες, οἱ μὲν περιπεπαυμένους, περιστὰς ἢ περίθεντας· ἔδες γὰρ ὁ φύλαξ· οἱ δὲ περιπεξευτένους, πάλιν ὁ φύλαξ, ἀπὸ ξυλίνου ἐπιῦδες. Pu:o locum ita emendandum: Ἐπιῦδες οἱ μὲν περιπεπαυμένους, περιστὰς ἢ περίθεντας· ἔδες γὰρ ὁ φύλαξ· οἱ δὲ περιπεξευτένους, πάλιν ὁ φύλαξ, ἢ ἴλαι ξύλινοι, ἀπὸ ξυλίνου ἐπιῦδες. Nam paulo ante idem Grammaticus notarat: Ἐπίνυρε, ἐπίστασο, ἢ ἴλαι ξύλινοι. Et Eustathius notat ad poetam, τὸ, ἐκίνυρε, vocem esse qualis ἐπιβούτωρ est, qua Theocritus utitur ut infinitis ejusmodi aliis in quibus περιστοιχὴ ἢ περίθεσις. Sed in hac voce cum interpres χρῆσιν ex poëta citabat, quæ adducebantur, negligenter scripta erant & confuse, ut unde desumpta essent solum authoris nomen indicaret, hoc modo: ἢ Ὁμηρος, Ος' ἴλαν ἐκίνυρε, ἢ, Ος πρῶτος Μίνωα τίκτε. Reposuimus è poeta, Ος ἴλαν ὑλὴν ἐκίνυρε, &, Ος πρῶτος Μίνωα τίκτε Κρήτῃ ἐκίνυρε. Nam oportet saltem vocem esse cujus causa reliqua citantur. Quod dixit Menelcas, ἡ δ' ὅτι πάθοις, Plutarchus paulo aliter, ἡδ' ὅτι γένοιο. οἱ δ' ἁρμάτιοι ζῶσαι σῶφρονα καμβάντες. ἡ δ' ὅτι γένοιο, ἢ ἐξ ἀρχῆς δύσμορος καλεῖ αὐθωπείαν· in tractatu περὶ παθῶν ἀγωγῆς· Quem Daphnis non ita longe post διαφθείσα κάλαμον vocat, videtur esse quem Græci κέρδαλον dicebant. Ejusmodi κέρδαλον procul dubio sibi præparare voluit bonus pastor, cum manus saucia-vit; de quo his verbis conqueritur:

— ἴστι καὶ ἢ δάκτυλον ἀκρὸν
Τύφλον, ἐπεὶ κάλαμόν με διαχρήσαο δίκλωκτον.

Aristophanis interpres: κέρδαλον κυρίως ὁ ἀγκύλωμα κάλαμος, ὁ καθαπτικὸν ἀγκύλωμα ἐπιτηδειον, ὥστε ἁρπάζειν ἅτινα αὐτὸν φωλεᾷ ἢ χειρί, καθάπερ κέρδιον ἀποτελεῖν. Forsan neque prætermittendum est Menalcam in quinto Ἡρακλεῖ suo elegantissimo, cujus initium est,

Ὦ τερέτισμα τὸ κηλεῖ ἀγρῶν ἄπορ, ἢ βάθος ὕλας.
Μυρσίν,

usurpasse

uſurpaſſe, τὸ μεῖον ἀντὶ τοῦ μέγα. Quo modo Hedylus poëta Elegiographus ſuaviſſimus Θαῦμα μεῖον dixit. Verſus delicatiſſimos apponam.

Τῷ Φοίβῳ ἱερὰ πολλὰ διὰ κλῆμα δέδηται,
Ἠλθομεν αἱ ζαχιναὶ τίξα φυγεῖν ἑκάεσαι,
Μυρίον ἐνθρέξαι θαῦμα τοῦτ' ἐφέρπυσεν ἀνθρώποις
Κλῆμα δι' ἱμερτοῦ ἰδρέμματι Ζεφύρου.

Sic Apollo apud Euſebium Præparat. Evangelicæ lib. 5. τάδ' ὄλιστι μεῖον ἀμῖν. apud Pindarum ſæpius & alios. Nunquam potui ex animi ſententia pro vera lectione amplecti quod in eodem mellitiſſimo tetraſticho à Menalca dicitur:

— Δ' ὦ πόλι, ἢ κἄμε Μίλω,
Ὡς Πρωτεὺς φώκας, ἢ Θόας ὄϊς, ἴτημα.

Optime emendavit, meo judicio, Hugo Grotius noſter, Δ' ὦπόλι. de quo juvene quoties mecum cogito, non poſſum ſatis gratulari Bataviæ, aut potius huic ſæculo. Ipſi mihi tamen præcipue, qui admirabili ſplendore illius percuſſus ſæpe ingemiſco, æmulatione honeſta tamen, & qualis in Heſiodico ζεμμὶ eſt. Judicium in ſcriptis verſis, ſolutis, ad antiquitatem ubique comparatum: ſine ineptiis, ſine ambitione, ſine fuco. quæ omnia (ὁ Muſæ & Apollo) à paucis omnino æſtimantur, vix ab uno & altero ut debent. Nam de iis recte judicare tanti propemodum eſſet, quanti ſcribere. Jam de curis forenſibus quid dicam & quotidianis clientium moleſtiis? Quis poſterorum credet, aliquem in ipſo ætatis limine ſcientiarum propemodum fines attigiſſe, cujus otium tam multi ſibi vindicarunt? Itaque mœſtior ab eo plerumque recedo, non quod invidere poſſum iis, quos miror. Sed cum de patria noſtra cogito, & qua infelicitate temporum ejecti in litera rum ſpe anguſta acquieſcere cogamur, & ingeniolum hoc noſtrum qualecunque ingratæ patriæ debere. Sed querelarum ſatis: ne nimium prolixa fiat hæc παρουσία. Noſter igitur Grotius legebat, Δ' ὦπόλι. ut nimirum Menalcas mandet ἀπόλῳ alicui, quæ perſonæ ubique ſerviles ſunt, & ὁ θυτίφορε πάϊτις in Bucolicis. ut hæc verba Miloni conſueto ſuo deferat. Inſolenter autem dixerat, Μίλῳ: quod neque criticum illum fugit, qui obſervavit Theocritum, ὁ Μίλῳ, τῷ Μίλῳ dixiſſe. Sed inverſo ordine verba illa concepta legebantur, hoc modo: Μίλῳ δι' ἄπτυε, ἀντὶ τοῦ Μίλωνι· ἢ γὰρ ἢ νύμφαι γε', ὁ Μίλῳ· ἴφη, ἀλλὰ ὁ Μίλων. Præpoſtere, ut diximus, quod mutare nobis non fuit religio. In ultimo molliſſimoque Daphnidis Elegiaco male, meo judicio, legitur:

Σύπομαι μᾶλ' ἱστορέω τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

qui locus tamen ſcholiaſtis tempore ſcriptus fuiſſe videtur ut debet, nimirum: τὰν Σικελὰν δ' ὦ ἅλα vel, τὰν Σικελάν' ἐς ἅλα. Exponit enim ibi, ἢ τὸ Σικελὸν πέλαγος: quem ſenſum quidam interpretes cum ſecuti ſunt ex poſterioribus, reddendo, & in mare Siculum aſpicimus; non viderunt Græca aliter legenda eſſe, ut illa admittatur interpretatio. In ultimo Menalcæ lego, Αἰδεῖ δὲ παρθενικὰς ἀπαλὰς κόπτις, non ut ſcriptum eſt, ψόφος. Certum eſt hoc modo legiſſe Virgilium, qui vertit, *nobis Amaryllidis ira.* Mutando nimirum, elegantia quadam illi deo poëtarum peculiari, vocem παρθενικὰς in proprium Amaryllidis. Monuerunt jam viri docti legendum eſſe paulo ante ὦ βάϑις ὔλας Μυρίον. non ὦ. ut hæc γνώμη ſit & ſenſus loci: δηλοῖ ὦ βάϑις, id eſt ὕδατι, ſicut Græcus interpres legit. Sed invenimus totum hoc diſtichum aliter interpunxiſſe & ſcripſiſſe veteres; hoc modo:

Ὦ τερέτα τὰν μυκᾶν αἰγᾶν ἄπερ. ὦ βάϑις ὔλας
Μυρίον. ὦ τιμᾷ, δηλοῖ· ἰὼ ὕδωρ ἔρεπε.

Ut mens ſit. δηλοῖ ἔρεπε, ὅτι ὁ ὕλας, ὅτι αἰ τιμαί. Σιμὰς Græcus commentator vocari ait τὰς μυλίστρας. Qui ubi hoc invenerit mihi difficile eſſet dicere. Niſi quod in Thalyſiis ubi poëta μυλίστρας τιμὰς dixit, ſed tantum appoſitive & ἐπεξηγητικῶς, hoc quoque voluiſſe videtur qui notavit ibi: τιμὰς καλεῖ ὅτι τὰς μυλίστρας. τὴ γὰρ περὶς ὑπαδηκὼν ἢ ἐργασίας αὐτῶν ἄγρας, σιμὰλον καλοῦμεν, ὅτις ἢ κάκαλος τὸν σιμὸν βάλλομεν, σιμβάλλω τι ὅτι. Sed adhuc requiro authoritatem: neque enim video neceſſitatem ullam quæ nobis imperet, ut quicquid effutiunt temere Grammatici id credamus. Quin potius exiſtimo: ſi illis impune quidvis dicere licet, nobis quoque licere, quidvis non credere. Sed exiſtimo ego, criticos veteres, ſi qui inter eos fuerunt qui hunc

locum

locum ita diſtinguerent legerentque, ὃ βέλτιον ἦλθε Μοῦσον. ὃ σιμὰ, aliud voluiſſe, quod melius adhuc conveniat cum ſylvis. quam apes. Σιμὰ dicebantur veteribus ἀπὸ μετώπου ἀναβάσεις, loca montoſa & acclivia: quod Heſychius notavit. Σιμὰς δὲ ἴλιγγον, inquit, τὰς μετεώρους ἀναβάσεις, quæ interpretatio forte ex aliquo antiquo gloſſatore Theocriti, qui hunc locum ita interpunxerat, deſumpta eſt. Ac fortaſſe Heſychius priuſquam in compendium redactus erat, nondumque exſectus eſſet ἢ ἄνδρα à crudelibus Grammaticis, hanc ipſam χρῆσιν noſtri poëtæ laudarat. Veriſimile autem eſt non aſſecutos eſſe poſteriores Grammaticos, quid ſibi vellent qui hanc interpunctionem ſecuti erant. Cum Daphnis ait:

Αὖ μὰν ὑπὸ λύγων ἰκείθλων ἄκρα ἢ μικὸς αὐτᾷ,

Iuto melius ſimpliciuſque ſcribi poſſe:

Οὐ μὰν ὑπὸ λύγων ἰκείθλων ἄκρα ἢ μικὸς αὐτᾷ.

ὑπὸ μικὸς λύγων αὐτᾷ ἰκείθλων, quo nihil, ut dixi, ſimplicius & facilius. Locum qui paulo poſt intricatior circa finem videtur, puto optime ſibi conſtare poſſe, ſi pro ὡς in priore membro ὥς ſcribamus. Sicut Daphnis exiliit, ita hinnulus ad matrem ſaltarit. Ut alter doluit, ita nova nupta doleret. inverſo ordine, pro, ut hinnulus ad matrem ſaltarit, ita ille. Sed melius Illuſtris Scaliger. Abſolvemus eadem opera quod in ſequenti idyllio notandum eſt. Henricus Stephanus, vir nunquam ſine laude nominandus, exiſtimabat illud quod non longe à principio idyllii occurrit eſſe ὑποκλικὸν ἢ σολικοφανές:

—ἴχνια δ' ἴσα ὑπ' ὄρεσ' ὄρεσφι
Χείμαῤῥοι, ἢ πολὺν καρύων ἀμύλιον πεφύλλει.

Nam certe, ut bene vidit ille, non eſt ferendum τὸ ὄρεσ', quod nullo colore defendi poteſt. Sed mirum eſt tanto viro non veniſſe in mentem protinus ſcribendum eſſe, ὑ τόρνο. Cum dixit Menalcas, πάντα ῥεῖ τόμιὸ πάντ' ὄρεϊ, alludit procul dubio vetus dictum lepidiſſimum, κόγχαι φιάλαι: nam hæc de conchæ diviſione ab eo dicuntur, id autem de eo uſurpabant qui æqualiter aliquid dividebat. Heſychius, κόγχαι φιάλαι, ἴσον ἐπόησαν. Κόγχαι igitur φιάλαι, æqualiter dividere: æqualius autem non poteſt, quam quod fecit Menalcas. qui eam in quinque diſſectam, totidem ſociis ſingulas partes diſtribuit. Quam elegantiam præ ſe ferunt illa, πάντα ῥεῖ τόμιὸ πάντ' ὄρεϊ, quæ ἢ ἰσότητα denotant. Eſt & apud Teleclidem in Dipnoſophiſta, κόγχαι φιάλαι, quod ex illius Herculis adducitur. Circa finem idyllii erumpit Menalcas in commendationem Muſarum ita dulcem, ut mihi videantur à deabus illis dictata eſſe verba ſingula. Quo minus ferendum erat locum tam divinum peſſime corruptum eſſe. Sed videamus. Ait ἢ μελίσσας gratos eſſe flores, ſicut ſunt μύρμηκες μύρμηξι, ῥηγμὶς τρήξι: ſed cui gratum eſt τὸ ἔαρ, ἢ ὁ ὕπνος, id eſt ver, & ſomnus? Satis apparet locum in mendo eſſe, idque vitio vocis unius. Scribe, ὕτι γὰρ ὕπνῳ, Οὔτ' ἔαρ ἐργατίνας γλυκυῤῥάτερον, ὕτι μελίσσας Ἀοιδαί. Quid planius? Jam locus integer erit:

Τίτθὶξ μὲν τίτθιγι φίλα, μύρμηκι δὲ μύρμαξ,
Ἰρηγμὶς δ' ῥῆξιν· ἰμὶν δ' ἃ μοῦσα ἢ φίλα·
Τᾶς μοι πᾶς ὄλβος πλεῖος ἄνθεσι· ὕτι γὰρ ὕπνος,
Οὔτ' ἔαρ ἐργατίνας γλυκυῤῥάτερον, ὕτι μελίσσας
Ἀοιδαί, ἴσασι ἰμὶν Μοῦσαι φίλαι.

Nullum ibi locum habebat ἐκεῖνας, ex quo veriſſima emendatione fecimus, ἐργατίνας. Nihil verius eſt aut certius, præſertim cum Doricæ χρήσεως ſit hæc vox ita ſumpta, & familiariſſima Theocrito.

## CAP. XVI.

*Percurritur idyllium decimum. βυκαῖος. ἐργατίνα. κάκτος ἔπυφε. πύμμα κάκτε. κάκτος. Theocritus emendatus. ὄλακος. νῦν ἐγκλινόμενον. Theocriti locus obſcurus explicatus. μάντις. χαῦς Σπειρ. Scholiaſtes emendatus. Euphorionis verſus emendati. Lytierſas*

## *Lytierſas Theocriti aliter edendus.* λιμηρὸς ἔρως.

VEteres Grammatici, ac ii præſertim qui brevibus κατὰ στοιχεῖον & obſervato literarum ordine, poëtarum præcipue mentem explicarunt, qualis hodie inter paucos relictus eſt nobis Heſychius, etiam in voce βυκιάζειν ſedulo curam geſſerunt, ut aliovorſum quam reliqua idyllia, hoc quod nunc in manibus habemus, traheretur: nec Βυκολικὸν aut Λιτυερσικὸν eſſe ſciretur ſed Θερισικόν. Itaque βυκιάζειν, quæ vox inter primas occurrit, & ad perſonas idyllii ſpectat, rei ipſi accommodare ſunt conati, & βυκιάζειν θερίζειν eſſe dixerunt. Heſychius. βυκιάζει, βυκόλος, οἱ δὲ θερίζειν. Dubium non eſt, quin, ſive ipſe Grammaticus ille, ſive ejus compendiator in diſputationem bene longam inciderit commentatoris veteris, qui, ut Græculi verborum mire prodigi ſunt, hanc vocem ita ex hoc idyllio etiam aliis in locis contra opinionem aliorum ſumendam probarit, cujus ſententiam breviter proponit. Vox ἐργατίνη minus vacat quam altera. Ἐργατίνας vocavit hos meſſores, ſicut Pindarum Muſam Simonidis. quod mercede ſcriberet, & pretium mereretur. ἐργάτιν: quibus infra à gloſſatoribus opponitur ἀεργοδότης, ad verba illa: Εὐκτὸς ὁ τὸ βατρόχου πᾶθος βίος. ἀνισκώπτῃ δὲ τὸ ἐργοδότου, ὡς μὴ αὔτερκες ποτὶν παρελθόντα. quod infra illis ſatis confirmatur:

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παρίων τις
Εἴπῃ, Σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλεσε χ' ὕστερος ὁ μισθός.

Sequitur:

Ὥσπερ ὅτις πώμνας, τὰς τ' ὠΐδια κάλλος ἐτύφει.

Ubi & illud ἐτύφει, & reliqua ὑποδωρίζει. Ex idiotiſmo ſuo dixit κάλλος τύπτ. ſicut ſupra, τύμμα vocatat τὸ τρῦμα.

Οὐρίᾳ ἐν τὸ τύμμα, τὰ ἀλίκες ἄνδρα δαμάσθᾳ.

Sed & Philetas τύμμα κόκκυ dixit.

Γερύσιος δὲ ἐκδέξει ἀπὸ ψυχὰν ὀλίσαιτο,
Οὐτὸς κάκκυ τύμμα φυλαξαμένη.

Et ita ſemper Nicander, quem recte notant ejus interpretes ὁ ἰάμβος διορίζει. Erat autem famoſum in re bucolica τύμμα κάκκυ, ſive vulnus ab illa ſpina inflictum, nec tantum paſtori, ſed & ejus tibiis noxium. Hinnulus enim ſi in κάκκον incidiſſet, actum de tibiis ejus erat, è quibus paſtores ſuos αὐλοὺς fabricabant. Deinde & κάκκος Siculorum vox erat, quam propterea Phænias apud Dipnoſophiſtam κάκκος Σικελικὸν dixit. Pergit quærere Milon. cum Battum matutino tempore ſub diei initium ceſſantem videret,

Παῖδες τις δύλακτε τὸ ἐν μέσῳ ἄμαξος ἐοῦσ',
Οὐ νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος ἀντρώγλᾳ;

Ubi ſcribo, Οὐ νῦν ἀρχομένου, ut ſit patrius caſus Doricus, nimirum ἄμαξος. Qualis, inquit, eris ἐν μέσῳ ἄμαξος, qui nunc ἀρχομένου ἄμαξος, id eſt, incipiente die, nihil efficis? opponitur ἀρχόμενον ἅμαρ τῷ μέσῳ. Deinde ſcribe, αὔλακος, quod Dorum proprium eſt. Totus itaque locus ita concipiatur:

Παῖδες τις δύλακτ' τι τὸ ἐν μέσῳ ἄμαξος ἐοῦσ',
Οὐ νῦν ἀρχομένου, τᾶς αὔλακος ἀντρώγλᾳ;

Interpretes Apollonii, ἰαμάλακτε, ἔμνεμ. αὔλακα γὰρ τὴν αὔλακα, Δωριεῖς. Nota autem totum hoc idyllium accuratiſſime διορίζειν. Poſtea, duobus interjectis verſiculis, legitur,

Οὐδαμᾶ νῦν ευϊδὲς ἴα ἀχνοπέτεται δὲ ἴρυξ;

Ubi ſcribendum, Οὐδαμᾶ τον ευϊδὲς, rejecto videlicet accentu. Νῦν enim hic, quod non obſervarunt viri docti, ἀντὶ τοῦ νῦν ponitur, & inclinatur. Apollon. lib. 2.

Καὐτοί τον' ὑ μὲν πάλῳ πίλῃ δόμε ὕμμι θαῦνω.

quod diligenter notandum. Gloſſa ad eum poëtam. τὶ νῦν ἀντὶ τοῦ νῦν. quod apud Comicum ſæpe decies una pagella. Valde elegans ſed parum intellecta fuit mens illius verſiculi παρομοίωσις, quo Milo Batti amores ridet. cum inquit:

Μάντις ἴα τὰν πάλῳ χρηΐζοισα ἀ κακαμάφα.

Interpres Græcus ſuo more verba nobis dat, qui Theocritum his verbis graciliorem

I

tatem

tatem puellæ ridere exiſtimat: & poſtea neſcio quas ineptias ex Ariſtarcho de natura † ἀκείθω affert, ſive locuſtæ hujus, quæ Græcis μάντις & ἀμμάκα dicitur. Nos quid ſit videamus. Locuſta illa quæ μάντις hic poëtæ dicitur, aliis vero ἀμμάκα, ea eſt, quæ χαλὸς dicebatur. Erat autem χαλὸς Σίεγος proverbialis locutio, qua utebantur, cum de puella agerent, quæ virgo anus erat, hoc eſt, in virginitate ſenium contraxerat. Suidas. Σίεγος χαλὸς. ὁ ἐν παρθενίᾳ γηγηρακὼς, ἀπὸ μυθικοῦ † ἀμμάκας ἀκείθους. ἢ κακῶς χαλὸν Σκίφων ἢ μάντιν. Heſychius magis corrupte. Γραῦς ἱέγεως. Ἀπολλόδωρος φησὶν, ὅτι ἐπὶ τῶν παρημιάδων λεγομένη ἱερὰ χαλὸς. οἱονεὶ δὲ αὐτὴ οὖσα χαλὸν ἱέγεως † ἐν παρθενίᾳ καθηγηγερκυῖα. al. δὲ ἀπὸ † ἀκείθω. † γὰρ ἀμμάκας ἀκείθα ὑπό τινων * μάντιν λέγομεν. Scribe. χαλὸς Σίεγος, & Σκεφία. & Σίεγως. † γὰρ ἀμμάκας ἀκείθα οἱον. † ὑπό τινων μάντιν λεγομένην. Lepide igitur & falſe Milo Battum ridet quod vetulam virginem deperiret. Theocritus autem, ut ſæpe probamus, proverbia alludit verius quam exprimit. Apud Græcorum Scholiorum autorem in χαλὸν ὀάκινθος, cum ea verba interpretatur Grammaticus, legitur: ὧδε γὰρ τὸ πάθος τῷ Αἴλωδι ἀνταφήνιε † Εὐφορίωνα * φαίνων, ὅτι. [ἢ ὡς † Εὐφορίωνα ἀνιδρῶν ὄντα. διτλῶς γὰρ ἐν ζητῇ παρ' ἡμῖν χρήσθαι.] Verba quæ uncis incluſa ſunt ad marginem notata fuerunt: itaque eodem jure quo appoſita ſunt expungi poſſunt. quod præcedit ita ſcribendum eſt: Εἰς † Εὐφορίωνα δὲ ἰδὼν ὄντα. Ad quæ verba alius notarat, legi etiam ἀνιδρῶν in quibuſdam. Euphorionis verſus ita concipio:

Πορφυρίη Τάκινθε, τί μοι μία φάτις ἀνδρῶν,
Ῥοιτίνῃ ἀμάθυντι δυσνόῳ Αἰακίδαο,
Ἤεγε ἀπηγορίην γεγεμμένα κακὸν ὑφαίνειν.

Sed non capio quomodo dicat Αἰακίδαο, non Αἴλωδος. nam hæc fabula nihil eſt tritius. & præterea monet commentator in eo quoque vulgarem opinionem ſecutum fuiſſe Euphorionem. Paulo aliter è MS. eos verſus emendat Cl. Caſaubonus, cui credes tutius. Sequitur ſuaviſſimus Lytierſas, cujus principium eſt, Δάματερ πολύκαρπε. Sed ea omnia aliter edenda ſunt. Idyllii hujus pars ſequitur altera, cujus primam conſumſit Battus in cantandis amoribus ſuis, quem ob id hic amare tangit Milo, atque eum fruſtra πάγκαρπα ἀναφύειν, id eſt, barbam aluiſſe: quod circa ejuſmodi occuparetur. Illud ut emendaret exemplo ſuo, proponit Lytierſam. Sunt autem formulæ aliquot incitatoriæ, quibus mercenarios homines ad metendum adhortantur, maximeque τῆς ἐριθείας, & qui remitterent: nam de ipſo authore tale quid tradunt Græci, ὅτι ὡς ἔμε πεπαλαιὸν ὄντα, μαστιγῶν δὲ τὴν ἐριθείαν. Omnes autem, ut dixi, ſingulæque, formulæ ſunt; quod animadverſum non fuit, &, quod multo minus, diverſæ omnes, ἢ ἀφορμήν, quæ ſingulæ uno diſticho terminantur, & exceptis una & altera παροιμιώδεσι. quare hoc modo edendæ erant:

Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, τοῦτο τὶ λῆμα
Εὐεργὸν τ' εἴη, καὶ κάρπιμον ὥρλι μάλιστα.

Σφίγγετ' ἀμαλλοδέτα τὰ δράγματα, μὴ παρίδῃ τις
Ἔλκυσ', ἐρύκυσε δ' ἄνδρα, ἀπάλαιθε χ' ὕστερος ἔλθῃ.

Ἐς βαρίταν ἄγνιμα τὰς κἀρδιους ἀθρόα βάλλε
Ἡ ζέφυρος διακέρδα πνεύσεται ὁ τάχυς ὕστερος.

Στρὸν ἀλωάδος φεύγει τὸ μεσάμβροσον ὕπνον.
Ἐκ καλάμας ἄχυρον τινάσσει τημόνι μάλιστα.

Ἀρχεῖται ἀμάλλας ἐγγεγόμενα κεφαλαλλᾷ,
Καὶ λέγει οὐδένος· ἰλιγγιᾷ δὲ τὸ καλλαμ.

Εὐκτὸς ὁ τῶ Βατεράχω παῖδες βίος· ὁ μισεδώνᾳ
Τὸν τὸ πιεῖ ἐγχυλίζει· πάρεσι γὰρ ἄφθονα αὐτῷ.

Κάλλιον ἀ πιμαστὰ φιλέργυρα τὰς φακέλας ἕλκῃ,
Μὴ 'πιτέμῃς τὰν χόρτα καβασείων τὸ κύμινον.

Qui nondum animadvertit hic nihil cohærere. parum certe videt. Sunt enim tales ut ἀμοιβαῖοι à duobus vel pluribus cani poſſint, vel ab uno. Nec minus ſejunctæ ſunt quam veterum ὑποθῆκαι ἡδυαί, aut Theognidis ſententiæ. Atque hæc cauſa eſt cur poſtea addat, Ταῦτα χρή. quo ſignificat, nihil aliud quam formulas eſſe. Quæ jam faciliores erunt. Cum dicitur ab eodem,

Τὸν δὲ τὸν βυκκᾶν πρίστ κιμεῖν ἴρουβα
Μυδίσδων τᾷ ματρὶ καὶ οὐκὶ λῷ γενείῳ.

Non libet refutare quæ περὶ τῦ πίνειν ἔρωτος adfert Theocriti interpres: cum nec Theocriti mentem aſſecutus ſit ille, nec fortaſſe ſuam. Neque magis merentur illi qui λιμὸν ἔρωτα noxium amorem vocant. Nihil videmus hic difficultatis. Senſum tamen obiter dabimus, ne nos in curſu remorentur hæ ſalebræ. Talia, inquit Milo, viri canere debebant in ſole, quibus res familiaris curæ eſt, deque iis ſibi proſpiciunt quæ ad vitam neceſſaria ſunt. Tu vero famelicum tuum amorem matri narrato ocioſe in lecto recumbens. Tota porro venuſtas eſt in vocibus illis, ἔρωτα λιμὸν, quæ pauperem famelicumque amatorem reſpiciunt, qui cum vix de pane proſpexiſſet ſibi, ociabatur tamen, quodque miſerrimum, in Veneris regno vapulabat: & cum duabus curis conflictabatur: fame & amore. Deinde in illis, ὁ ἄλιφ, quo labor denoratur, & καθ' εὐδίαν, quo ocium. Joci lepor, quod ad primum, infra idem propemodum eſt: ubi Pythagoriſtam quendam tangit plane ſimiliter pallidum ſquallidumque, qui eodem morbo laborabat, nimirum, ut hic loquitur, τῷ λιμῷ.

Ἡράκλεα μὰν καὶ τᾶνες (ἰμὶ θνατὸς) ἐκτὸς ἀλεύρω.

Quem locum recte illuſtrarunt viri docti. Ita Theocritus per Theocritum intelligendus eſt. Ibi amorem ἐκτὸς ἀλεύρου vocat, id eſt, toſtæ farinæ, nimirum panis, quem hic λιμὸν, id eſt, famelicum.

## CAP. XVII.

*Percurritur idyllium undecimum. Philoxeni Cyclops. interpres emendatus. apud eundem emendatus Callimachi locus.* ἐρᾷν μάλοις ἢ ξῶδις, *aut,* μάλοις ἢ σεφάνοις. *Theocritus emendatus.* ἐρᾷν ἢ δυρεῖσθαι ὁ κατὰ μῆλα καὶ σεφάνους. μῆλα, ξῶδα, καὶ σίλινα, *ea quæ grata erant. Verſus Cratini ſuppleti & correcti.* ξῶδον τὸ τῆ γυναικὸς αἰδοῖον· ξωδωνία τὸ τῦ ἀνδρὸς. αὐτῷ. ipſi. αὐτεῖ. πεῖ, *Dorica. Theocritus ſemel & iterum emendatus & explicatus.* ἀνηχεί μαν κἀμὲ μῦθος. κἠτάν. ποιμαίνειν ἢ ἔρωτα.

CUm idiotiſmi elegantia, & ſimplicitas qua uſus eſt noſter poëta, mirinca ſit in omnibus poëmatiis, in quibus hactenus verſati ſumus: tum vero in nullo magis quam in Cyclope. Quod mirum non eſt: loquitur enim ut αὐτόχθων, & ex ipſa inſula oriundus. Argumentum hoc tractaſſe videntur Siculi poëtæ complures, inter quos fuit Philoxenus, qui cum hac inſcriptione drama dedit, ex occaſione meretriculæ cujuſdam Dionyſii tyranni, cui Galatea nomen erat. Non alius eſt de quo circa principium homo Græcus: Καὶ Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν, ὅτι τοῦ τῆς Γαλατείας ἔρωτος, ᾗ ἐπιτιθέμενοι τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγλαΐσωσιν αὐτόν, ὅπως δὲ μάτην ὁ ἔρως ἀκμάζει. Fuſius tamen gloſſæ Comici: Φιλόξενος δὲ ὁ Διθυραμβοποιὸς ἐν Σικελίᾳ ἦν παρὰ Διονυσίῳ. λέγεται δὲ ὅτι ποτὲ Γαλατείᾳ τινὶ παλλακίδι Διονυσίου περιτύχοι. καὶ μαθὼν Διονύσιος, ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς λατόμιας. φεύγων δὲ ἐκεῖθεν ἦλθε, εἰς τὰ μέρη Κυζίκου. καὶ ἐκεῖ δρᾶμα ἐν Γαλατείᾳ ἐποίησεν, ἐν ᾧ ὑπέτιγχε τὸν Κύκλωπα ἐρῶντα τῆς Γαλατείας. τοῦτο δὲ αἰτιᾶται εἰς Διονύσιον· ἀπεικασε γὰρ αὐτὸν τῷ Κύκλωπι, ἐκεῖ καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος ἦν ὀξυθύμῳ. Philoxenus in ſuo dramate induxerat Cyclopem, qui à delphinibus petebat ut Galateæ nunciaret, ſe amorem ſuum muſis & cantu ſolari. Nihil uſitatius poëtis quam ejuſmodi γαυκύτητος ἀκμάζω. Propterea legendum apud interpretem, ὅπως ἀγλαΐσωσιν αὐτῇ, non αὐτόν. Sed priuſquam ad reliqua pergamus, emendandus nobis erit Callimachi locus, qui corruptiſſime ab interprete Græco adducitur. Ὡς ἀγαθὸς Πολύφαμος ἀπείρητο τὰν ἀνιδρὰν, Αἰ μάτερ ἁ ἴρωτα κατίχαισι. Scribe,

Ὡ ἐὰγαθὲ Πολύφαμε· ἀπείρητο τᾶς Γαλατείας.
Αἰ μᾶτερ ἁ ἴρωτα κατίχαισι.

idem dixerat Callimachus de remedio muſarum, quo amorem ſuum ſolabatur Cyclops, quod hic Theocritus. Vehementiam amoris optimi Cyclopis poſtea oſtendit poëta: in quibus nihil elegantius

gantius fuit, quam quod corruptum erat, atque adeo non satis intellectum. Merebatur tamen hoc poëmation ut ab eo manus abstinuissent homines leporis & venustatis Theocriticæ plane incapaces. Ego certe hic exclamare cogor, Ω μακεδὼν τὸλμημα δυσέρωτες ἄνδρες ἅμωτοι! Diximus sæpe in Theocrito nihil venustius esse. nihil lepidius, quam ubi dictum aliquod proverbiale alludit, quod hoc loco fecit. Qui vulgari more amabant, nec nimium insaniebant, aut profusi erant, dicebantur ἐρᾶν μήλης, καὶ ῥόδοις, aut, ut alii μήλοις καὶ στεφάνοις. Theocritus utcunque expressit, quod videbis ubi mecum emendaveris:

Ἠρᾶτο δ' ὅτι ἔβδοις, ἢ μάλοις, ἢ δὴ σιλίνοις.

Nam per ῥόδα & σίλινα τὰς στεφάνας intelligit, quod præcipue non minus quam è rosis etiam ex apio coronæ constabant. Sicut supra:

--- κισσοῦ φυλλάτα
Εμπλέξας κεκύνωται καὶ σιλίνοισι σιλίνους.

Subest non vulgaris elegantia. Qui vel impense amabant, vel impense donabantur ἐρᾶν ἢ δωρᾶσθαι ἢ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους. quia hæc munera vulgo ad amicas mittebantur. Festivissimus Lucianus Toxari: τὸ μὲν γὰρ δῶρον, ἢ κατὰ μῆλα, καὶ στεφάνους ἀπεσταλμένον αὐτῇ, ἀλλὰ συνουσίαν ὅλην, καὶ ἀγρὸν, καὶ διαίτημα, καὶ ὠδίνοντες ὑακινθοι, καὶ χρυσὸν, ὁποῖον ἰθιακήν. Nam Chariclea, de qua ibi agit, mala semirosa, & corollas semiaridas, ut solet fieri ab amantibus, mittebat. Ille vero nihil κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους reddebat. Partim enim id quod de Chariclea dixerat, partim hoc lepidissimum dictum in animo habuit festivissimus ille scriptor. Elegantissimum hoc loquendi genus, sicut alia multa Theocriti, habes apud Longinum Περὶ ὑψ. lib. 3. Η τάχα μικρὸν ὕστερον νόμισα ἢ παρθενίαν ἀπώλεσι, καὶ ἄνδρα πεπεισθαί τινα τῶν πομπίων ἐπὶ μήλοις καὶ ῥόδοις. At Theocritus noster τοῖς ῥόδοις etiam τὰ σίλινα addidit. Mirum est interpretem Græcum non potuisse odorari ita legendum esse. Nam quem locum hic habere coma & cincinni possunt? κικίννις, inquit, τοῖς μαλλίοις τῇ κόμῃ. ὡς καὶ ὁ κωμικὸς κίχρησθαι. Ωσπερ ἐγχέλεις χρυσᾶς ἔχων κικίννις Accedit huc quod omnia ea quæ dulcia erant & grata, μῆλα. ῥόδα. καὶ σίλινα vocabant. Cratinus ἐν Νομίσι, cujus versus ab interprete mutilos adductos & corruptos, ita emendamus & supplemus:

Ως ἡδίον ἦν τοῖσι σίτοις ὄδμαμεν,
Ανακτες, ἢ νῦν μὴ δοκεῖ ῥοδωνιά.
Καὶ μᾶλα, καὶ σίλινα, καὶ σιτύμβεια.

Potuitne hos versus adducere, nec tamen animadvertere. legendum esse σιλίνοις? Sed verum est, quod suspicamur, diversorum Grammaticorum etiam has esse glossas. sicut jam millies diximus de reliquis omnibus, quæ hodie ad Theocritum leguntur. Dubium enim non est, quin qui hoc adduxit, σιλίνοις. ut nos, legerit. Putamus, quod amplius est, glossam illam, quæ versus illos Cratini præcedit, non esse illius à quo versus adducuntur; nimirum: ῥόδων δὲ, † γυναικίας ὕλης. παρὸσον ῥοδωνιὰν λέγ' ὅτι λέγ. Quod interdum verum est. sed non apud Theocritum: multo minus in illis versibus Cratini. Sed Pherecrates manifeste muliebrem florem, partemque sacram illam. in qua omnes virum exuimus, ῥόδον vocavit.

Κἄρα σ' ἐν ἀμπίσχοισι τερεύφοις ἀρτίως
Ηδωνιάσιν, καὶ τὰ ῥόδα κικαρμένα,
Πλήρης κύλικας οἴνε μίσγε· σὺ δ' ὀσφραμὼν
Ηττηση φιλ χώρης τοῖσι βυτιομένοις πιεῖν.

Hesychius ῥόδον, Μιτυληναῖοι τὸ † γυναικεῖον, καὶ τὸ σύνδεσις. Sed & ῥοδωνιὰ, ut notat interpres Græcus, in parte obscena positum, de viris. idem: Ρυδωνιὰ, ὁ τόνος ὑπὸ φύσεως τὰ ῥόδα· καθάπερ καὶ ἴωνιὰ, ὅτι τὰ ἰα φύσει· καὶ κρωμνιὰ ὑπὸ τὰ κρήνα. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον αὖτη. Sed hoc loco id accommodare velle, fatuitatis, dementiæ, ambitionis Græcanicæ est, quæ semper puerilibus vitiis laborat. Illud quod sequitur, ἀλλ' ὁποῖαι μανίαι, est quod Attici, κύπτω καὶ ἀκολουθῶ τὸ σχῆμα. Plautus:

*Quam ego postquam aspexi non ita amo*
*ut sani solent*
*Homines: sed eodem pacto, ut insani solent.*

Illud,

Πολλάκι τὸν ὦδε ποτὶ ῥοδίνοις αὐτοῦ ἀκούσης.
Χλωρᾶς ἐκ βυτίνας.

est quod Virgilio occasionem dedit, ut similiter *ipse* pro *sponte* diceret.

*Huc ipse potum veniunt per prata juvenci.*

Sequitur verſu proximo:

--ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων
Αὐτῷ ἐπ' ἄϊδος κατιτάκετο φυκιόωντι.

Scribe, αὐτεῖ, non αὐτῷ, quod Doricum eſt. Sicut enim ΤΕΙ dicunt, pro ΤΗΙ, ita αὐτεῖ, pro αὐτῷ. At qui hoc Cretenſium tantum eſſe volunt, hos ego certe Cretenſes eſſe arbitror. Apollonius lib. 3. Οὐχὶν καὶ ἐπιρρήματα παραπάσαι, ὡς τὸ ΤΕΙ, αὐτεῖ, καὶ ΤΕΙ διὰ τῦ Η· τὸ πρῶϊον, Δώρειον ὅπερ ὑ παρίκηλο τῷ δηΐ· τὸ δηΐτερον, ἀντὶ παρακείμενε ΤΕΙ· & de his adverbiis ſæpe alibi. Sic lib. 4. τεῖτ γὰρ κωπῆϊ συμπερώσᾶται καὶ τὰ ὡς ἐπ ἀγγελία ἐπιρρήματα, τῷ ΤΕΙ, τὸ ΤΕΙ τῷ αὐτῷ, τὸ αὐτεῖ. Igitur legamus, Αὐτεῖ ἐπ' ἄϊδος. Notat interpres Græcus aliquam diſcrepantiam καὶ χαρακτὴρ διαφορὰν ex veteribus exemplaribus, quæ legebant, Πάνος μυιοφόρος, cum Cyclops de hinnulis ſuis agit, non ἀμυιοφόρος, ut vulgo; & interpretatur: μάνος δ' ἐστὶν, ὁ περιστρεφόμενος κόσμος, τὸ ἀηχόμενον μαχάιριν. Et certe nihil notius eſt, quam ſolere veteres illis animalculis, quæ domi voluptatis cauſa nutriebant, ut manſuefierent, ejuſmodi ornatus appendere, ſicut hodieque apud nos fit. Valde igitur placeret Polyphemum hoc dicere, ſervaſſe ſe quatuor hinnulos, μυιοφόρους omnes, & monili inſignitos. Valde placeret dico. Sed vidi poſtea ne hoc quidem prætermiſiſſe magnum virum Iſaacum Caſaubonum. Eſt igitur lectio elegantiſſima ſi vera ſit, nec à Græco aliquo excogitata, ut paginas impleret, & numerus linearum creſceret. Nam illi homines omnia ad penſum dicunt Puto autem iis diſplicuiſſe ἀνωμαλίαν. Cum canit Polyphemus,

Καλόμενος δ' ὑπὸ τῦ καὶ τὰν ψυχὰν ἀηχόμαν,

vix poſſum dicere quam infeliciter ille verſus acceptus ſit cum ſequenti, qui præterea corruptus eſt, ut mox dicimus. Locus eſt quantivis precii, & ἴσως Cyclopis argutiſſima, quæ ut appareat, oſtendemus ab illo verſu. quid ſibi velit, At Νᾶϊ αὐτὸς ἐγώ. Si, inquit, Galatea abhorres à me quod hirſutus tibi videar, ſunt alia rurſus, quæ me tibi commendare poſſunt. Quale eſt illud, quod ignis mihi ſit perpetuus, focuſque aſſiduus. Quamvis certe ſufficere mihi poterat, ignis ille, quo à te, ὁ Galatea, cor meum uritur. Atque hoc quidem illud: quod ſequitur poſtea videbimus. Nunc hoc agamus. Exiſtimavit interpres ἀηχᾶσθαι hoc loco eſſe ὑπομένειν, perferre & pati. Itaque hoc arbitratur velle Cyclopem. Poſſem perferre à te vel cor meum peruri; quod plane ἀνόμοιον eſſet, nec vel tantillum cum præcedentibus cohæreret. Ἀνήσμαι καόμενος, ut meminerunt, qui primas Helleniſmi delicias guſtarunt, eſt, ἀγαπῶ καόμενος. id eſt, ſufficit mihi uri, vel, ſatis eſt mihi ſi uror. Hoc ergo vult Cyclops. Ignis mihi perpetuus eſt: poterat tamen ille ſufficere, qui cor meum invaſit. Quod loquendi genus ut melius animadvertas, ſcribe:

Καόμενος δ' ὑπὸ τῦ κατὰν ψυχὰν ἀηχόμαν.

κατὰν pro κατὰ τὰν, ſicut ΤΟΤΔΕ & ſimilia, quæ non poteſt ignorare, qui hunc authorem attigit. Jam de ſequenti quid dicemus qui tam levi occaſione tantum venuſtatis & elegantiſſimæ mentis amiſit? Diu eſſe quod corruptus fuerit iſte locus, apparet vel ex Græco interprete, qui deceptus vitioſa lectione unius voculæ, omnium ineptias & ſtuporem ſuperavit. Antiquos ea quæ plurimi faciebant jurare ſolere, res eſt vel pueris nota. Polyphemo nihil erat carius unico oculo: cum aliis etiam nihil carius ſit duobus. *Ni te plus oculis meis amarem*, ait Romanus poëta. Semper autem pluris oculum ſuum merito μονόφθαλμος facit, quam cui uterque relictus eſt. Qua de re locus eſt elegans apud philoſophum in Rhetoricis, ubi majori multa afficiendus dicitur, qui μονόφθαλμον excæcavit: additur cauſa: τὸ γὰρ ἀγαπητὸν ἀφῄρηται. Itaque Polyphemus jurare ſolet τὸ ἀγαπητόν: oculum ſuum unicum & dilectum. Sic idyll. 6.

Κύ μ' ἴλαθ', ὑ τὸ ἰμὸν τὸ ἕνα γλαυκὸν, ὃ πορεύμαι
Ες τίλος.

Non me latuit, inquit, non per dulcem meum unicum, nimirum oculum. Scribo igitur: Ναὶ τὸ τὸ ὀφθαλμὸ. non Καὶ. Vide jam ſenſum. Præceſſerat, Καόμενος δ' ὑπὸ τῦ κατὰν ψυχὰν ἀηχόμαν. Mihi, inquit, ſufficere vel hic ignis poterat, quo à te comburor. imo, inquit, juro illud per unicum meum oculum,

quo

quo nihil mihi dulcius aut carius. Sicut ſupra τ̃ ἴτε γλυκὺν dixit ἱλικιμίνον, ſic hic, τ̃ ἴτα ὀφθαλμόν. Tireſias infra eodem modo per amiſſos oculos jurat:

Ναὶ γὰρ ἰμὸν γλυκὺ φέγγος ἀπαιχόμενον πάλαι ὄσσων.

At interpres Græcus qui non vidit hic Ναὶ legendum, ſicut & reliqui, omnibus nervis ſententiam ſpoliavit. Nemo, ut arbitror, negabit valde inſolenter à Theocrito dictum eſſe illud, quo hoc idyllium concludit:

Οὕτω τοι Πολύφαμε· ἐπὶ μαίρᾳ τ̃ ἴρωτι, Μυρίον᾽ ἦν.

Nam à Græco interprete fruſtra ſit qui auxilium expectet, cum notat: πρὸς τ̃ Νικίαν ὁ λόγος· ἀπὸ τῦ κωμικῦ. ὕτως ὁ Πολύφημος, φησὶ, μετακιθίζων τ̃ ἔρωτα καὶ διαφέρων μικρῷ. Quædam ſupra à me notata memini de Theocritico ſchemate, quale ſit & quam frequenter eo poëta utatur. Idem hic factum eſt. βυκολεῖ & πυμαίνῃ utrumque eſt νέμῃ, id eſt paſcere. Nihil autem uſitatius eſt Græcis, quam τ̃ βυκολεῖν ἀντὶ τῦ μετακιθίζειν ἢ κουφίζειν uti, mitigare, & levare. τὸ βυκολεῖ τ̃ ἔρωτα, eſt κουφίζει τ̃ ἔρωτα: quod ſi dixiſſet, nemo miratus fuiſſet, cum nihil ſit uſitatius. At ille ſuo more, ἐκ μετακιθίσεως, πυμαίνῃ non βυκολεῖ dixit. Atque ita Cyclopem relinquamus.

## CAP. XVIII.

*Aites percurritur.* βράβυλα. χρύσεοι. *Lectio Theocriti elegantior.* Θεοὶ ὑπέρτεροι τύπων. *Locus Theocriti emendatus.* ξὶς ἀραῖα. *Signum violatæ relligionis &* ἀλιθείας *puſtulæ in naſo.* Νισαία. *Locus emendatus Theocriti.* ἐκείαλλα ξείνων. *Diocles.* Διόκλεια. ἄκρα φορίδος. *alia.*

FAcilius cujus non ſit hoc idyllium, quam cujus ſit, conjici poſſe exiſtimo. Character mollis, planus, ſuavis: ac vel propterea non pro Theocrito noſtro. Interpres Græcus ſtatim in principio cum reliqua tangat, quæ ibi dicuntur, altum tamen ſilet in illo:

— ὅσον μῆλον βοσκύλλοις Ἠλίου, ὅσσον ὄϊς σφετέρης κατιωτέρω ἀρότοιο.

Succurrit Heſychius: βοσκύλλοις, ἀλόγοις φυτῦ κακῦ. Valde ad hunc locum accommodate. Nihil tamen de ſpecie definit. Nam quod apud Athenæum notat Clearchus, Siculis βοσκύλλα dici τὰ κοκκύμηλα, notum eſt. Grammaticus aliquis ad ſeptimum idyllium notat, βοσκύλλα, τὰ κοινῶς κοκκύμηλα, ἤγουν δαμασκηνά. Quorum poſterius ex hoc loco manifeſte falſum eſſe convincitur. Quis enim neſcit quanti precii apud veteres tam Romanos quam Græcos τὰ δαμασκηνὰ fuerint, quæ hic tanto intervallo poſt τὰ μῆλα ſtatuit, quamvis intelligas illa quæ γλυκύμηλα dicebant? Cum dicitur non longe à principio ab eodem amante,

— ἦ ῥα νοῦ ἦσαν Χρύσεοι πάλαι ἄνδρες,

puto τὸ χρύσεοι ſumi ut ſæpe in comœdia occurrit, ubi vox amatoria eſt, & delicias notat. Apud Antiphanem meretrix quædam dicitur ἔχειν ἦδύ τι χρυσῦν, quæ præ reliquis amabilis erat.

— ἦτος δ᾽ ὃν λέγω Ἐκ γειτόνων αὐτῇ καλωκάγαθός τις ὢν ἐπαφεῖτο, ὅτι ῥᾳδίως ἀφίκοιτο Ἀσῶν, ἱρέμμι δ᾽ ἐπιτρέχειν καὶ συγγενὴς, Ἡδύ τι χρυσῦν πρὸς ἀρετὴν κεκτημένος.

Horatius:

*Qui nunc te fruitur credulus aurea,*
*Qui ſemper facilem ſemper amabilem*
*Sperat.*

*aurea & amabilem* ἐκ παροιμίας: Et certe inter illas voces ea quibus meretriculis abblandiri, καὶ ὑποκιθίζειν amatores ſolebant. Comicus Acharnenſibus:

Φιλάττειν με μαλθακὸς ἦ χρυσίον.

Cauſam alibi infra plenius reddimus. Sed, ne quid diſſimulem, non poſſum dubitare, quin poëta ſcripſerit, non πάλαι ſed πάλιν: ſenſu longe alio & venuſtiore. Putarim ſic quoque legendum eſſe in gloſſa interpretis, quicunque tandem eſt ὁ ὑπομνηματίσας, qui notavit: ὡς ἴσως δὲ νῦν ἦσαν πάλαι ἄνδρες ἐκ τῦ χρυσῦ γίνες,

γένος, ὅτι ὁ φιλῶν ἀντιφιλεῖται. ut ſit ſenſus: Certe tunc ſecunda ætas aurea fuit: bis enim ea fuit: ſemel ſub Saturno ſemel illo tempore quo amabat quicunque amabatur. Mirum eſt quantos in errores homines ſæpe doctos vulgaris Helleniſmi imperitia impellat. Quod apparet cum Theocritus ſcripſit, aut quicunque eſt ὁ πιπτάμιτος,

Αμ' ἤτοι τύτων μὲν ὑπίρτιρος ἰξοχόνις
Εατον· ὡς ἰδόκιτο.

Græcus interpres, ἀλλ' οἱ δὲ μὲν ἴσονται οἱ ἰξοχόνις ὑπίρτιρος τύτων· τυγχάνι ἰσχυρίζονται βοηθοί, ὡς ἰδόκιτο. qui manifeſte ἰξοχόν aſſumere videtur vocem βοηθοί. Unde Latini interpretes tanquam ſenſui ἰδόκιτο vocem *diſpenſatores* addiderunt: qui hos verſus hoc modo reddunt:

*Verum horum omnium ſuperi calicola*
*Diſpenſatores erunt, ſicut volent.*

Cum oratio tamen ſit integra & plena, nec quicquam foris accerſendum ſit. Plenus ſenſus, plena eſt mens. Dicunt Græci εὖ καὶ ὑπίρτιρον τινος, ἢ εὖ τι ἢ καλῶς διοικεῖσθαι, qui bene & prudenter aliquid adminiſtrat, vel, qui plenam alicujus rei poteſtatem habet. Sic ὑπίρτιροι χρημάτων, qui opes ſuas bene adminiſtrant, aut eas in poteſtate habent. Pro quo eadem ratione κρίσσονις dicebant. Atque hinc κρίσσονις Dii locorum dicebantur, qui plenam aliquem in locum poteſtatem habent. Ubi κρίσσων ſumitur ſicut hic ὑπίρτιρος. Sunt Dii κρίσσονις ſunt ὑπίρτιροι rerum omnium. Nemo igitur eos miretur τύτων ἢ τύτων ὑπίρτιρος dici. Toti huic verſui, Αμ' ἤτοι τύτων μὲν ὑπίρτιρος ἰξοχόνις Εατον', Homericus ille ἀντίθεος eſt: Αμ' ἤτοι μὲν ζώντα θεῶν ἰν γόνασι κίται. Quod autem ἰδόκιτο habeamus, ſicut quædam alia quæ Dorica ſunt, in hoc idyllio, factum negligentia eſt imperitorum hominum, qui cum per ſe verum videre non poſſent, noluerunt, quod proximum eſt, οὐ ἰδόκιτο πιθέσθαι. monuerat enim magiſter, qui huic idyllio argumentum ſuum concinnarat, ſcriptum eſſe τῇ Ἰδοῖ. In ſequentibus verbis de naſo miramur viros doctos tam obſtructi naſi fuiſſe, ut ſe tam manifeſte paterentur circumduci, καὶ μὴν ἔλκεσθαι: qui editoribus crediderunt, ſcribentibus,

Τυίδνα μὲν ὕπνῳδιν ἀρυὴς ὑπ' ἀναρσιῷ,

& interpretibus, qui reddunt, *ſuper naſo raro*: quibus profecto fuit potius ἀραιὰ φρήν. ſatis manifeſtum eſt hoc velle poëtam: Ego vero te laudando non alam in naſo puſtulam, quod eſt, tua cauſa non mentiar. quia mentientibus ejuſmodi ψυδρόμικα, ut vocabant, id eſt puſtulæ, in naſo erumpebant. Sed nondum video cur μὲν ἀραιὰ dicatur, ἤγουν καθόλου. Scribendum, ἀρᾶσι, ἤγουν καθορᾶται. Eorum qui mentiebantur naſum fieri exiſtimabant καταράζειν, & quaſi reum tanti criminis hanc pœnam pendere, ut in puſtulas abiret. Ἀρᾶσι ſunt qui relligione tenentur, ac plectuntur ob commiſſum nefas. Relligionis autem violatæ ſigna in naſo erumpere exiſtimabant. Ἀρᾶσι ſic dicitur, ἡ τῇ ἀρᾷ ὑποκείμεν. Heſychius: Ἀρᾶσι, βλαβερῶς. &, Ἀρᾶται, καταράζει, ὡς τὸ, ὁ πρόσθεν ἰνδὺς ἢ ἀραῖος μὴ νίκα, οἷον ὁ ἐφ' ᾧ πορευόμενος, ἢ καθ' ὑχὴν. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. Scribit Græcus homo: Νισαῖος τὸν περὶ τὴν Ἀτλικήν. ἰσχύον γὰρ Μεγαρέων ἡ Νίσα. Si aliis credimus vix eſt dubium quin ſcribendum ſit, Νισαία. Autor gentium: Νισαία, ἰσχύον Μεγαρέων, καὶ αὖτη ἡ Μεγαρίς, ἀνὶ Νίσης τῆ Πανδίονος. Itaque mirum non eſt, omnibus fere poëtis τὸν Μεγαρῆ perpetuo adjuncto Νισαίῳ dici: pro quo alibi tamen ναταῖο ſubſtitutum invenies: ſicut Nonni Dionyſ. ιδ, cum legitur,

Καὶ πόθεν ἰμαρτῆς πλοιαρχήσειν ἀνίκα καὶ
Νισαίῳ Μεγαρῆ Κυδωνέα ἰζύμια τάλαντα;

ubi in ἀνικάθητος ſuis in hunc poëtam Gerardus Falkenburgius, ex hoc loco, Νισαίῳ emendarat. Non ſatisfacit quod paulo poſt dicitur,

--τὸν Ἀτλικὸν ὡς περὶ ἄλλων
Ξάνθων τιμήσαιτο δικαία τὸ φιλοτιμία.

Scriberem, ὡς περίαλλα Ξάνθων τιμήσαιτο. alterum ſine venuſtate eſt. nam τὸ περίαλλα hoc modo qui in poëtarum lectione non penitus hoſpites ſunt non vehementer probare non poſſunt. Περίαλλα ξάνθων, ut ἴδοχα πάντων. Atque ita citat hunc verſum Ariſtophanis interpres, niſi quod non ξάνθων, ſed ξάνθου ibi legatur: quod & ferri poteſt: quamvis hoc præſtet. Sunt ergo ſcribendi & diſtinguendi hi verſus hoc modo:

Νισαῖοι Μεγαρῆς, ἀριστεύοντες ἱππάσει,
Οἷδεν αἰχμητὴ τὸν Ἀτλικὸν, ὡς περίαλλα
Ξάνθων

Κύπριν τιμήσασθε Διοκλέα τ' φιλόπαιδα.

Posita distinctione post Ἀτλικὸν. τ' Ἀτλικὸν, ὁλοκλήρους, ut τ' Δαφνικὸν, τὸν Σικελικὸν, nimirum ἀγῶν. Festum quod huic Diocli apud Megarenses institutum erat, dicebatur Διόκλεια. Aristophanis interpres Ach. ubi multum vapulant Megarenses, ἢ ἐξ ἀμάξης μυσττικὴ κωμῳδοῦσιν οἱ ἄνδρες. notat: Διοκλεῖς ἦρως ἐτιμᾶτο παρὰ Μεγαρεῦσιν. ᾧ καὶ ἀγῶνα τιθᾶσι τὰ Διόκλεια. Hunc amatorem jurabant illi, sicut ille apud Comicum:

Δ. Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε. Μ. Ναὶ τὰ Διοκλέα,
Ἐμέ γε.

Certamen hoc instituit Alcathus Pelopis filius. Meminit ejusdem. nisi fallor. in Theseo & Plutarchus. Theocritus ἄκρα φέρεσθαι dixit, quod Sophocles, ἄριστα φέρεσθαι. Quem locum ejus non bene assequuntur interpretes. Is est in Electra, ubi chorus:

ὦ
Ζεῦ μοι καθύπερθεν χορὸς
Πλείστων τῶν ἰχθρῶν, ὅσοι
Νῦν ὑπὸ χεῖρα πάϊς
Ἐμὸς σ' ἐφύτευκε μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐπ' ἰσοτιμῇ.
Βιᾶσθαι· δ' ὅμως μέγιστ' ἴσχυσε
Νίκημα, τοῦδε φρεσμίτας
Ἀρίστα τῇ Διὸς εὐτυχίᾳ.

Notat interpres, ἃ δὲ φυσικὸ χ' μίγιστα νίκημα ἴσχυσε, τούτων ἀποφερσμίτου τὸ ἄριστα· ἢ ἴσως ἀμφιβόλως τῇ εὐτυχίᾳ τῇ τοῦ Διός. ἢ ὅρισε τῇ εὐτυχίᾳ. ᾧ ἂν τις ἰσότιμον αὐτὸ τῇ περιπεσούσῃ φερσφερσμένῳ τῇ εὐτυχίᾳ τὸ νίκημα· αὐτὸ τοῦ μετὰ εὐτυχίας παρέλυσεν. Triclinius vero: ἤγγυ, φερσμένῳ δὲ ὁ τῇ εὐτυχίᾳ τοῦ Διὸς ἄριστα ἢ κρίνοντα, λέγω δὲ τὸ κέδεσθαι τῷ παιδί, ἄριστα τοῦδε ἢ τούτων, ἃ μέγιστα νίκημα ἴσχυσι παρ' ἀνθρώποις. πάντων γὰρ τῶν νομίμων ἢ δικαίων τοῦτ' ἐν κρίτον ἢ μέγιστον παρὰ πᾶσιν ἀνακεκρίσθαι, φερτέρα παιδὸς πατρὸς· ὁ Ζεὺς ἀποδείκνυσι, ἢ εὐτυχὴς λογίζεται. Neuter poëtæ mentem videt: uterque se torquet. Ἄριστα φέρεσθαι τύτυ ἢ τύτυ Græci dicunt aliquam, qui in certamine reliquos superat, & victor evadit. Itaque dixit Tragicus Electram φέρεσθαι ἄριστα in iis quæ maxima sunt & habentur, id est, potiores partes obtinere, & superare reliquos: non aliter quam Theocritus dixit, ἄκρα φέρεσθαι φιλήμασιν. Jam illud, τῇ Διὸς εὐτυχίᾳ more Tragicorum dictum est ἢ τῶν ἀτλικιζόντων, qui defective loqui gaudent.

## CAP. XIX.

*Hylas percurritur.* ἐκ Διὸς, *interdum apud poetas ominis causa. Theocritus emendatus.* οὐ ἵκετο. μετάγειν κῶας. πλεῖν μὴ κῶας. *Locus poetæ emendatus.* οὐθωύκειν αὔλακα. ὄπιδρόπιον. Χῶρος ἤμβρος. εἰλιτενὴς ἄγχωσις. μακάρων ἀειθαλέα. *Hylæ* γαστροκόμπος. λειποναύτης.

ARgumentum valde tritum veteribus, & pene usu consumptum, Hylas: ut merito exclamet princeps poëta, *Cui non dictus Hylas puer?* Ad hoc tamen Theocritus non minus quam reliqui symbolam suam conferre voluit, nec cum Chærilo questus est,

Ἀ μάκαρ ὅστις ἔλαι κείνοι χρόνοι ἦδεις ἀοιδῶν,
Μυτάων θερέπτων, ὅτ' ἀκείρατος ἦν ἔτι κλιμώ.
Νῦν δ' ὅτι πάντα δίδαχαι, ἴσχυσι δὲ πάσσοφος τέχνη,
Ὑσπιν, ὅστις θρέψεν, ἀπολλύμενος· νῦν δὲ ἴσα
Πάντ' ἀκαλήφησι πολυγνώς, ἄρμα πολύπαν.

Poëta bonus frugalem patremfamilias imitatur, qui sæpe sumptu minimo veteri supellectili novum cultum addit. Hujus idyllii in ipso limine legitur:

Οὐδ' ἔκ' ἀ νύκτερος ὑπατρίχα ἰς Διὸς ἀώς.

Scribendum ἰκ Διὸς. Quæ præcedit est mediidiei descriptio: quæ sequitur jam declinantis: in medio posuit ᾧ τῷ ὄρθρῳ, & matutini temporis. Neque interpres Græcus aliter legisse videtur. Quoties utantur τῷ, ἐκ Διὸς, poëtæ, sciunt qui Homerum & Heliodum in manibus habuerunt. Plerumque tamen est ὑφηνιόχου. Ut cum ὕδωρ ἐκ Διὸς dicunt τὸ ὄμβρος & similia. Sæpe solet περιττὸν. & ominis causa poni tantum. Nonnus,

Εἰσίτι τὸν κύριον Ἀρκεσίλαον Θυμοῖτε
Γᾶμαι ἀπαλφύχεται ἐτάτιοι ἐκ Διὸς αὖραι.

Ex Apollonio autem meliùs, è quo id mutuatus eſt, quomodo ſumendum ſit apparet: qui ait voluntate τοῦ Διός, auras illas ſpiraſſe ἐκ Διός.

Καὶ βωμὸν πυθέσθαι μάγνητα Διὸς Ἰκμαίοιο·
Ἰκέσθαι δ' ἐρέξειν ἐν ὕδρηϊ ἀτείρεα κούρῃ
Σίφῃ, αὐτοῦ τι Κρονίδῃ Διΐ· τοῖο δ' ἴκαστι
Γᾶμαι ἀπαλφύχεται ἐτάτιοι ἐκ Διὸς αὖραι.

Sicut apud Heſiodum ἐκ Διὸθεν ſæpe. Hic autem neceſſarium eſt. At qui ἐκ Διὸς legebant voluerunt poëtam bis idem agere: hoc enim tempus quo Aurora diceretur ἐκ Διὸς ἀνατρέχειν, eſſet idem, quod ſequenti verſu deſcribitur. Jam tres diei partes habet. Præterea; quis dixit unquam veſperi Auroram abire? hoc eſſet, meo judicio, ac ſi quis diceret, veſperi matutinum tempus occidere. Cum veſpertinum tempus ita deſcribit poëta,

Οὐδ' ὅσσοι' ἀρτάλυκες μινυθοῖ πατὶ κοῖτον ἔχοντες,
Ἐξάματος πλεῖα μετρεῖς ἐπ' αἰθαλόεντι πετεύρῳ,

ἀρτάλυκες vocavit pullos gallinaceos; 'non promiſcue omnium avium, ſicut video à Grammaticis explicari. Patet ex πετεύρῳ, quod exponitur, σανὶς ἐφ' ᾗ αἱ ὄρνιθες κοιμῶνται. Et Nicandri loco in Theriacis:

Μορφὴ δ' ἰχνεύσας κυνοσύρτης, οἷον ἀμυδρῆς
Ἰκτίδος, ἢ τ' ὄρνιν καθυπνώοντα δάλεσθαι
Μείζω, ἐξ ὕπνοιο καδαρπάζοντα πετεύρου.
Ἐσθε μὲν ἐς τούγγοιο ἐπ' ἴκριον, ἢ ἔ γ' ἀφαυρὴ
Τίπτε τιθαιδάσσοντο ὑπὸ πλευρῇσι δέμνια.

Nec ſigno magis familiari agricolæ utuntur diei declinantis. Malim tamen & hic legere πετεύρῳ, ut apud Nicandrum eſt: ſonus enim erit πλατύτερος, magiſque pro poëta Dorico: ſicut mirum in modum etiam Nicander delectatur τοῖς Δωρίζουσι τῶν ῥημάτων, ut jam ſemel diximus. Sed aliud eſt quod ſequitur:

Ὡς αὐτοῦ κατὰ δῆμον ὁ πᾶς πυκασαμένοις οἴκ,
Αὐτοῦ δ' οὖ ἴκανον ἐς ἀλαθείην ἔπος ἔπος ἐπεξεῖν.

In quo loco miris olim modis ſe torſit Henricus Stephanus: qui, *fortaſſe*, inquit, *ſcripſerat*, Αὐτοῦ δ' ἐξ ἴκανον, (*hoc mollius futurum fuiſſet*, Ἐξ αὐτοῦ δ' ἴκανον) *Ex ipſo trahens, id eſt, exemplum ab ipſo ſumens.* Sed quis ita loquitur, *ex aliquo trahere*, pro, aliquem ſibi imitandum proponere? Jam Græcum interpretem audiamus: ἀντὶ τοῦ αὐτόθι· ἅπαξ αὐτόθι ἐκ τούτου καλῶς ἴκανον ἢ κατὰ μικρὸν ἐκατήμενοι, μᾶλλον ὀλιγίστων ἀνὴρ γένοιτο. ἀρχαῖοι δὲ μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἐκ τοῦ αὐθαιμόνων καλῶς ἑλκόντων. Ineptiæ, quarum rationem reddere non poſſum. Viri magni alia excogitarunt poſtea, qui & hic legendi ſunt vel authoritatis eorum cauſa, maximique nominis, &, quod plus eſt, tantæ eruditionis, quantam vel nemo vel unus eorum fortaſſe qui hæc ſtudia tractarunt, aſſecutus eſt. Sed legendum eſt:

Αὐτοῦ δ' οὖ ἴκανον ἐς ἀλαθείην ἔπος ἔπος ἐπεξεῖν.

Nihil ſimplicius, nihil facilius, nihil uſitatius. Herodotus: Τίλλῃ τοῦτο μὲν, ἢ ὅλους οὗ ἀκούσῃς, πολλοὺς ἔστι καλοὺς κἀγαθοὺς. Eſt igitur, Αὐτοῦ δ' οὖ ἴκανον ἐς ἀλαθείην ἔπος ἀκοῦσαι, ὅθεν οὗ πολλοὶς ἴκανον, ἀνὴρ καλὸς τε κἀγαθὸς παρ' αὐτοῦ γένοιο. Quare non eſt, quod amplius de alia hujus loci emendatione nos torqueamus. Verſu ſequenti quod legitur,

Ἀλλ' ὅτι τὸ χρύσεον ἴσχει μᾶλα κώλας ἰόντων
Ἀλτενίδῃς,

locus omnino ſimilis fereque ipſe apud Mimnermum,

Οὐδ' ἑκάτερθε κατὰ κώλας ἀτάγκεγεν αὐτὸς
Ἰόντων
Ἐξ Ἀσίης, τελέσας ἀλγινόεντα δόλον.

Ubi duo notanda nobis veniunt. Primo, illud, ὅτι τὸ, in Theocrito poſſe mutari in ἑκάτερθε, quod Δωρικώτερον eſt, quomodo ſcripſiſſe potuit. Deinde non alio apud Mimnermum modo, μᾶλα κώλας quam apud Theocritum dici. Apud Elegiographum nihil aliud eſt, quam, πρὸς τὰ κώλας ἀτάγκεγεν: apud noſtrum τὰ μᾶλα, ut apud Homerum ſæpe, πρὸς vel ἐπὶ eſt. Sed ne hoc quidem prætermittendum eſt. Legitur infra,

Εἶτον δ' ὄρμον ἔδοσθ' Περσιτίδος ἄλσεα Κύπρου
Αὔλακας ὑφ' ἵππων βῶν τελέσαντες ἄεθλον.

Diu

Diu eſt cum aliquid illi loco ad ſenſum deeſſe viderem, quem expectat lector: non eſt tamen qui in ejuſmodi tardius aliquid conſtituat, quam ego Nec enim ſatis eſſe exiſtimo locum aliquem corruptum eſſe ſi conſtet, niſi id etiam ex emendatione manifeſtum fiat. Præſertim ubi altera talis eſt ut ferri poſſe videatur, Heſiodus lib. Ἔργων. 2. aratorem vult eſſe quadraginta annorum, ne amoribus & reliquis ineptiis juvenilibus avertatur, quo minus pergat ἰθὺν αὔλακ' ἰλαύνῃ: quod Theocritus infra ὄγμον ἰθὺν ἄγῃ dixit: ubi bubulco aratori amatorique objicitur, quod aliis curis diſtractus ſulcum rectum ducere non poſſit:

Οὔτε τὸ ὄγμον ἄγῃ ἰθὺν βύτᾳ, ὡς ζυγὸν ἕλκῃς
Οὔθ' ἅμα λαιῷθμιτὸ τῷ πλατίον.

ἰθύνῃ igitur & εὐθύνῃ ſunt arationis verba, quæ proprie ad ſulcos referuntur. Scribo ergo, ἴνθα Κιναὶθ Αὔλακας εὐθύνουσι. Nihil verius. Εὐθύνῃ αὔλακα, eſt, quod jam apud Heſiodum eſſe diximus, ἰθὺν αὔλακ' ἰλαύνῃ. & Theocritum, ὄγμον ἰθὺν ἄγῃ.

Τῶς δ' ἅμα τοιαῦτα μεμυθίσμενος ἀλλὰ ἑταῖρος
Ἀρῖον διέκτησας τετράτροφον, ἱκτάλωμον·
Οὐ κ' ἔργα μετὰ τῶν ἰθὺν αὔλακ' ἰλαύνοι.
Μηδέ τι παπλήσιον μὲν ὁμίλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων.

Periegetes cum Ægyptios commendat, ut primos arationis autores, ait, hanc gentem primo κλῆρον ἀπλοΐης ὑπὸ αὔλακος εὐθυτάτης.

Τῷ κάρα ταπεινάσαι ἀριπρεπέων γόνυ ἀνδρῶν,
Οἵ πρῶτοι βώλους διεκίνησαν κατὰ γαῖαν.
Πρῶτοι δ' ἡμερίδος ἐπέβησαν ἀέθλου,
Καὶ σφέων ἐυστάτης ὑπὸ αὔλακος ἀπλοΐησεν.

In Apoſtolii Parœmiis, Adagione, Ζητεῖ τὸ ὑ παρέλκει, aliter paulo legitur verſus ille, qui nunc ita apud Theocritum ſcribitur:

Κὤχλει Τλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδέρκιον αἰεί.

nimirum:

Κὤχλει, ὁ ξανθὸς Τλας, ἐπιδέρκιον αἰεί.

Ubi ἐπιδέρκιον dicitur, vt ſæpe ὑψικέρᾳ. Apollonius qui locum mutuatus eſt ἀμφικάτιεσσι dixit πετηδέρκιον: quod aliquis arbitrari poſſet apud poëtam tum temporis ita ſcriptum fuiſſe. Nonnus tamen in Hylæ hiſtoria ἐπιδέρκιον retinuit, qui non minus quam Apollonius poëtæ noſtri verſus in animo habuit.

— ὅπως ἐπιδέρκιον εἴη
Αὐτὸς ἑῷ βατιλῇ φέρων γλυκερώτερον ὕδωρ.

Paulo poſt χωλεὸν ἄμμον dixit, ſicut Salluſtius & Silius *locum ſedentem* vocant. ἕ κατωφερῆ.

— τάχα δὲ κρύπτει ὑπήνιον
Ἡμίονον ἐν χάρῃ.

Cum poëta ſuaviſſimus ἀχρωτιὰ herbam, aut gramen potius, vocat ἰλυτιήν, non poſſum approbare gloſſam interpretis. Ἡσυχ. γραμμένη. καὶ ἰλυτιᾶν ἐπὶ μίσους. ἢ πυρπολίσεως ἢ τῆς φυλῆς κωμῳδοῦσι. Malim, ut in noſtro edidimus, ἰλυτιῶν. quomodo apud veteres Theocriti interpretes legit olim Etymologus, qui frequenter eos adducit. ἰλυτιῶντες, inquit, ἀχρωτιὰς, Θεόκριτος. ἢ ἐν τοῖς ἔλεσι γινομένη ῥιζοβλαστήματα. ἢ ἐπὶ πολὺ διήκουσα, πλουσιαστικῶς. Sed, ut verum dicam, mutilus videtur ille locus: nec dubium eſt ex eo quin & alteram lectionem viderit. Si ſcribas: ἰλυτιῶντες ἀχρωτιὰς, ἢ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη. ἢ ἰλυτιῶντες, ῥιζοβόλους γάρ, ἢ ἐπὶ πολὺ διήκουσαν. aut ſimili modo. Mihi alterum placet. Ante omnia lepida & venuſta eſt Hylæ καλλικόμωτις: qua dulciſſimum & melleum hoc poëmatium concludit poëta. cum euphemiſmo quodam lepidiſſimo.

Οὕτω μὲν κάλλιστος Τλας μακάρων ἀριθμεῖται.

Noluit Theocritus, propter ea quæ præceſſerant, dicere, ὕτινα ὁ Τλας τίθηκεν: ita mortuus fuit Hylas: Sed eum ait. τῶν μακάρων ἀριθμεῖται. Duplices ſunt μάκαρες, οἱ θεοὶ, καὶ οἱ τεθνηκότες. Hujus euphemiſmi tam elegantis ſuavitatem non animadvertere merebatur interpres Græcus. ob reliquas ineptias, quas ſæpe committit. Homines ſimul ac vivere deſinunt & mortales eſſe, μάκαρες fiunt, ea ratione qua vulgo μακαρίτας eos dicimus. Eos ergo quos Romani, mali ominis vitandi cauſa, dicunt, fuiſſe; Theocritus noſter dicit, μακάρων ἀριθμεῖσθαι. Dicunt autem Græci ἀριθμεῖσθαι μακάρων,

κέρας, ſicut Horatius, *fies fontium. Fies nobilium tu quoque fontium, Me dicente.* Mira & hic ſuavitas, & dulciſſima rei triſtiſſimæ circumvelatio. Vix eſt ut unquam ſine ſingulari elegantia loquatur poëta, aut veteri ritu, quem reſpicit. ut cum inquit:

Ηρακλέα δ' ἄρσες ἰκτρὸμοι κτεινάντα.

quibus manifeſte κτείνοντα Græcorum tangit. Erat autem κτείνειν vox è foro. Accuſabant eum κτείναντι qui navem relinquebat, ſicut κτείνειν, qui exercitum: ἀναμαχίαν autem, non qui navem relinquebat, ſed qui in navali pugna non ſtrenue rem gerebat. Vide quam ſuaviter. Hercules relicta Argo & heroïbus Hylæ cauſa aberrabat: at illi interea accuſarunt κτείναντι. Jam ad reliqua.

## CAP. XX.

*Cyniſcæ Amor excutitur. In ſchola Pythagorica,* σκαζικοὶ, πολιτικοὶ, μαθηματικοί. Πυθαγορικοὶ, Πυθαγόρειοι. Πυθαγορισταί. *Theocritus emendatus. iterum* ἐν χόρτῳ. χόρτος. *ædium pars.* παῖς. σφίγματος. ἀναξὶς. καλὸν. βολοὶ καὶ κοχλίαι. καθειστηκότα βεβώματα. *Theocritus emendatus.* μάτην εἰς ἄνδρα ἡμείων. *Theocritus tentatus. alia.* μᾶλα ξέοντι. μᾶλον *apud Siculos pro deliciis. ſuis in paræmiis citandis.* ὁ σὸς ἐπὶ. κατὰ τὸ σὸν λέγοντα. Μιμαειεῖς. *alia.* λουτρίζεσι πάλ. γηραλέοις ὑπὸ χροτάφοις, *& ſimilia.*

INter ea Theocriti idyllia in quibus multum eſt ſimplicitatis, non poſtremum eſt quod inſcribitur ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ: quam autor argumenti Æſchinis uxorem facit: quod, meo judicio, non eſt neceſſe. Cum præcipue optet infra Æſchines ſe poſſe ἀποσίρᾳν, ejuſque amore defungi. Sed Theocritus noſter ne hic quidem morem Siculorum exuit, quos Marcus Tullius merito ait eſſe dicaſſimos. Quod probat illis lepidiſſimis verbis ſatis, quibus pallorem philoſophorum & maciem tangit, quos ait, ἐκ τοῦ ἀλείφω ἰρᾶν. Aliquis ibi Grammaticus ſubtiliter diſtinguit Pythagoræ diſcipulos: quorum alios σκαζικοὺς, alios πολιτικοὺς ſtatuit, alios μαθηματικούς. Quæ procul dubio, quiſquis eſt è Pythagoræ vita deſcripſit, cujus epitomen nobis reliquit Photius; apud quem legitur: Τῶν δὲ Πυθαγόρου οἱ μὲν ἅπαν περὶ τὴν διαίτησιν καθηγούμενοι, οἵτερ ἐκαλοῦντο σκαζικοὶ· οἱ δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα, οἵτερ ἐκαλοῦντο πολιτικοὶ· οἱ δὲ περὶ τὰ μαθήματα, γεωμετρικὰ καὶ ἀστρονομικὰ, οἵτερ ἐκαλοῦντο μαθηματικοί. Sed & altera illa diſtinctio ex illo fonte eſt: Τῶν δὴ οἱ μὲν αὐτῷ συγγινόμενοι τῷ Πυθαγόρᾳ, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοὶ· οἱ δὲ τῶν μαθητῶν, Πυθαγορίσται· οἱ δὲ ἄλλοι ἴδιον ζηλωταὶ, Πυθαγορεισταί. quæ fere αὐτολεξεὶ deſcripta ſunt. Quod autem Platonem Πυθαγορίσαι hic à poëta dici exiſtimat, non alio colore verum eſſe poteſt: niſi quatenus inter illius familiæ διαδόχους Plato nonus fuit; decimus Ariſtoteles. Cum ait, Ὀκχεῖ κἀνταῦθα, iiſdem notis Pythagoricos diſtinguit, quibus Comicus Socraticos:

Τὸν ὠχριῶντα τὸν ἀνυπόδητον λέγω.

Paulo poſt cum ſcribitur,

Τοιοῦτος μὲν δὴ τὸ φίλ' Ἀλκίνε, ἄσυχος, ἠδύς,
Πάντ' ἰθίλων κατὰ καιρὸν· ὅμως δ' ὀλίγον τί τὸ καρὸν,

Vir Clariſſimus Iſaacus Caſaubonus in ſcripto codice ſe repperiſſe teſtatur, ἄσυχα ἠδύς. Unde veram lectionem fecimus, ἴσχα ἠδύς, quod eſt, μέτρια σφόδρα, ut de Chærea ſuo loquitur in Apologia apud Platonem Socrates: qui iiſdem videtur fuiſſe moribus, quibus hic noſter Æſchines. Mox vero. ſuaviſſimum prandium, quod ibi ab eodem inſtruitur, non capio quomodo dicatur fuiſſe ἐν χόρῳ.

Ωργᾶσι, κηγὼν, ἁ ὁ Θεαπεὶς ἐστιηδιάκτας
Ἀστὶς ἁ Κλεύνικος ἐπίτομος ὁ ςρατιώτας
Ἐν χόρῳ παρ' ἐμίν.

Scribo itaque, Ἐν χίρτῳ παρ' ἐμίν. Χόρτος eſt

eſt locus ille in ædibus, qui & παστὰς dicitur: unde περίπατος, ille qui ab Apollonio ἀναπὰς vocatur:

Εὐθὲ μὰν Ἰφιτὸς κασιγνήτοιο παμφανόωντι
Εστυμένοις καλῆς δι' ἀναπάδος ὦτις ἀγῆται.

Qui verſus longe aliter in περιπόδοις librorum Apollonii erant editi. Ait Æſchines ſe bibiſſe ἐν χόρτῳ, id eſt, illa ædium parte in qua cœnabant prandebantque veteres. Homerus, Αὐλῆς ἐν χόρτῳ. Non alia ratione χόρδος dicitur quam παστὸς. Utrumque illud eſt quo domus ſine aula cingebatur. ut puta hodie aulæa, quibus circum circa cœnaculum obtendebatur. Brevium in Homerum ſcholiorum autor, ad locum illum poëtæ γ Iliad.

Τὴν δ' αὖτ' ἐν Μεγάρῳ· ἡ δὲ μέγαν ἐκὰ ὕφαινε,
Δίπλακα, μαρμαρέην· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους.

ἐνέπασσεν, inquit, ἐκάλυπτεν· ἔθος γὰρ τὰ παιδικὰ παρεκτετάσματα παστοὺς καλεῖσθαι. Hinc παστὸς & παστὰς locus ipſe, qui nonnunquam καλύδη dicebatur. ut docent Grammatici apud Apollonium. Et Heſychius, καλύδη, σκηνή· παστάς. Scribe, σκηνὴ, παστάς. item, καλύδη παστὸς. Sicut id quod παστῷ cingebatur, παστὸς: ita id χόρτῳ, χόρδος dicebatur, & à rudi illo ævo nomen retinuit. Olim enim ſimpliciter χόρτῳ. id eſt gramine, cœnacula ſua cingebant, ſicut poſtea παστῷ & aulæo. unde venuſte aliquis dicebatur cœnare ἐν χόρτῳ. Paſtori autem nihil hoc convenientius. Vel ſimpliciter ἐν χόρτῳ, in gramine, ut paſtores ſolent. Miror quid ſibi velit poëta cum dixit,

Βολβὸς τις κοχλίας ἐξερίδων.

multoque magis cum interpretes inſpicio, qui reddunt, *Bulbus & cochlea promebantur.* Quod quidem ego in verbis illis nullus video, nec ſcire poſſum quomodo aliter ferri poſſit. quam Βολβός τις κοχλίας τ' ἐξερίδων. Sed fortaſſe ita legerunt Græci, qui nihil aliud quam βολβὸς interpretantur. Valde autem accommode amatorium epulum ex bulbo & cochlea ſtruit. Utrumque enim Venerem ciet, ſuntque ὑποδιεγερτικὰ βρώματα, ut Menander ait. Alexis:

— πίνειν. κἀρέσκειν.
Βολβὸς, κοχλίαι, καρύαι, ὠά, ἀκροκώλιον,
Τοιαῦτα τύπτων ἄν τις ὕδρει φάρμακα.
Ἐρᾷ δ' ἑταίρας ἔστιν ἁρπαμάτιον.

& Dipnoſophiſta: βολβὸς, ᾗ κοχλίαι, ᾗ ὠὰ, ᾗ τὰ ὄμοια, δοκεῖ ἀφρόδιτα εἶναι κινητικά. Plura ibidem de bulbo, quem propterea *genitalem* Columella vocat:

*Jam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi.*

& illud trigum uſu,

Οὐδὲν σ' ὠφελεῖ βολβὸς, εἰ μὴ πῦρ' ἔχοις.

Sæpenumero in minutiſſimis librariorum ſupinitatem deprehendas: ut cum ſcribitur:

Χάμψ τοῦτο δ' αὐτὸς ἴγκατὸ ποδ' ἤνυκα
ὕπνος·
Οὐ μὰν ἐξέπλαξε, μάτην νιν ἄνδρα γαμῶν.

Scribendum & interpungendum,

Χάμψ τοῦτο δ' ὑπὸς ἴγκατὸ ποδ' ἤνυκα· αὖπνος·
Οὐ μὰν ἐξέπλαξε.

Senſus eſt: Hæc res mihi aliquando furtim indicata fuit, fruſtra tamen, nec enim inquirere inſtiti: & propterea ſubjungit,

— μάτην νιν ἄνδρα γαμῶν.

quod de iis dicebatur, quorum conjuges impune cum aliis ſolebant: quique hanc contumeliam leni & placato animo ferebant, Sæpe exiſtimavi ſcribendum, Θουκυδίδου τι σόφισμα, non μίσημα. in illis verſibus:

Χώ Λαμπαταῖος ἦμὲν Λύκον ἦδὲ καὶ ὀρχεῖ,
Θουκυδίδου τι μίσημα.

ſicut ſubjungitur, καὶ φρίσσει: quod eodem ſpectat, & nihil aliud eſt quam interpretatio illius adagionis, Θουκυδίδου σόφισμα. Et revera tale erat factum Theſſalici illius equiſonis. qui ut Æſchinem irritaret, de corrivali illius Lyco canebat. Paulo poſt μᾶλα μέσσοι dicitur, ut ſupra μέσ' μᾶλ,

Ῥοῖτον καὶ Σικελίτιν ἰμὲν μᾶλα.

Sic nunc, τόπο τὰ σὰ Δάκρυα μᾶλα μέσσα. Locutum memini ea ratione & Plutarchum. Alii non bene capiunt. Nam ita loqui huic poëtæ peculiare eſt, ſicut multa alia. Jam ſupra diximus, Sicu-

lis πᾶν τὸ τρυφερὸν μᾶλλον καλοῦσιν. Abſit interea, ut quod præcipuum erat negligenter tranſeamus. Verba paulo ante Æſchinis erant,

Α δ' ὑδρία, παρούσης ἰαμβῶν, τίν' ἔχει μοι δοκεῖς τύχην;
Οὐ φθονηθήσῃ; λύκον ὕδρις; ἴσασί τινες ὡς σοφὸς εἶπεν.

Quam multi in horum verborum mente ſe torſerint, fruſtraque deſudarint, facile omnes judicabunt, qui interpretes tam veteres quam recentiores evolverunt, ac præcipue ea quæ annotat in præclaro ſuo poëtarum Græcorum volumine viræterna memoria dignus Henricus Stephanus. Antiqui in citandis parœmiis voce σοφὸς utebantur. Lucianus ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Ἐπίστασο οὖσαι καλὸς ἔχει περιοδεύειν εἰς τὴν ἰλιάδα κατὰ τοὺς ῥήτορας, ἐκείνῳ τὴν ἴμασιν αἰχμῶσι ὕστατα ἐκτενεῖν. ὃ τι δ' ἂν πράττῃς, μίμησαι τὸν σοφὸν λέγοντος, ὡς ὄνος ἀνάτιον. αἰτία δὲ ἑλομένῳ. Uterque parœmiam adducit. Theocritus noſter, λύκον ὕδρις: λύκος enim ambiguum eſt, tum quod animal ita dicatur, tum quod amaſius puellæ, aliam vero Lucianus. Eodem modo Euſtathius κατὰ τὴν ἀναλογίαν σοφὸν dixit, cum parœmiam è Theocrito uſurpat: κατὰ γὰρ τὴν ἀναλογίαν σοφὸν, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, τὸ ποτὲ δ' ἀμαλθαῖς Κύρκη. τίτθις, τύτθις ἡ ἀκριβὴς ἀναλογία ἐδήλωσε. Quem locum adagionum more adducit: hoc eſt, minime ad verbum. Idyllio enim IX. ita ſcripſerat poëta:

— ὃς γὰρ ὁρᾶτον
Γαθύσιν, τὰς δ' ὕστι ποτὲ δ' ἀμαλθαῖς Κίρκη.

Sed & quotieſcunque aliquid adducerent quod vulgo circumferebatur, cujus authorem ignorabant, vocem σοφὸς ponebant. Euripides:

Καὶ Γαῖα μήτηρ, Ἐτέοκλ' ἐγὼ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμέλλω δ' οὐδέν.

Ubi dicitur, οἱ σοφοὶ σε καλοῦσιν, pro eo quod eſt, vulgo diceris, aut vocaris. Plato ſæpe cum opinionem recitat quæ vulgo obtinuit, & cum ſua vel aliorum ſententia pugnat, ſolet nihilominus dicere, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί. Sic libris de Rep. ἀκούσῃ λεγόντων τὸ δικαίου, ὡς δικαίου μὴ οἱ σοφοὶ, καὶ τὸ ἀληθὲς διώκῃς, καὶ κύριον ὑπάρχοντας. Vulgarem opinionem eorum recitat qui ſufficere imo præſtare exiſtimabant, ſi quis videretur juſtus, non eſſet tamen. Addit igitur. ὡς δικαίου μὴ οἱ σοφοὶ, quod non eſt ut ſapientes volunt, ſed, ut plerique exiſtimant, ut vulgo ſentiunt. Quamvis hoc ad Orpheum, Muſæum & alios referri poſſit quorum ibi meminit. Sed, ut dixi, parœmiam cum adducerent, vel quia autoris nomen ignorabant, vel quia quod in uſu omnium eſt ad unum referri non poteſt, σοφῶ nomine utebantur. Cauſa hæc fuit. In ea opinione fuerunt antiqui, ut parœmias omnes fragmenta veteris philoſophiæ exiſtimarent. Elegantiſſimus hac de re locus eſt apud Syneſium Encomio calvitiei: ubi ex Ariſtotele docet qua ratione parœmia omnis σοφὸν dicatur, ſimulque ea quæ à nobis dicta ſunt confirmat. Εἰ δέ τι καὶ παροιμία σοφὸν, πῶς δ' οὐχὶ σοφὸν, περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιᾶς τινὸς φιλοσοφίας, ἐν ᾗ μεγίστης ἀνθρώπων φθορᾶς ἀποκοπείσης ἐγκαταλιμμάδια περισωθῆναι διὰ συνέσεως καὶ ἀξιότητα. παροιμία δὲ καὶ τοῦτο καὶ λόγος ἔχων ἀξίωμα τοῦ ὅσιον κατωικίσθη φιλοσοφίας ἢ ἀρχαιότητος. Demetrius Phalereus ubi de familiaritate epiſtolici characteris agit, monet gratiſſimam in eo eſſe parœmiarum frequentiam, additque καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνίοις αὐτῇ σοφὸν. Locus integer eſt: Κάλλος μὲν οὖν αὐτῆς ἡ φιλική φιλοφρόνησις. καὶ πυκνὴ παροιμία ἐνέσω. καὶ τοῦτο γὰρ μόνον ἐνίοις αὐτῇ σοφὸν. διότι δημώδικόν τι ἴσως ἡ παροιμία καὶ κοινόν. ὁ δὲ γνωμολογῶν, καὶ περιττεύομεν. ἡ δὲ ἐπιστολὴ ἔοικε μηδὲν ἐοικέναι, ἀλλὰ μηχανῇ. Ubi manifeſte parœmiam σοφὸν vocat, & hoc ſolum inter τὰ σοφὰ ait eſſe vulgare & populare. Etiam autores è quibus parœmias citant veteres, quamvis expreſſo eorum nomine, notavimus σοφὸς dici, & σοφώτατος. Eſt igitur ὡς σοφὸς εἶπεν quod Euſtathio κατὰ τὴν σοφὸν ἀναλογίαν. Anaxilas Comicus dixit, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί. cum parœmiam adducit.

Ἥβη γὰρ οὐδὲν ἴδιον πάντα σου πλὴν Κρητικὸν.
Δεῖπνον γὰρ ἥτοι, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί.
Ἀρχὴν, τιμωτὸν δ' ὑπεκφεύγει μόνον.

Ut jam neceſſe ſit intelligere ſtudioſos, quid ſit quod vir maximus Iſaacus Caſaubonus in ſcholio aliquo antiquo ſe reperiſſe teſtatur, poſtquam diu de hoc loco diſputavit, ὡς σοφὸς εἶπεν. ὡς ὁ παροιμιασάμενος εἶπεν. quod quem locum hic haberet non magis intelligi poterat, quam ipſe Theocriti locus. Sed ad reliqua.

In

In oraculo quod ab interprete de Megarenſibus citatur, pro ἵπποι Θρηϊκίαι, apud Dipnoſophiſtam eſt, ἵπποι Θετταλικαί. Scimus enim quanto ſtudio rem veterinariam tractarint Theſſali: ita ut hoc ipſo idyllio introducatur è gente illa ἱππολύκτης Θετταλός. Quod in fine ejuſdem oraculi eſt, plane eſt ἡδυσμένον illi Callimachi in epigrammatis,

Νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλῃ δὴ θέρεται πυρὶ, τὴν δ' ἐν ταλάντῳ
Νύμφης, ὡς Μεγαρίων, ὁ λόγος ὕτ' ἀεθμός.

Hinc apud Comicum Acharnenſibus μεγαρεῖτ: quod eſt δύστηνος ἴσῃ, miſer & infelix eris: à miſeria & calamitate Megarenſium. ita enim malim eo loco, quam quod Græcus interpres:

Κλαύσῃ μεγαρεῖτ, ὡς ἀφάντιστ' ἢ σάκκος,

Non poteſt enim ignorare quot modis miſeria & egeſtas Megarenſium κωμῳδεῖσθαι ſoleat, qui modo Ariſtophanem guſtavit. Sequenti verſu legitur,

Καὶ μὴν ἀκοσίρξαμι, τὰ πάντα κὴν ὡς δῖον ἴρπει.

Ubi lego: Καὶ μὴν ἀκοσίρξαμι, ut ſit ἀκοσίργω τινά. Τὸ ἀκοσίργειν ita ſumptum, mirum quam venuſtatem habeat. Nam ne hoc quidem quod ita ſtudio ſe inculcat Suidas, τὸ ἀκοσίρξαι αἰτιατικῇ eſſe χαριτόβρυτον ἢ ὑπομιμνᾷ, hic admittimus. Sed accipimus ut infra in Epigrammatibus, pro deponere ex animo penitus. Sic enim ibi, ἀκοσίργειν Δάφνιδος πόθους.

Ἐξὸν δὲ τἄμοὶ, ἢ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὔχ' ἀκοσίρξαι τὸν Δάφνιδος μὴ πόθον.

*Conſideas illic, & for pia vota Priapo:*
*Daphnidis ut noſtro paſtore cedat amor.*

Sicut ibi paſtor ille optat ἀκοσίρξαι Δάφνιδος πόθον, ſic noſter Æſchines ἀκοσίρξαι Κυνίσκαν. Sed & ἀντὶ τοῦ καθαρεύοντες ſumptum ita jungi putamus: qua voce hic autor gloſſæ utitur. Quod quia non notatum fortaſſe doctis viris, locum adducemus. Euſtathius ex antiquiore aliquo, quem compilavit in porecbola illa, ait de Apolline, ὅτι ἢ περιστερὰν χαίρει θυμίοις ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ λέγεται· ἢ γὰρ ἀγέλαις ἐκπεμπὸν τῇ ἠλίῳ βοῦν ἢ πάλιν περιδόπτον συνίμισι, ὡς ἀκοσίργει δὲ ὡδί ὅτως. Sic eleganter dixit Æſchines,

Καὶ μὴν ἀκοσίρξαμι, τὰ πάντα κὴν ὡς δῖον ἴρπει.

Venuſtatem intelligunt qui à ſacris non alieni ſunt harum muſarum. Syneſius Encomio calvitiei: ἰδίωσεν δὲ ἡ Παρύσατις Ἀρβακίρξαι τ' βασιλέα διὰ Κῦρον ἢ καλὸν ἀκοσίρξασα. Nequaquam ab hoc idyllio manus tollenda eſt, niſi prius notemus quam eleganter ſenes dicantur γεραλέοι ἀπὸ χρεταφων. Ἀπὸ hoc modo cum caſu patrio, Dorica præpoſitio eſt, pro κατὰ συνεδοχικῶ. ἀπὸ χρεταφων, eſt, κατὰ χρεταφους ſicut ἀπὸ γίρων infra, eſt κατὰ γίρα. Cygnus infra ὄλυς ἀπὸ χρειᾶς dicitur, quod albus colore candidulque eſſet, hoc eſt, ἢ χρειὰ. Idyllio 16.

Τίς δ' ἂν ἀοιδῆας Δυκίων πεπὶ, τίς κομόωντας
Πεμπαίδας, ἢ ὄλυν ἀπὸ χρειᾶς Κύκνον ἴσγων
Εἰ μὰ φυλίδας πετρίσιν ὕμνησεν ἀοιδοί;

## CAP. XXI.

Δωειάζουσι *percurruntur.* ὁ πάρεργος. παρέργως. παρέργοις. τῷ ζυγῷ χρησιμεύειν. ὀκεῖα θεοῖς ἔδηκεν. δηδηκεν. μορμὼ δίκνει ἵππος. μορμὼ *adverbialiter.* Τρυγόνες ἐκ ναίσσου. *emendatus poeta.* ναῖσσος. πλατυάσθειν. Πελοποννησοῖς. *Locus poetæ explicatus.* κατεὰν ἀπομάξειν. ἀπομάκτρα. χρυσῷ παίζων Ἀφροδίτῃ. ludus. *alia.* Δευκαλίωνος. Δευκαλίδαι. *alia.* πενάντη μὴ ἄντης. ἀντᾶσθαι.

NOn eſt dubium quin Sophron in γυναικείοις mimum aliquem fecerit, quo lepide & quaſi digito ſublato muliebrem *ἀβυσσίαν* & linguæ intemperantiam perſecutus ſit: quem hoc idyllio noſter poëta ſit exprimere conatus, in quo multa ſibi permittit, quæ, quia è trivio ſunt, maximam venuſtatem

tem habent: quandoquidem in ejuſmodi ſæpe ne à ſolœciſmis temperarit Sophron, ut ex veterum judiciis ſcimus. omnia enim facillime excuſantur & placent διὰ τὸ ἄκακον ἢ γυναικίας ἁμαλώπιας, quam ex illo expreſſit noſter poëta. In hoc mulierum altera maritum ſuum, quem vanitatis notat, παρέορ vocat. Ubi notant Grammatici: ἐκ μεταφορᾶς τοῦ παρίππου ἵππου· οἵτινες τῷ ζυγῷ ὑ χρησιμεύουσι. Omnium equorum qui τέλειον ἅρμα trahebant minime aberrabant illi quos ζυγίους vocabant, & ζευκτίους, qui ſub ipſo jugo trahebant; medius dexter & medius ſiniſter. at illi qui παρόριοι dicebantur, & παρίορες nimium frequenter. hoc eſt, niſi fallimur, quod dixit, τὸν παρίππιον τοῦ ζυγοῦ ὑ χρησιμεύοντα. Venuſtiſſimum dictum eſt quo utitur ἐν παροιμιώδει orationis ſuæ loquax illa Praxinoa. cum inquit, ἐκεῖνα Διὸς ἰδοῦσ᾽ quod eandem vim habet cum illo uſitatiſſimo, σὺν Διΐ.

Παῦται· ἐκεῖνα Διὸς ἰδοῦσ᾽, τοιαῦτα νἰνημαι.

Cujus proverbii ſenſum alio quam urbaniſſime torquet Stratonicus apud Athenæum: qui cum duos haberet diſcipulos, & in eodem auditorio imaginem Muſarum & Apollinis; rogatuſque aliquando, quot diſcipulos haberet; reſpondit, δύ᾽ἔχω σὺν Διΐ. Sed potuit ſcripſiſſe poëta. δυοῖν᾽ ἐκεῖνα Διὸς δυοῖν᾽. δυοῖνιν præſens Doricum eſt, ut δυοῖν. Gorgo ut infantem ſuum in officio contineat, vulgari illo matrum & nutricularum more, Lamiam minatur his verbis,

—μορμὼ δάκοι ἵππο.

ad quæ verba ita notat aliquis è Græcis: ἀπόκρυφα ἢ λόγου πρὸς τὸ παιδίον τὸ κλαῖον· ἢ φησὶν, ὑκ ἔξω σι νίκην μετ᾽ ἐμοῦ. ὅτι ὁ μορμὼ ἵππος δάκοι. ὡς κατὰ ἀνάκλιν τοῦ ἄκυρον, ὅθεν ἢ τὸ περσεπτικὸν. μορμολύκεια ἴλεγον. Valde, meo judicio, ridicule & inepte: quem ſecuti Latini interpretes verterunt: *larva foris eſt, mordet equus*. Torſit eos procul dubio ibi μορμὼ, cui idoneam rationem non invenerunt. Eſt autem μορμὼ in ſimilibus locis nihil aliud quam ἐπίρρημα, adverbium Græcum. Latina interjectio, quæ pro φεῦ ponitur in abominationibus. Sic Comicus μορμὼ τῦ δεῦρο dixit, pro φεῦ τῦ δεῦρο. ita hoc loco μορμὼ δάκοι ἵππος, nihil aliud eſt, quam, φεῦ τῦ ἵππου δάκοντος. Cum legitur,

Πεύσεσθ᾽ οἳ δύσκωφοι ἀκούσαι κοντὶλλοντες,
Τρυγόνες ἰκπεπτυδότι, πλατυάσθοποι ἄνακτες.

non dubium eſt quin ſcripſerit. Τρυγόνες ἰκ τεύτου. ναῦτος. ſicut τῆτος Dorum & Siculorum eſt, qui ita vocabant ſuam Σικελίαν, abſolute, ut ſupra diximus. Poëta urbaniſſime τὰς Δωριέτιδας & ore lato omnia pronunciantes, τρυγόνας ἰκ τεύτου vocat: quo utrumque notatur, ἢ ἀδολεσχία, ἢ ὁ ἢ διαλέκτου πλατισμός. Idyll. 16. abſolute Sicilia τῆτος dicitur.

Ἐχθρὸς ἰκ τάντου κακὰ πίμφλαι ἀνάγκη.

Dores & Siculi πλατυάζειν dicebantur à Græcis reliquis, ob frequentem τῦ α concurſum: quo tota illorum dialectus χαρακτηρίζεται. Id quod noſter Theocritus dixit πλατυάσθω ἄνακτι, Demetrius Phalereus dixit πλατέα κακῶ ἄνακτα. Verba ejus ſunt: Τὸ δὲ ἐγκεῖσθαι τῷ τειχίῳ, καὶ τῇ, μάχῃ, πάσμασι· οἷον βοστρυχᾷ, ἀντὶ τῦ βοστρυχᾷ. ἢ γὰρ τεχνύτης ἰκ ἢ περιέργου συναλοιφῆς ἴχει, ἢ ἰκ ἢ δυτίρας μέτρου· μὴν διὰ ἢ μακρᾶς πλατύνεται. διὰ δὲ δωριασμὸν πλατέα κακῶσι γὰρ πάντα οἱ Δωριῆς. Hoc ſcomma tam uſitatum, excuſat Doricarum mulierum altera, cum ait. Πλατυσπυστὶ κακεῖσμαι. Diximus ναῦτος ἀντὶ τῦ τῆτος Siculorum eſſe, unde ναυτίλοντες apud Grammaticos. Scribe & hic, Πλατυσπυστὶ κακεῖσμαι. Non alio quam ad hunc locum reſpexit technicus, qui notavit, Πλατυσπυστὶ, pro Πλατυσπυστί Dorum eſſe. Poëta autem hoc idyllio non minus τὰς ἄγαν Δωριέτιδας tangit, quam Comicus Megarenſes alibi. Sed ne Praxinoë quidem pro parte ſua deeſt, nec tantam hominis inciviliratem impunitam dimittit. In cujus verbis operæ pretium eſt notare illud,

— ὑκ ἀλόγου μά μοι κοιλὰ ἀπομάξῃς.

Qui locus inter eos eſt qui minime intellecti noſtro tempore fuerunt. Quæ enim viri maximi afferunt non poſſunt nobis ſatisfacere. Quibus male volebant antiqui, aut quos decipiebant, iis ſolebant menſuram, qua aliquid affundebant. ut puta ἢ χοίνικα, ἀπομάττῃ, id eſt. abſtergere; ne vel minimum darent ultra quam debebant. Sic apud Lucianum ὦ Πλοῦ ἢ Εὐχῆς ait quidam, ſe reliquis

liquis omnibus quibus bene volebat, largiſſima menſura operi ſuppeditaturum; illi autem à quo ridebatur χοίνικα tantum, ἢ ζωντίων, inquit, ἀπομαλάξιτον. Locus elegantiſſimus eſt, & qui plane aſſcribi meretur: Τοῖς φίλοις δ' ὑμῖν. Σαμίππε μὲν ἕξοντι μαλάξαντες ἐπιτὴν μὴ χρυσίν παρεκτρέπειν τὸ ἀκεσόμαν ἐκάστοτε ἔν, Τιμωλέῳ δ' πέντε χοίνικας, Λυκίνῳ δ' χοίνικα, ἀπομαλάξιτον ἢ ζωντίων, ὅτι πάλαι ἐστὶ, ἢ ἐπισκώπτῃ μὲ ἢ νύχίν. id eſt: *Vobis vero amicis meis, ac primo Samippo, viginti medimnos auri calati admetiri juſſi diſpenſatorem meum. Timolao autem quinque chœnicas, Lucino non plus quam unicam, & illam quidem abſterſam prius: quia appido quam loquax eſt, & votum meum exſibilat.* Hinc ἀπομάκτρες dicebantur ligna illa quibus menſuras abſtergebant. Heſychius: ἀπομάκτρες, ξύλα, τὰς σκυτάλας, ἐν αἷς ἀπεψῶσι τὰ μέτρα. Quas σκυτάλας non Belgæ vernaculo idiomate *ſtrijckſtocken* dicimus: τὸ ἀπομάκτρῳ enim & τὸ ἀπυκρίνῃ. & τὸ ἀπεψῶ nobis eſt *ſtrijcken*. Praxinoe igitur homini malevolo reſpondet, ἦ κἀλόγα μέ μοι κοιλὰν ἀπομάξες. non vereor, inquit, ne tu qui mihi nihil admetiris menſuram abſtergas, non metuo ne mihi noceas qui nunquam prodeſſe potuiſti. Cum dicit κοιλὰν, intelligit ἔξωθεν, χοίνικα. Hic ſenſus eſt horum verborum, hæc mens. Propterea non delirat hic more ſuo Græcus interpres, quod exiſtimant viri incomparabiles, quorum opinionem ſecuta eſt verſio vulgaris, cum ἀπομάξες ἀπεψίσης interpretatur. Multum quæſiverunt docti in elegantiſſimo carmine quo Adonia celebrantur, cur Venus dicatur χρυσῆ παίζουσα.

Δίωνυσ' ἐ Γοργώ τι ἢ Ἰφάνασσ' ἑρμάτας,
Διωκιδέϊ' Ἔρυκα, χρυσῆ παίζουσ' Ἀφροδίτα.

Qui locus quomodo ſit intelligendus, in Horatianis prælectionibus nuper oſtendimus, Cogimur autem ab incomparabili viro diſſentire, qui legebat χρυσῷ παίζουσα, ſecundo caſu Dorico: ut precium deſignet. Item ab altero, qui χρυσωπίζουσα legit. Quicquid Deo alicui proprium exiſtimabant, ſicut Cereri ſunt fruges, Baccho vites, Palladi olea; id illius Dei ἄγαλμα aut ἄθυρμα dictum fuiſſe, ne in triviis quidem ignoratur. Euſtathius 1. in Iliadem commentario, ὅτι δὲ ἄθυρμα οἱ βόες τοῦ Ἀπόλλωνος, δηλοῖ καὶ αἰ Σικυωνικαὶ ἐγκλίσεις τῶν βοῶν. ἐν οἷς φιλοτιμοῦ Ὁδυσσεὺς ἐφαγον. Horatio ἄγαλμα ludus dicitur: qui bellum, Martis *ludum* vocat. Ode 2. lib. 1.

*Heu nimis longo ſatiate ludo,*
*Quem juvat clamor galeæque lævis.*

Quia ergo χρυσὸς, id eſt aurum, Veneri conſecratum erat, id eſt Veneris ἄγαλμα. ἄθυρμα, ἢ παίγμα, erat; ſicut Horatius ad verbum *ludus* dixit, Theocritus deam illam χρυσῆ παίζῃ ait, atque ita compellat. Eſt autem ſchema Theocriticum de quo alibi multa diximus. Παίγμα idem eſt quod ἄθυρμα: ſed ἄθυρμα deſignat Dei alicujus ἄγαλμα. Ergo & παίγμα idem deſignat. Adi quæ ibi diximus. Mirum eſt loquendi genus quo Theocritus Mileſiorum & Samiorum periſtromata extollit, cum ait,

Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἔσαν, μαλακώτερες ὕπνου·
Α Μιλησίη ἰρή, καὶ τὰν Σαμίαν καθυπέρτερον.

Si veteribus credimus, hoc voluit, τάπητες δὲ ἦσαν ὧν οἱ Μιλήσιοι ἢ οἱ Σάμιοι μαλακωτέρους ὕπνου ἔσαι ὁμολογούμενῶς. Ariſtophanes Ranis:

Δι. Οὐ γὰρ δὴ γενοίμην ἔγωγε
Σαρδέων μὰ δύλος οὔ, ἐν
Στρώμασι Μιλησίοις
Ἀναπεπταμένοισιν, κἀπὸ λοχυρᾶς ὀπὸ πάσης ἀμιδᾶς. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις βλίττων, καὶ τὸ πρᾶγμα δρατόμενον——

Ubi Grammatici ita de hoc loco notant: ἐν γὰρ Μιλήτῳ καλὰ ἡ τῶν στρωμάτων ἐργασία. ἢ τὰ Μιλήσια στρώματα, πυκνὰ, ἢ ἁπαλὰ γίνεται ἢ διάφορα. ἐκ πορφύρας δὲ οἱ Μιλήσιοι διαβάλλονται, ἢ ἐκ τῆ πολλῆς πολυτελείας. ἰδιωτικῶς ἐνταῦθα κατασκευάζονται πυκνὰι ἢ τάπητες, ὡς καὶ Θεόκριτος. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἔσαν, μαλακώτερες ὕπνου· Α Μιλησίη ἰρή, καὶ τὰν Σαμίαν καθυπέρτερον: qui eodem modo intellexerunt. Recte igitur notavit interpres ille qui ſcripſit, ὡς μαλακωτέρους τῶν ὑπερῳῶν τῇ κλίνῃ † Ἀφροδίτης. ὅτε φησὶ νῦν † Μιλήτῳ ἢ Σάμῳ ἐνδύσασθαι μαλακωτέρους ὕπνου, ἀνὰ τὸ παρ' αὐτοῖς εἶς κάλλος τὰ στρώματα γίνεσθαι. Cum poëta dicit,

Οὔτ' οἱ ἴσι περήτεροι Ἀκτίδαι καὶ Δινακλίωνες.

Grammatticorum aliquis ſcribit, Δινακλίωνες

λίωνες ἀντὶ τῦ Δευκαλίδαι· ἀπὸ Δευκαλίωνος Θυγατρὸς &c. Optime quidem, Δευκαλίωνες, Δευκαλίδαι. Sed qui ſint illi Heſychius docet, qui ait, Δευκαλίδαι, οἱ Σάτυροι: ne quis miretur cur poëta Lapithas & Deucalionas conjungat. Ultimi Gorgonis verſus qui in hac ecloga leguntur, non poſſunt nobis ſatisfacere ut jam diſtinguuntur. Nam quid ſibi illa volunt,

Πρᾶξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον, ἀ θήλεια
Ὀλβία· ὄσσα ἴσασι παναλβία, ὡς γαλυφῶσιν.

Diſtingue hoc modo:

Πρᾶξινόα. τὸ χρῆμα σοφώτερον ἀ θήλεια.
Ὀλβία ὄσσα ἴσασι· παναλβία ὡς γαλυφῶσιν.

Ὀλβία ὄσσα ἴσασι nihil aliud eſt, quam, ὀλβία ἰδμοσύνης. Quia aliter diſtinxerunt, aut Helleniſmi plane imperiti fuerunt, aut certe hoc loco parum memores. Ὀλβία ὄσσα ἴσασι. ὀλβία † σοφίας. beata ob ſcientiam, & rerum multarum cognitionem. Eadem ratione ὀλβία ὡς γαλυφῶσιν. ὀλβία † γαλυκροπίας ἕνεκα. Hæc ignorare non poſſunt qui aures in Græciſmo ſubactas habent, nec ſunt ξένοι τῶν πολιτικῶν ἰδιωσμάτων, ἢ ἄγλωσσοι Ita οἷος, ὁποῖος, & ſimilia ſæpe. Apollon. Μυεγμένη, οὐ μοι ἐπὶ συγχρὴ κάδον ἄμπυ: id eſt, μυεγμένη † δυσνυχὲς αἶσχος ἔνεκα, ἢ, διὰ † συγχρὸν ἄγαν δυσνυχὲς αἶσχος. Lucianus in τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων· ἀκουσόμεθα ὁπόσα ἢ ὅσα ἐκακῶσε. &c. Nihil eſt tritius. Eadem Gorgo cum περὶ ὀργιλότητος ἢ σοφροσύνης mariti ſui conqueritur, his verbis utitur. πηδᾶτέ γε μᾶλ' ὡτ' ἰσθῆτ. Maritus meus, inquit, impranſus bilem in naſo geſtat: cave illi unquam eſurienti occurras. Hanc ſententiam non explet vox Dorica ἰσθῆτ. Scribe, πηδᾶτέ γε μᾶλιστ' ἄστης. Ita requirit ipſa parœmia, quæ non multo aliter apud Alexin:

— μὴ γένοιτό μοι μόλυ
Νύκτωρ ἀπαντᾶσαι κακὸς πεπεργάσται
Ὑμῖν περὶ † βαλλισμόν.

Αστὴρ autem ἀντὶ τῦ ἀστῆρ Homero uſitatiſſimum. Sic in Catalogo poëta,

— ἔνθα τε Μῦται
Ἀντίμνιοι Θάμυρις † Θρήϊκα παῖδα ἐυδῆς.

Euſtathius, τὸ μὲν ἀντίμνιος, ἀντὶ βαρυτόνου ἰσμάλως γίνεται τῷ ἄπτω, ἢ ἁπλῶς τὸ συναιρέσαι. Homerus autem & alterum novit, nimirum τὸ ἀστῆρ. Unde hoc verbum merito inter ea quæ διορθώματα dicuntur à veteribus criticis recenſetur.

## CAP. XXII.

*Charites & Ptolemæus examinantur.* ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχειν. Αλευάδαι. χαλεπαὶ ὁδοὶ ἀοιδᾶν. χαλεπὴ ἔξοδος. Διὸς μέγα βαλεύοντος. Θεοὶ πάρεδροι. aſſeſſores. *Locus poetæ emendatus. Heraclidæ cum exuviis leonis.* ἠμείπτας Ηρακλῆς. *Theocriti locus explicatus. Ritus veterum & formula quædam notata. Inſcriptio.* Πτολεμαῖος, Βερενίκη, *idyllia Theocriti.*

NOn eſt poëmation in quo plures ſunt Veneres & Gratiæ, quam in eo quod à Gratiis inſcribitur. In hoc poëta communem cauſam poëtarum agit, qui ſæpe regibus & principibus delicias ſuas & ingenii opes tanquam rem mirificam offerre amant. Cum interim illi διογενῆτε malint eſurire bonum poëtam ἢ καλὸν γόνατον κίνητι ἰδικαῖον † μισθὸν ἀποδιδόμενον. Hoc tempore non melior eſt conditio γονίμης πουτᾶ, quam picæ aut pſittaci. Interim hoc ſtat & ſtabit, *mediocribus eſſe poëtis Non Dii non homines.* Harum rerum cauſa eſt ſervile vitium ἡ ἀργυρομανία. Ita merito conqueritur poëta, omnes ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχειν.

Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, πίθον οὐτιδανοῖο
Ἀνδρός
Αργυρέου.

Dicebantur ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχειν, id eſt, manum ſub ſinu tenere, οἱ μᾶλλον ἀποδιδόντες, qui nihil quicquam largiebantur. Lucianus in ſua Dialexi περὶ Ησιόδου. ἢ οἱ μισθάδεσσιν, ὥσπερ ὑποκριταὶ, οὐ δὲ ὑπὸ φθόνου ἀποκρύπτεται, ἢ ὑπὸ κόλπῳ φυλάττεται † δωρεάν. Non debebat alterius meminiſſe, ut oſtenderet luxum regium & magnas

magnas impensas quam Aleuæ, à quo Ἀλευάδαι dicti sunt, qui in Thessalia nobilitatis locum primum obtinebant. Ἀλευάδαι, notant veteres. οἱ ἐν Λαρίσῃ ἀπὸ Θετταλίας τὴν γένεσιν ἔχοντες. Cum dixit infra,

--- τὰ πολλὰ δ' ὄλβια πάντα λιπόντες,

habuit in animo antiquum Sardanapali epitaphium, quod alludit lepide.

Ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τερπνὰ ἐπαθον· τὰ δ' πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λιπάντων.

Nihil est festivius quam quod mox legitur,

--- χαλεπὰ γὰρ ἴδοι τελέσσαντι ἀοιδήν,
Μηνάδα ἀπάντᾳ, Διὸς μέγα βυκτάοντι.

cujus festivitatem vident qui sciunt illa verba, χαλεπὰ ἰδοῖ, trita proverbio fuisse. Theocritus autem ubique quasi quasdam paroemiarum parodias habet, ut ita loquar, & lepide mutatis aliquot vocibus eas alio transfert. In hoc consistit totus lepor. Ita Comicus dixit, χαλεπὰ γυναικὸν ἰδεῖν: de quo cum ad illustrationem illius, tum ad intellectum Theocriti aliquid dicendum est. Notum est in populo Athenienſi singularem fuisse Ἀριστοφάνειον, quæ potissimum se probabat, cum agendum esset περὶ στρατηγῶν, id est, de eo qui in expeditionem mittendus esset. Dum enim hac de re consultarent Athenienses, si vel nubes, vel fulmina, vel alia signa apparerent, quæ διοσημίαι dicebant, dimittebatur ecclesia. Illud autem de quo agebant non tantum ἐκστρατεῖαν, sed & ἐξοδον dicebant; ipsam nimirum expeditionem. Hinc eleganter simul & vere apud Comicum in Nebulis chorus Nebularum de populo Athenienſi conqueritur, quod cum maxime Deorum omnium urbi prodessent, quia quotiescunque περὶ ἐξόδων deliberabant illi, signis & tempestatibus monerent utrum conduceret & expediret ea de qua agebatur ἔξοδος; nihilominus negligerentur tamen nec victimis sacrisque placarentur. Verba ejus sunt:

Ὦ συφοράς ἔνεστι, δῆλος ἢ τῶν πρυτάνεων,
Ἡδικημένη γὰρ ὑμῶν μεμφόμεθ' ὑπατοῖς.
Πλεῖστα γὰρ θεῶν ἀπάντων ἀφελούσας τὴν πόλιν
Δαιμόνων ὑμῖν μόναις ἡ θεὸς οὐδὲν οἶδεν αὐτοῖς,
Αἴτινος τυχοῦμεν ὑμεῖς. ἢν γάρ τις ἐξόδου
Μηδοὶ ξὺν τοῖς, τὸν' ἢ βροντῶμεν ἢ ἀστράπτωμεν.

Hinc factum ut vulgo diceretur, χαλεπὰ τὰν Ἀλευάδαν ἰδεῖν: quia facillime differebantur, & difficillime procedebant. Comicus id ad mulieres transtulit & lepidissime dixit, χαλεπὰ γυναικὸν ἰδεῖν. quia, dum comuntur, dum moliuntur annus est. Locus Comici est Lysistrate. Ubi mulier excusans moram mulierum ait:

--- ἀλλ' ἦ φαντάσῃ
Ἡμῶν χαλεπὰ τὰν γυναικὸν ἰδεῖν.
Ἢ μὰ γὰρ ὑμᾶς τοῖς ἔνδρ' ἐκπλεῖσθαι·
Ἢν δ' οἰκεῖαν ἀγέρῃ· ἢ δὴ παρίδω
Κατέκειτον· ἀνὴρ ἔνεστ· ἀνὴρ ἐφόρμει.

Tali ratione fere, nec nimium diversa, nec minus festiva Theocritus noster dixit, χαλεπὰ ἰδοῖ τελέσσαντι ἀοιδάν: quia frustra egrediuntur; quod nimium sæpe nostris musis hodie contingit. Hæc Comici mens quam diximus, hæc Theocriti quam dicimus. Quod sequitur, Διὸς μέγα βυκτάοντος. Eustathius interpretationem vocis Homericæ μυκᾶσθαι esse vult. Ejus verba sunt hæc: Σημαίνοντα δέ ἐστι μυκᾶσθαι Ζεὺς καὶ μυκηθμὸς λέγεται, ὃν ἐρμηνεύει Θαλλεῖος ὁ τοῦ. Διὸς μέγα βυκτάοντος. Illud vero,

--καὶ δεινὰ πελασθῆ τεῖχος
Ἀργείοις δηΐοισι Σαμόθραιξ ἰμβατάλιππον,

est quod Latinis poeta in animo habuit cum scripsit,

--- ubi dicitur altam
Collibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Priusquam manum de tabula, ut vulgo dicitur, percurremus & proximam eclogam, cui à Ptolemæo inscriptionem fecit antiquitas. Non longe à principio illius idyllii dicitur.

--- παρὰ δ' αὐτῷ Ἀλέξανδρος φίλος ἠδὲ γενέθλη
Ἑλλάδι, Πίερίδων βαρὺς ἔσσι ἀκοομίτας.

Amici & parentes regum vel principum, qui in numerum Deorum ab ipsis referebantur, θεοὶ πάρεδροι dicebantur. Lucianus ἐν τῷ Περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν, ubi de Hephæstione agit ab Alexandro

in numerum Deorum relato, παρέδρους καὶ ὁμοζυγίους θεὰς conjungit. Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους θεοὺς ἡ κοινὴ τῶν Ἑλλήνων δόξα ἐπιδείκνυσι, καὶ ἐπιδείκνυται τοῦτο καὶ Ἡσίοδος, ἐπιγαμίαις τισὶ καὶ ἑταιρείαις πρὸς ἀλλήλους συνάπτοντας αὐτούς· τὸν δὲ Ἡρακλέα καὶ μητρυιᾶς ἐπιτιμῶντος, καὶ πατρὸς καὶ ἀλκμήνης θεὸν ἐξ ἀνθρώπου γεγονότα, καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔτι ὄντα, καὶ ἐν τοῖς θεοῖς ἤδη παρέδρους καὶ ὁμοζύγους θεάς. Pindarus:

Ὃ πατὴρ ἔχει Κρόνου παῖς
μοῖραν αὐτῷ πάρεδρος.

Aliud ſunt vulgo in Theologia τῶν θεῶν, Dii πάρεδροι. nam & apud Vitruvium aſſeſſores proprie dicuntur ex omni Deorum numero οἱ δώδεκα, Dii conſentes. Horatius adulans Auguſto eum Herculis & Pollucis πάρεδρον facit his verbis:

*Quos inter Auguſtus recumbens*
*Purpureo bibit ore neſtar.*

præceſſerat enim,

*Hoc arte Pollux, & vagus Hercules*
*Innixus, arces attigit igneas.*

Alias πάρεδροι ſunt quos vulgo συνέδρους dicebant, ejuſdem honoris participes, infinitis locis: & in inſcriptione quæ Romæ in campo Martis, ad Iſidis, prope S. Stephanum in Caco deſcripta eſt, poſtea vero edita à præſtantiſſimo & clariſſimo Jano Grutero in illuſtri Inſcriptionum opere, quod nuperrime muneri nobis miſit amicus ille noſter, qui jam in Germania columnam literariam fulcit.

ΑΝΤΙΝΟΩΙ
ΣΥΝΘΡΟΝΩΙ ΤΩΝ
ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩΙ ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΑΠΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ.

Cum legitur,

Αβάκταζε δὲ καλοῦσι, διὰ τὸ τοὺς γαλατὰς,

multum quidem viro maximo Iſaaco Caſaubono debemus, qui docuit, quomodo illud ἄβακτος ratione quadam nova, nec ſatis obſervata hactenus, retineri poſſit: legendum tamen, ἐπεὶ τοὺς γεγαῶτας, id eſt, αὐτῷ ſive αὐτοῦ ὄντας. Ita ſumo. Hujus participii uſus ita uſurpati familiaris eſt elegantibus ſcriptoribus. Gaudet, quia illi qui nepotes ejus erant, jam immortales vocentur. id eſt, ſint. more Homerico. Non longe ab hoc verſu canit noſter Simichides, Ἀμφίτρυωνος δ' ἀεθλοφόρου τε γενέσθαι Ἡρακλῆα. Propterea Alexander quod ex Heraclidarum genere eſſet, cum exuviis τῆ δορᾶ, eodem modo cum Hercule, conſpicitur: quo inſigni utebantur omnes Heraclidæ, ut audivi ex magno Scaligero: niſi ipſius Herculis imberbis vultum eſſe malimus, qui in nummis Alexandri expreſſus eſt. Quod manifeſtum fiet antiquitatum ſtudioſis è nummo quem ex Abrahami Gorlæi copioſo antiquitatum Τομίῳ deprompſi, atque hoc loco exhibendum putavi. Eſt autem utrinque talis.

Herculis autem filii, priuſquam ille Ἡρακλῆς vocaretur, Ἀλκαίδαι dicebantur, teſtibus Pindari interpretibus. Falluntur nonnulli in illo verſu.

Ὅτλα δ' αὐτῷ ἄγαγε γενέτας Διὸς υἱὸν,

qui γενέτας, *progenitorem* reddunt. Nihil vanius. Barbatus & imberbis Hercules

culés hodieque in nummis antiquorum diſtinctè repræſentatur. Sed multo minus viri docti habuerunt, quid de illo loco ſtatuerent:

Μῦθος ἰὼν πρωτίρων ἔτι θερμὸς κοὶς, Στιχόμυθος καθύπερθε, πολὺν ἱκμάσσοι ἴκτιν,

Multum præſtantiſſimos homines torſit quod hic dicitur. Henricus Stephanus aliquando legebat. κοὶς Στιχόμυθος καθύπερθε: quod mihi quoque ut aliquando placuit, ita nunc non omnino diſplicet. Vir ſummus Iſaacus Caſaubonus. κοὶς Στιχόμυθα καθύπερθε, longe alio ſenſu. Sed ἱκμάντιοθαι hic eſt ἀμαυρῦν. Porro tangit poëta uſitatam antiquis formulam, ſine qua fruſtra in hoc loco hærebimus, quæ erat, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ, ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ. quo utebantur cum aliquem ſuperare & prævertere vellent. ut potiſſimum autem de æmulis & adverſariis hoc dicebant, ita nonnunquam latius extendebant, & ad alia referebant. Fiebat autem hoc modo. Veſtigium recens ab illo quo ſe ſuperiorem volebant relictum premebant, ita ut dextro pede ſiniſtro inſiſterent, ſiniſtro dextrum tangerent. Atque ita deletis prioribus veſtigiis clamabant, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ, ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ. Lucianus Ἐλεγχῶν. Ἐτι δὲ καὶ τοῦτό μοι σκόψον κατὰ τὸ φιλόσοφον τὸ μίτριον ἰδιδάξαν, περίστασιν τὴ ἔχον. ἐκὰν ἀκούσιον. ἀμαυρώσαντα ἐπιζῆται μὲν τῷ ἀφετερῷ ἐκείνῳ τὸ ἰμὸν δίκαιον, τῷ δικαίῳ δὲ τὸ ἀφετερῷ ὑμέτερον, καὶ λέγῃ, ΕΠΙΒΕΒΗΚΑ ΣΟΙ. ΥΠΕΡΑΝΩ ΕΙΜΙ. Expreſſit ſingula Theocritus. Nam ἱκμάντιοθαι eſt ἀμαυρῦν. σκόπτω καθύπερθεν eſt ἐπιζήτῃ. Præterea ἔτι θερμὰ, pro, adhuc nova & recentia poni. novum non eſt. Sed priuſquam ex hoc idyllio nos alio conferamus, illud dicendum eſt: Non eſſe dubium quin ejus inſcriptio ſimpliciter fuerit ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. Scripſerat duo ejuſmodi Theocritus, quorum alterum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ alterum ΒΕΡΕΝΙΚΗ inſcriptum fuit. alterum Ptolemæi. alterum matris ipſius laudes continebat. quæ tum temporis in Deorum numerum relata fuit. Illius tanquam Deæ præſentis memoriam celebrabat idyllio illo ex quo verſus aliquot citat Athenæus lib 6. quos ut legendi ſunt emendaram. Poſtea tamen deprehendi ita à Joſepho Scaligero omnium doctorum principe editos eſſe.

Αἴ τις ἀὴρ ἀγείρει ἐπαχρυσύλλω τι ἢ ὄλαζον.
Ἐξ ἀλὸς, ἢ ζυὴ ( τὰ δὲ νύκτια κείνῃ ἄεργα )
Σφάζων ἀκρόνυχος Διὶ τῷ ἐμῷ ἰερὸν ἱχθύν,
Ὃν μυκὸν καλέουσιν ( ὁ γὰρ δ' ὑπὲρ πόδας ἅλλων )
Καί κε νῦν τύπτω, ἢ ἐξερύσαιῶ θαλάσσης Ἐμπλεα.

Quæ in illa ecloga de Berenices laudibus, plenaque in Ægyptum potentia, poſtquam inter homines eſſe deſiit, dicta fuerunt, illuſtrat mirifice nummus antiquiſſimus, quem in c. v. Abrahami Gorlæi penu, qui in Batavia noſtra Athenas Atticas, non minus quam Romam ipſam, erexit, aliquando vidimus: is cornucopiam in altera parte, in altera Berenicen habet: quo ampliſſimam ejus poteſtatem ad donandum terræ ὄλαζον. πλοῦτον, & ἐπικρατείαν denotabant. Eſt autem talis.

Menelai Epithalamium, aut, ut inſcriptio habet, Helenæ. quod poſtea ſequitur, præcedit parvum quoddam idyllium, ſive Theocriti ſive alterius poëtæ, argumenti ſuaviſſimi. de Amore furunculo ſeu καμπύλῃ. Nos cum in eo nihil annotemus, utque jucundo aliquo ferculo hoc caput claudamus, adjiciemus hic ſimilis argumenti poëmation noſtrum, quod ΠΑΡΟΙΝΟΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗ, ſive ERRIA VENUS, à nobis inſcriptum fuit: eo magis quod character ejus quoque ſit Doricus.

## ΑΦΡΟΔΙΤΗ ΠΑΡΟΙΝΟΣ.

Ἀκκὰ Κυδίρεια σὺν ὠὶ καὶ Χαρίτεσσιν
Πλάξεῦ κατθὶ ὄλυμπον, ἵνα θεῖον-
ἰκάδι Ἥρᾳ,
Ζανὶς ἀνυγρεμένων κεῖ ἀίρια ἤδεπας Αἴ-
Ἀμβροσία δὶ οἱ ἀλὺ πετίσσιν· ἰὰ δὶ κυ-
πίλλων
Νέκθαρος ἀδεσάτως καθάζῦ ἔλαθυ ὑμά.
Ῥῆα μὶν οἱ τόλμα γαμεῖρ πεπλο· ἁ δὶ γα-
λόεσα
Ἐκ κυάθων ἤφυσε καὶ ἴσκεν, πελλὰ δ' Ἐρω-
Ἔγχει μιβίοντι· μίθυ δὶ οἱ ἰκ νόυ ἴσα.
Νῦν δὶ μεθυσκέλοισα κατ' ἀφρὸν εἰρὸν
ἀλᾶται,
Καὶ χθόνα πᾶσαν ἰφίρει· Ἔρως τὸν ἀέκοντα
ἴλκων,
Τὰς δὶ πόρας Κυδίρια φιλάσσῦ μή τις
ἀνωτῇ.
Α μακὶς μὶν ἀφίκει, ἀτὰρ νὸν αὐτὸς δαμάσσῃ.

## CAP. XXIII.

*Epithalamium Helenæ. Scholia in Epithalamium.* πρόσοι ἀδεσπότους. ἀδεσπόζυλα χορδύλη. πλέγμα. ἀδεσπόζ. *Theocritus emendatur.* ὡς ἀνύσιμο. ἀνύσιμον τὸ βραδύτον. ἀνύσιμον ἢ ἀμεινὸν. ἄλλοι δὲ ἄλλως. *Locus Theocriti adſcribitur.* μή τι πάσσθαι. ὁ ἀφῶτος ἀσιδός.

REſtant idyllia aliquot ſine veterum gloſſis & collectaneis criticorum, quibus aliquot capita debentur: ut videamus obiter ſi quid in iis ab aliis prætermiſſum ſit. ita tamen ut labor hic potius neceſſarius quam accerſitus videatur. Eorum primum eſt ſuaviſſimum poëmatium quod Ἐπὶ τῷ ἐπιθαλάμῳ. inſcribitur. niſi quod in Romana editione etiam in hoc ſcholia extant aliquot & gloſſæ: quas quia ignorabat quem ſecuti ſumus codex, hic eas exhibebimus. Ἐπιχειρεῖσι τὸ παρὸν εἰδύλλιον, Ἐπὶ τῷ ἐπιθαλάμῳ. Καὶ ὁ αὐτὸς τινὰ ὑλικῶς ἐκ τῆ πρώτη Στησιχόρα Ἐπὶ τῷ ἐπιθαλαμίῳ. Τῶν δὶ ἐπιθαλαμίων, τινὰ μὶν ἤδεσι ἰαπίκως ἃ λίγεσι καθαρσιμητικά· ἃ τινα ἴων μίτης τυκτὸν ἄδηγι. Τινὰ δὶ ὀρθρεια· ἃ ἢ παρακαρυάτεσι διηγητικά. Τῶν δὶ ἐπιθαλάμων ἤδηγυ ἢ παρθίνι πρὶ τῆ θαλάμυ, ἵνα ✝ παρθίνι βαδεύσησι ὑπὶ τῆ ἀνδρὸς. ἢ φασὶ μὴ ἠξακέσθαι· λαθεῖν δὶ κρυβόμινι διὰ ✝ τῶν παρθίνων φοβῆς. Πρώτῃ ] ἤγυι, πρωΐαν· πρὶ τῆ ἀνίσλου. Νυκταία ] νυκταία ἰσὶ κυρίως ὁ ἐκ νόυ λαβε. Ἐξ ἴσπιδ- δὶ, ἀντὶ τῆ ἐκ ἑσπίδυ. Μυκαλὴν δὶ ἢ Ἑλίνης ἀκκρέφωσιν πᾶδες, Ἰασονίδην ἢ Ἰάσμυ· οἱ δὶ Θρῆνυ. Θυγατέρες δὶ, Μενέλ. ἢ Ἑρμιόν. De imitatione quod dicit Stesichori, puto, verum eſt. Multa enim ille περὶ ✝ Ἑλίνης edidit τὰ μὶν ἐγκωμιαστικὰ, τὰ δὶ διαστρεπτικά. Primus præterea hymnum bucolicum accurate conſcripſit, cujus idea κατὰ τὸ σύνταγμα hic obſervatur. Videtur præterea argumentum fuiſſe valde tritum ὁ Ἑλίνης γάμος: ita ut technici Rhetores cum methodum τῶν γαμικῶν docent, hoc exemplo utantur. Sicut Dionyſius: ἔδυ παραδοῦναι ἢ μυθικὸν ἢ ἱστορικὸν γάμον ἢ ἐγκώμιον, ἢ ὅτι ἀπὸ τύτων ἀγαθὰ ἠγένθη τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ὡς ἢ ἀνεῖλε τὰν δυσχερῆ διὰ γάμυ· οἷον ὅτι Μενέλαος ἐδάπεδεν ἠγάπθη διὰ ✝ γάμου ✝ Ἑλίνης: hoc eſt quod poëta tocies:

Ὀλβιν γάμβρ', ἀγαθὶς τις ἐπέβρα ἠγεμόνεσσι
Ἐς Σπάρταν. &,
Μίνω· ἐν ἀμυδὶς Κρηΐδαι Διὶ πιθόμεϊ ἐξεῖτε.
Ζανὶς ὦ Δυγάτερ υἱὲ τὸν μέγα φῶς ἐχάλεσσας.

quæ omnia ſunt pigmenta è ſchola Rherum. Καβακλῆς Doribus vox nuptialis eſt, ſicut Adoniazuſis ἀνακλῆς,

--ἰνθὶ πᾶσαι, ἃ τὰν τὸν ὠὶ' ἀνακλῆσας.

Menelaus dicitur καβακλῆς ✝ Ἑλίνυ. hoc eſt, καβεζευγότας. καβακλῆται. Non ſatis aſſecuti ſunt viri docti iſtos verſiculos,

Ἀφρὸν

Αἶψα δ' ἄρα πᾶσαι ἐπ' ἴχνεσι μακρὸν ἴχανον
Ποσὶ περιπλῆκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῆμ' ὑμεναίῳ.

Περιπλῆκτοις ποσὶ non eſt quod arbitrantur. Περιπλήγδην dicuntur χορεύοντες, qui chorum circumagunt, qui in orbem ſaltant. Heſychius περιπλήγδην exponit περιελάττων. Eſt autem è palæſtra deſumtum: πλίγμα enim illis eſt τὸ βῆμα, ut notat idem Οἱ γὰρ ἀλείπται τὸ βῆμα πλίγμα λέγουσι. Et περιπλῆξ exponitur περιστρόφως. Mirum nemini obſervatam abſurditatem vocis αὐτὸν in illo verſu,

Εὕδῃ μὲν χρείουσα, καθ' ὥρην αὐτὸν ἐκρῆναι.

Scribendum,

Εὕδῃ μὲν χρείουσα, καθ' ὥρην ὕπνον ἐκρῆναι.

ut ſit infinitivus Doricus. Si, inquit, dormire tibi mens eſt, ſuo tempore dormiendum eſt. Nihil verius. Mox legitur.

— ἀγαθὸν τις ἐνίησι μετ' ἐμμενὲς ἦτορ ἑταίραις,
Ἐν Σπάρτᾳ, ὅσσαι ὦμμι περίπολοι, αἱ σὺ κέλευσας.

qui locus in mentem nobis revocat, quod ſupra monendum fuerat, de eleganti apud Theocritum uſu vocis ἀνύω. Ἀνύω τὸ βραβεῖον dicunt, è victoria præmium reportare. quod longe ab interpretum mente abeſt: qui hic neſcio quid intelligunt. Interpres Sophoclis, ἢ ἀνύω τὸ βραβεῖον, ἤγουν τὸ σεμνὸν ἆσαι καμβέων. Ita idyllio 5. Ἀνύτω τ' ἄμοιβα. nihil eſt, quam cantando mereri. Hoc loco, Veniſti, inquit, Menelaë ad Spartanos, ubi tam multi proceres erant, qui omnes idem petebant, qui tecum certabant, ut præmium ab omnibus reportares, Ἀνύω eſt τὸ καμβέων. ut in illo Comici Pluto: Κἄν ταῦτ' ἀνύτῃ, τετραγκώτα βάλλει. Ἢ φησὶν ὑπ' ὄνου διαπτὰν αὐτὸ τὸ βίον. Ὡς ἀνύσαιμι, ἢ Ἐλένην nimirum. ſicut ſupra ἀνυτάμενον ἢ ἄμοιβα. Quædam editiones habent ὦμμι ἄμοιβα, & ſimilia ubique: non bene. Alterum enim Doricum, alterum recentis Ioniſmi eſt. Id ipſum ex poëta probare eſt. qui quamvis Ionicus nunquam hac ſynalœpha uſus fuit, ut judicabant antiqui: à quibus exploſus fuit Zenodotus qui legebat. Ὦμμι μὲν δὴ θεοί τι καὶ ἄλλοι. Ubique certe apud Theocritum pro ὦμμι ὦμοι, pro ὑπερθύτατος ὑπερθύτερος ſcribendum. Nec enim fruſtra eſt illa veterum obſervatio. Verſiculi illi ſunt ἀδιακόπτου καὶ ὑγιὲς ῥέοντος, ut Ariſtoteles loquitur:

Τᾶν δ' οὐκ ἄν τις ἄμωμος, ἰσαίτατ' Ἐλένᾳ παρεσταθείᾳ.
Αἱ δ' ἀτίμαστοι καὶ ἀνύμφαυτοι περέσσοντο.
Πόντιαι τοῖς ἄνθρωποι· κυκλοῦται γὰρ ἑκάστοις ἀέρτορ·
Ὧδε καὶ ἁ χρυσία Ἐλένα διαφαίνετ' ἐν ἀμῖν.
Πιέρα, μεγάλα.

Vix eſt è numero doctorum qui non aliquid excogitarit: nos tranſpoſitione & interpunctione turbatos eſſe putamus. Eſtque hæc emendatio vera, aut vero proxima:

Τᾶν δ' οὐκ ἄν τις ἄμωμος, ἰσαίτατ' Ἐλένᾳ παρεσταθείᾳ
Πόντιαι· τοῖς δ' ἄνθρωποι κυκλοῦται γὰρ ἑκάστοις ἀέρτορ·
Ὧδε καὶ ἁ χρυσία Ἐλένα διαφαίνετ' ἐν ἀμῖν,
Πιέρα, μεγάλα.

*Harum nulla caret mendo, ſi Tyndaris adſit*
*Pulchra: velut noctu poſt albi tempora veris*
*Exſtellit Matuta ſuos pulcherrima vultus:*
*Aurea ſic Helene cœtu ſplendebat in illo,*
*Et valida & procera.*

Sed ipſe mihi nondum ſatisfacio: cur enim aliud quam ſentio loquar? In ultima Epithalamii parte jam deceſſuræ precantur virgines.

— — ἐγκοιμᾶν δ' ἡμῖν αὐτὸν μή τι κλάσσῃ.

non dubitarim ſcribere, πλάσσῃ. Dormitum euntibus antiqui uſitata formula precabantur εὕπνον ἐγκοιμᾶν. Sicut hic, μή τι πλάσσῃ, ita alibi, ὄλεσον αὖ ἔσσῃ. Indicat venuſtatem euphemiſmi hujus aperte Plato, qui opponit τὸ πλάσσειν τῷ ἔχειν. Αξ. Πῶς φὴς αὖ Σάκασχος; Σω. Οὗτος περὶ μὲν τῶν ζώντων, ὦ Ἐκῖν. οὐ δὲ ἀποθανόντας ὑπ' ἐκείνου. Ἄρτι γὰρ πεπλάσμεθ· ὥστε οὐ τι πάθοιμ', ἐπεὶ περὶ σὲ. Et Lucianus Εὐμενεῖδε: Ὡς ἐγὼ Χρυσὶ καὶ τὸ χρυσὶ ἴσῃ τῇ Γοργίᾳ τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ πλάσειας ὁ πανύργος ἔσῃ, ἢν τι ὁ πατὴρ αὐτῷ πάθῃ. Promittunt ſe rediturus poſtea ad Λάκαιναι quæ Epithalamium canunt, ut διαγρηγορικῶν modulentur, abſoluto καθευδητικῷ,

— ἐκποτέ κε πρῶτον ἀναῦλον ἐπ' ἔσχατα δύρῃ.

Ubi

Ubi ὁ πρῶτος ἀοιδὸς opponitur ſecundo & tertio gallicinio. Ὁ πρῶτος ἀοιδὸς, eſt, ἡ πρώτη ἀλεκτρυονία.

## CAP. XXIV.

Βυκολίσκος & Ἁλιεὺς *duo idyllia excutiuntur.* πλακίαυλος. πλάγιος αὐλὸς. πλάγιος κάλαμος. μίχει σύεργος ἢ πλαγίῳ καλάμῳ συρίς. *Locus poetæ emendatur.* εἰς ἅμα. *alter in Piſcatoribus.* Ἁλιεὺς *Sophronis. Theocriti locus iterum emendatus.* αὐτομάτως μίμφιδζ. τὸ λύχνιον ἐν ὀρυτρείῳ: *interpretatio loci & emendatio. alia quædam.*

At ſimpliciſſimus Βυκολίσκος poſtquam diu de injuria ſibi facta conqueſtus eſt:

Αὖθ' δί μοι τὸ μέλισμα, καὶ ὃν σύεργόν μελίσδω,
Κἢν αὐλῷ καλέω, κἢν ᾄδομαι, κἢν πλαγιαύλῳ.

Homines agreſtes multumque à curis urbanis remoti dicebantur lepido dicto σοφοὶ μίχει πλαγίῳ καλάμῳ καὶ σύεργοι. Lucianus: μίχει τῷ πλαγίῳ καλάμῳ καὶ † σύργοις σοφὸς ἐγὼ· τὰ δ' ἄλλα ἀγύλος. Dicebatur autem & diviſe πλάγιος αὐλὸς & πλάγιος κάλαμος. Doctiſſimus Brodæus legebat πανσύλῳ: quem vide. Corruptus manifeſte eſt iſte locus circa finem:

— ἐπ' ὐνόματι δί μιαλτα
Λάτμιε ὦ πάνος ἦλθε, καὶ εἰς ἕνα παρὶ κάδιυδε.

Ad cujus emendationem viri docti majorem conatum attulerunt, quam ſucceſſum. Romana editio perſpicue habebat, καὶ εἰς ἅμα: ex qua parva mutatione ſcribendum eſt, καὶ εἰς ἅμα: quod non intellexerant editores. Εἰς ἅμα dicitur, ut εἰς ἅλιτ. ut εἰς τρίε: in quibus omnibus τὸ εἰς περιττεύει, & manifeſte abundat. In Pharmaceutria,

Εἰς τρίε ἀπαντήσω, καὶ τρὶς τάδι πάντα φοβεῖ.

Idyll. 25. εἰς ἅλιτ.

— — ἐπεὶ μαλακία πολίων
Ἀθρόος τι φέρεται ὑπνοβόροις ἀκαμανά τι
Εἰς ἅλιτ.

Sicut εἰς τρίε. ita εἰς ἅμα. Εἰς ἅμα τῷ παρὶ καθεύδειν, una nimirum ſimulque cum puero dormire: quod eſt veriſſimum. Brodæus emendarat εἰς τόμα.

Εὑδμίων δὲ τίς ἦν; ὁ βουκόλος; ὅστις Σικελὸς
Βυκολίσκῳ φίλαστον ἀπ' ὐνόματι δὲ μολόντα
Λάτμιος ὦ πάνος ἦλθε, καὶ εἰς ἅμα παρὶ κάδευδε.

Poëta in principio vigeſimæ & primæ eclogæ πρωτογενέθλιος de piſcatorum inopia, quibus partes ſermonis tribuit, ait,

Οὐδείς σ' ὁ χύτρος ὤχε, ὁ κύπα.

Quæ emendatio eſt doctiſſimi viri Johannis Aurati, cum antea legeretur, ὤχ' ὑπ' ἴτα. Incomparabilis Scaliger cum videret hæc ſacra non indigere τῷ κυνὶ, quæ vox hic omnino eſſet παρέγραφος, emendabat, ὁ χύα. Sed legendum eſt, ὕ τιτα.

Οὐδείς σ' ὁ χύτρος ὤχ' ὕ τιτα.

ὑδείς ὑδρίαν χύτρον ὤχε. quoties apud poëtam ὕτις pro ὑδείς & ὑδρία ponatur notare non neceſſe arbitror. Citatur ab Athenæo Ἁλιεὺς Sophronis: quod efficit ut exiſtimem & hoc idyllium poëtam noſtrum è mimo aliquo formaſſe. Supinæ librariorum negligentiæ monent nos iſti verſiculi:

Β. Ἀφρικίων, μίμαρ τὸ καλὸ θέρος· ὁ γὰρ
ὁ καιρὸς
Αὐξάμενος παρίσα † ὧν θέρμ· ἀλλὰ † ὕτιτα
Α φερτὶς κἀπίστα, μακρὰν τὰν νύκτα κοιμᾶ
τις.

Cujus certe ſententiæ ſenſus & perſpicuitas monere debebat emendatores, ne quid tentarent. Præmiſerat piſcator alter:

Α. Ψυδρώτατα φίλα πάντες ἴσα τὰς νύκτας
ἴφασκον
Τὼ δέρμε μυδάζει. ὅτι τἄμαθα μακρὰ φέρει
Ζεύς.

*Fallantur*

*Falluntur amice omnes, qui noctes existimant*
*Æstate contrahi: cum dies longiores sint.*

Accusarat anni tempestatem, quod in eo reprehendit alter, ostenditque non penes æstatem culpam illam, sed penes ipsum esse. Talis igitur aut similis sensus esse debuerat. Frustra, ὁ Asphalion, æstatem accusas: nec enim tempus unquam metam suam prætergreditur. Multum hic se torsit olim Henricus Stephanus. Illud γὰρ, sensum ostendit plane ἀπέρμονος esse, & qui cum præcedenti parum cohæret Manifesta facta est transpositio non versus integri sed vocis primæ, quæ secundi versiculi locum obtinere debuit, & alteri suum relinquere. hoc modo:

Αὐτομάτως μίμητα τὸ καλὸ δίεστ᾽ ἢ γὰρ ὁ κωφὸς
Ἀσφαλίων, παρίβα τ᾽ ἰὼν δρόμον.

id est, μάτην μίμητα τὸ καλὸ δίεστ: Frustra nititur, & sine ratione accusat pulchram æstatem; manifesta scribæ hallucinatione: quem sensum lectori non præstant ea quæ habemus, cum tamen reliqua omnia quæ præcedunt & sequuntur, eum promittant, flagitentque. Non possum dubitare. Porro τὸ αὐτομάτως ita sæpe accipitur. Illi versiculi quos emendarunt viri docti.

Οὐ γὰρ νικᾷ κατὰ τὸν νόον· ἦνθ᾽ ἄρις ὦ
Ἐλθὼν ἐπ᾽ ἐσχατιάς, ὁ δ᾽ ἐπ᾽ ἀκροτάτοις ἵζει παρ᾽ ἕδρᾳ νῶτ᾽,

sunt ex illo Euripidis,

Μάντις δ᾽ ἄριστ᾽ ὅστις εἰκάζει καλῶς.

qui apud Plutarchum legitur. Hunc vertit Cicero,

*Qui bene conjecit, vatem perhibebo optumum.*

Quod mirum est prætermisisse illos qui eum à Cicerone adducunt, ut probent legendum, Οὐ γὰρ ὃν εἰκάζῃ κατὰ τὸν νόον. quo verbo usus est ipse Euripides: qui tamen εἰκάζειν scripsit potius, ut vertit Cicero, quam εἰκάζει: ut & Theocritus. Nimium diu viris doctis aqua hæsit in loco illo:

— τί γὰρ πεπὸ ἐν ἴχνι τις
Κύμινον ἢ φύλλοις πετὶ κύματι, μᾶλλ᾽ ἀναθεῖναι
Ἀτμενὸς ἢ ῥάμνῳ; τὸ δὲ λύχνιον ἢ πρυτανήῳ·
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγαν τόδ᾽ ἔχειν.

Non dicam hic quantum laborarint viri præstantissimi: satis est si mens loci & elegantissimi proverbii nostra opera fiat conspicua: quod speramus. Scribendum, Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγαν τόδ᾽ ἴχνη. Proverbium Theocriticam venustatem præ se ferens. Conqueritur piscator ille obiter & significat ociosum se plane, longeque opulentiam à se abesse; non esse tamen quod sollicitus sit. cum τὸ λύχνιον ἐν τῷ πρυτανήῳ sit: quod quidem λύχνιον semper habet τὸ ἄγαν. Intelligit lychnum qui Athenis in gratiam Vulcani πῦρ ἀθάνατον habebat, sicut Romanorum Vesta: ita ut perpetua ei ignis materies subministraretur, de quo Nonnus,

Ἠμιμὶς Ἡφαίστοι, ἓ μὴ κλίνῃς Μαρδονίῳ,
Ἢ ἴχνι θαῦς ἀγάμοι γάμοιο σέλας· ἢ σε διδάξω
Μυστικὸλοις αἰσθῆσι ἀτρυγέος σέο λύχνου.

Jam cur dicat λύχνιον illud ἀεὶ ἄγαν ἴχνη, cum à Nonno ἀτρυγὲς λύχνος dicatur, non puto quærendum. Per τὸ ἄγαν designatur abundantia opulentiaque. Hunc locum ita puer admodum ante annos aliquot interpretandum legendumque in literis meis ad incomparabilem virum Josephum Scaligerum ostenderam: quo tempore aliquamdiu cum gravissimo languore luctatus in ædes paternas me subduxeram, ubi pleraque in Theocritum notabam, totum & Suidam percurrebam, multisque locis juvabam: Hesychium autem mendis infinitis corruptum supplebam emendabamque ut alibi à morbo quiescerem. Postea vidi maximum Casaubonum in Animadversionibus ad Athenæum, quo opere, meo judicio, in his studiis nihil consummatius, plenius, uberius, unquam ab ullo criticorum est editum, qui nos in notis suis ad Theocritum eo remittit, fere idem de sensu judicare: nondum autem ita emendasse. Mihi nihil videtur venustius. Cum idem piscator ait,

Τὼ χίρα τηλίκα, περὶ κράδμαν οὔρεα ἀγρεύειν.

Distingue

Distingue hoc modo:

Τὸ χέρι τὸ μὲν πρὸς κνάθωνα, οὗτος ἀγαθός.

Cum vero idem,

Καὶ νύξῃ χαλεπῶς. ἢ ὑ φεύγοντες ἵππα.

scribo. Καὶ νύξῃ χαλεπῶς. id est, & gravius me pugnit: nam quod interpretes, & pungêre gravius, vanum est.

## CAP. XXV.

*Aliquot idyllia emendantur. gallorum pugna Athenis.* ἀττικὸς ἀλεκτρυόνος. ἐν ὁμοίῳ. ἐν ἑτοίμῳ. *Locus poetæ emendatur.* δὴ, ἀντὶ τοῦ λίαν τοῦ. ἰδεῖν ἀνάγκη. ἀνάγκη. *Doribus.* ἀναγκᾶον. *Theocritus semel & iterum emendatus. Iterum in* Ἡρακλίσκῳ. ἄρτος Δωρικὸς. πόλιος.

MIra fuit cum aliorum Græcorum tum potissimum Athenienſium circa res minutas vilesque occupatio, qui non solum gallos gallinaceos committebant, sed & ad eorum spectaculum lege publice lata populum convocabant. Ipse Solon apud Lucianum ἐν τῷ περὶ γυμνασίων. Καὶ ὅτι τί ἂν παίδων, εἰ διάπαρ ἢ ἱππάζοιντο ἢ ἀλεκτρύοσι ἀγωνίζοιτο πρὸς ἀλλήλους, ἢ σπουδὴν ἴσχοι τοσαύτη ὑμῖν; ἢ γυναῖκα θαμινὴν, ἢ μάλιστα δὲ ὑπὸ νόμῳ αὐτὸν ὄφοιμι, ἢ περιττὰ ἀκούοι παῖδι τοῦ ἐν ἀλεκτρυόνος παιδιᾷ, ἢ ὁρᾷ τὰ ὄρνια δικαιοτάτους μάχας ἢ ἰαμάτων ἀναγκαιότατα; In illarum avium pugna hoc fiebat: victorem gallum sequebatur gallus. Hoc est quod in hymno Dioscurorum Amyco respondet Pollux.

Ὀρίχαν φοινικόλοφον ζωϊδὼ κυδιόμοι.

Tangit enim suo more paræmiam quæ ex eo orta, de illis qui studiose herum sequebantur, quibus vulgo dicebant, ἀττικὸς ἀλεκτρυόνος. Hinc intelligendus est locus lepidissimus Comici:

Ὁρᾷς ἴγωγε δῆλος. Ex. ἀττικὸς τῆς Ἀλεκτρυόνος;

1

Victorem enim victus sequitur. Idem sibi fieri postulabat Amycus si superior abiret à certamine: quare merito à Polluce audit,

Ὀρίχαν φοινικόλοφον ζωϊδὼ κυδιόμοι.

Interpres Aristophanis: φοινικὸν τοῦτο ἐν τῇ συμβολαίᾳ τῶν ἀλεκτρυόνων, ἢ ἀττικὸν ἔστιν ὅτε τοῖς ποικίλοις. Ὀρίχαν φοινικόλοφον τοιοῦδε κυδιόμοι. Versu secundo suavissimi idyllii quod ab infelici amatore & inscriptionem & argumentum traxit ita legitur:

Τὰν μεγάλαν ἀγαθὰ, ἢ δὲ τέρπνα ὐκ ἐὸν ὁμοῖα.

Ego scribo, ὐκ ἐν ὁμοίῳ. Dictum fuit à suavissimo poëta ἐν ὁμοίῳ, sicut alibi ἐν ἑτοίμῳ, nimirum Hymno Διοσκούρων.

Μήτι σύ μι ξυνίῃς, τάν' ἐξ ἑτοίμου ὐκ ἐν ἑτοίμῳ.

De quibus & similibus nemo bene judicat, nisi qui aures purgatas habet. & in poëtarum idiomatibus non infeliciter operam posuit. Mox ibidem dicitur,

Κὐκ ἤδη τὸ Ἔρωτος τίς ἢ δύσις, ἀλλὰ νύξα Χειρὶ κεκτᾶσ', ὡς ποκὸ βίᾳ ποτὶ πατρὸς βάλλει

Manifeste sententia claudicat. Lege, ὡς ποκὸ βίᾳ ποτιπάτριος βάλλει. Βίᾳ ποτιπάτριος, ut in Bione, ἴλαος ποτιπάτριος.

Ἄγχιν ἄγχιν ἴλαος ἴχει κατὰ μικὸν Ἄδωνιν. Μίτυν δ' αὖ Κυθέρεια φέρει ποτιπάτριον ἴλαον.

Simile quid ad oram libri cujusdam notarat Gerardus Falkenburgius Noviomagus, qui hunc poëtam feliciter triverat. Observavit olim criticorum gens τὸ δὴ pro τῷ λίαν inveniri frequentatum: quod mihi optime illi loco convenire videtur,

Οἷα δὲ δὴ ὑλάεις ὑποπτήσσει κυναγὸν, Οὕτω καὶ ἐκεῖ ποτὶ ἢ βροτὸν.

Hesychius, δὴ, δηλονότι, ὁ λίαν. Laborat in eodem idyllio magnopere locus ille,

— ἁλικὰ δ' ἦτορ, Ἡ καὶς ἐξίφρασε ἰμάσδεν μᾶλλον ἐρωτὰ.

Nos secuti emendationem noſtram ad τὸ

τὸ σοφὸν ἢ τὸ πάσῃ ἀρίσκ Caſauboni, edidimus,

---ἀλλὰ ἢ ὕπτως
Ἠ κακὸς. ἓξ ἐρυτὸς ἐριζέμεν μᾶλλον ἐραστάς.

quod & in verſione hujus idylli noſtra ſecuti ſumus:

---ſed ſic quoque multum
*Pulcher erat: vultu magis irritabat amantem.*

Nihil hic ordinem ſequi neceſſe eſt: ſatis eſt ut in mentem veniunt ſingula chartæ committere. Supra infelix amator dixerat,

---ἄχρια δ' αὐτῷ
Χείλεα, ἢ κοραδίην βαίνοι, ἔχει ἀνάλκιτον.

Fortaſſe melius, λίθον ἀνάγκαν: quia præceſſit ῥῆϊς βαίνων. ¡Nam ἰδίως ἀνάγκαν eſſet ſicut ἐρᾷν κάρδαμον, & ſimilia ejuſmodi: quamvis θρῆνυ ἢ παροιμιωδέστερον. Sed poëtæ id ubique curant ſcilicet. Χρῆσις vocis ἀνάγκα quæ in eodem verſu eſt, tota Dorica eſt: quam nemini annotatam mirum. Pindarus Ode 2. Olymp.

---κατὰ γᾶς δικαίᾳ τις, ἰχθρᾷ λόγον φόβοις ἀνάγκᾳ.

qui uſus cum ſit κατὰ γλῶτταν illius poëtæ ἢ τὸ ἰδίωμα, eleganter aliquoties ab Horatio ſervatus fuit. Sic Ode 3. lib. 1.

*Semotique prius tarda neceſſitas*
*Lethi corripuit gradum.*

Et Ode ejuſdem lib. 35.

*Te ſemper anteit ſæva neceſſitas,*
*Clavos trabales, & cuneos manu*
*Geſtans ahena: nec ſeverus*
*Uncus abeſt, liquidumque plumbum.*

Ubi manifeſte *ſæva neceſſitas* eſt Pindari, ἰχθρὰ ἀνάγκα. Ita Ἡρακλείτῳ δυσμὲς ἀναγκαῖαι dicitur vinculum moleſtum, durum, & horrendum.

Αἳ δὲ πάλαι δίκλινον ἐπεὶ μέγιστον ἀκέσθαι.
Δεσμῷ ἀναλκῆν πεῖρά μιν ἴκανεν ὑπνῷ.

Et ἀναλκῆν, domus erat ubi vincti detinebantur, & aſſervabantur. Heſychius, ἀναλκῆτις, τὸ δυσμοτήριον. Verſu quadrageſimo nono cum ſequenti non placet ineptæ illa repetitio:

Ὦδ' ἰκτὸν, λίθον εἶπεν ἐρειδόμενος. δ' ἐπὶ βοῖκα
Ἀχεῖ μέσον ὑδὸν φολιεζὸν λίθον.

Lego itaque in priori verſu μέσον non λίθον: quam vocem poſtea explicat & confirmat cum ait τὸν κοπλὸν χοιρίδια. Malim poſtea legere, τὸν πέτρον, quam τὸν λίθον.

Τὸν πέτρον δ' ἰκύλισεν ὑπὸκ πεδίον.

In Heraclifco ſuccurrit ille locus qui non ſatisfacit,

Τόξον δ' ἐβάσσατο ἢ ἐπέτυχεν εἶναι ἀνδρῶν
Εὐρύοπας.

Male editum eſt ἐπέτυχεν, ὕφ' ἓν, deinde non recte εἶναι. Scribendum,

Τόξον δ' ἐβάσσατο ἢ ἓνα τυγχάνειν εἶναι λίχνον.

In eodem video à multis quæſitum fuiſſe quis eſſet ἄρτος Δωρικὸς, cum ait,

Δίπυρον δ', κρίνατ' ἐκπλὶ. ἢ ἐν καπίῳ μέγας ἄρτος
Δωρικὸς.

Voluerunt veteres critici panem Doricum ſimilem fuiſſe Atticorum πυλάνῳ, vilem, & quo ſe operarii explebant. Gloſſa Apollonii: πύλανος. δὲ ὁ διακεκαυμένος ἢ ὑπερεψὴς κατὰ Ἀττικούς· ὡς ἢ Εὐριπίδης, Στόμαχος ἀφρυδὴν πύλανον φησὶ δὲ τὸν ἀκαθάρτως ἢ αὐτικῶς ἄρτον, ὡς ὁ Θεόκριτος Δωρικὸς φησι. Valde ſimplex & delicatulum poëmatium eſt, quod non minus argumento quam inſcriptione delectat, O ἀρτύς. In eo aut valde fallor, aut loco ſuo ejectus eſt ille verſiculus,

Μὴ 'πιδάκης ἢ χόρτῳ, ἢ ὀτέῃ χόλος ἀμύξῃ.

Arbitror tamen loco quocunque melius ferri poſſe ſi ſcribatur, ἢ ὀτέῃ χόλος ἀμύξῃ. Eſt enim χόλος ἀμύσσῃ amantibus, quod Horatius, *imprimere memorem dente labris notam.* ἀμύξῃς eadem ratione ferri poteſt. χόλος ἀμύχῃ eſt καταγλωττίσματος aliqua ſpecies. In illo verſiculo non minus æſtuarunt viri docti,

Μᾶλα τὰ πρότιτα τάδε χοιδοῖς δι' ἀδάξω.

Dubium quidem non eſt, quod ſuſpicabatur olim Henricus Stephanus quin legendum ſit πάσσω, aut potius, quod ego certiſſimum habeo, πιάσω. Per μᾶλα autem χοιδοῖς quod intelligunt interpretes, ridiculum eſt. Quomodo enim ὁ χοῖρ in illa parte? Vere enim poëta artificioſiſſimus de Apolline.

Θηλείας ὑσὶ ὄστος ἐπὶ χρόος ἤλθε παρείῃς.

Nos nihil dubitamus reponere χλοάσσα. Dixerat puella pavore conſternata,

Τί ῥίγιστε σατυρίσκε; τί σὶ ἴσλοθεν ἄψαο μαζῶν;

reſpondet ille,

Μᾶλα τιὰ πρώτισα τάδι χλοάσσα πιαίνω.

Poëtis omnes timidi trepidique χλοάειν dicuntur, voce à colore timoris deducta. Unde Χλόη Nymphæ illæ quæ perpetuo tactum Satyrorum fugere putabantur: qua occaſione Horatius ſuam illam timidulam & congreſſum viri fugientem Chloen dixit.

*Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe,*
*Quærente pavidam montibus aviis*
*Matrem, non ſine vano*
*Aurarum, & ſilvæ metu.*

Theocritus μᾶλα χλοάσσα dixit, Nonnus παρειάς.

Εἰπὲ πόθεν βασίλεια σίδεν χλοάουσι παρειαί;

Varro Prometheo dixit *evireſcere*,

*Exanguibus dolore evireſcat color.*

Sed quia præceſſerat μαζῶν, non audemus μᾶλα interpretari de facie: Nec propterea χλοάειν de colore. Manet integra tamen noſtra emendatio, & μᾶλα ſumimus ἀντὶ τῶν μαζῶν. χλοάσσα vero exponimus cum Theone antiquo Grammatico οἰδοῦσα. Nicandri interpres: Διογενὴς δὲ χλοάειν, καλῶς αὔξεσθαι, ἢ βλαστάνειν. Θέων δὲ ἐν ὑπομνήματι, χλοάουσα ἀντὶ τῆ οἰδοῦσα. Μᾶλα χλοάσσα ſunt *ſoriantes papillæ*. Eſtque omnino ſcribendum,

Μᾶλα τιὰ πρώτισα τάδι χλοάσσα πιαίνω.

## CAP. XXVI.

### *Epigrammata Theocriti emendantur aliquot locis.*

EXtant & epigrammata quædam noſtri poëtæ, quæ nativo idiomatis lepore facillime locum ſuum tuentur & titulum: nec magnopere judicium eorum qui poſtea aliquanto acutiores eſſe voluere, reformidare videntur. Illorum omnium elegantiſſimum fere & amœniſſimum eſt cujus exordium; Τάυρε κὰν ἐρέσσῃ. Sed in eo non ſatisfaciunt illi verſiculi, qui jam hunc in modum leguntur:

Ἐξιο δὲ τιμὴ, ἢ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὐχὲ ἀποσφάξαι τὸ Δάφνιδός με πόθῳς.
Καὶ δώσει ἐπιβρίξαι χίμαιραν καλὸν ἢν δ' ἀνακινήσῃ,
Τῶδι τυχὼν ἰθέλω τέμενα θύσαι τιλέσαι.

Quæ quidem non tam obſcura ſunt, quam male intellecta fuerunt, ideoque poëtæ acumen ſuum, & hujus epigrammatis genuinum nitorem offuſcarunt. Nam qua fronte audent reddere interpretes: *Et mox ſacrificaturum me pulchrum caprum: at ſi abnuerit, Hoc adeptus volo tres hoſtias offerre?* Quæ diverſa ſunt & contraria. Nihil mutari neceſſe eſt. mens tamen hoc modo dilucidior eſſet:

Καὶ δώσει ἐπιβρίξαι χίμαιραν καλὸν ἢν καθανύσῃ·
Τῶδι τυχὼν ἰθέλω τέμενα θύσαι τιλέσαι.

Senſus argutus & rotundus. Præceſſerat: εὐχὲ ἀποσφάξαι τὸ Δάφνιδός με πόθῳς. Pete, inquit, à Deo hoc mihi dari, ut amore Daphnidis defungar libererque. Quod ſi conceſſerit, mactaturum me eſſe hircum: nimirum, ſi efficiat ne amplius Daphnidem amem. At contra, ſi concedat, quod multo amplius eſt, ut Daphnide potiar, tribus illi victimis facturus ſum. Ita ſenſus erit:

*Id mihi ſi tribuat, caper hoſtia concidet: at ſi*
*Daphnide ſim potior, victima terna cadet.*

Si quis nihil mutandum arbitretur, ſenſus hic erit: Dicas facturum me capro, ſi concedat Deus ut ab ejus amore me vindicem, & in integrum reſtituar. Quod ſi id concedere nolit, ſed illius amoribus operam me dare velit: ſi exorem Daphnin, ejuſque compos fiam, tres hoſtias mactabo. Ac tum mens erit:

*Id mihi ſi tribuat, caper occidet hoſtia: ſi non,*
*Daphnide dum potior, victima terna cadet.*

Longe ab hoc ſenſu abibant vulgo. Præſtantiſſimus Grotius, qui ſuaviſſime hoc epigramma tranſtulit, ſecutus opinionem

nem meam eſt. In præcedenti epigrammate legitur,

--- ἀλλὰ τὺ φῦγε,
φῦγε μιθὸς ὕπνε κῶμα καθεχρόμενον.

Scribe καθεχρόμενος, quod & Brodæo placebat: cujus viri, cum ad umbilicum hujus libelli perveniſſem, quædam vidi in Theocritum, jam demum in quarto volumine criticorum, quos ſingulare Germaniæ ſuæ ornamentum Gruterus meus edidit. Ea ego omnia huic editioni noſtræ, & celebritate & præſtantia viri maxime inductus addere parabam. Quod feciſſem ſane, niſi vidiſſem, exemplaribus eum, ut plurimum, uſum fuiſſe mendoſiſſimis, eaque reſtituiſſe fere quæ ab accuratiſſimo Stephano & aliis ante multos annos ſunt emendata. Exiſtimabam præterea hominem eruditiſſimum ea vel in uſum ſuum tantum, vel tyrunculorum aliquot notaſſe, nihilque minus cogitaſſe, quam ut ea vulgarentur. ſunt enim quædam ὑ πρὸς ἑαυτὸν ζωήν, niſi hallucinor. Non minus hoc epigrammate elegans eſt, quamvis ſimplicius, epitaphium Orthonis:

Ἄιδη, Συρακόσιός ζε ἀνὴρ τόδ' ἱμείρω Ορθων,
Χίμαιρίς μιθύων μυλαμὰ τυκτὸς ἰὼν.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
Πατρίδος, ἐνθάδε κεῖμαι ἐρημαίαν.

In quarto verſu ſcribe, ut ſatisfiat menti poëtæ, quam poſtulant reliqua, ἀντὶ δὲ βώλε Πατρίδος. Pro gleba, inquit, patria, externa terra tumulatus jaceo. In epitaphio ſophiſtæ phyſiognomonis, quem ait poëta, cum peregre ſepultus ſit, nihilominus omnia conſecutum eſſe quæ domi potuiſſet, & inter ſuos, legitur hic verſus,

Χὐμιν δ' ἦτας αὐτοῖς ἀναμίμνων φίλος ἦν.

Valde placet quod emendabat Brodæus, Χὐμιν δ' ἦτας αὐτοῖς. Etiam ipſis, inquit, poëtis ibi notus & acceptus erat: à quibus poſtea epicedium meruit. Itaque ne hoc quidem honore caruit quem poëtæ conferunt. Ejuſdem epigrammatis mendoſa eſt concluſio:

Πάντων δ' ἐπίοικον ἔχει τιθηνὸς ὁ σοφιστής.
Καίπερ ἄοικος ἰὼν· οὐκ ἄρα κηδεμόνας.

Epigramma fuit quantivis precii, quodque apud Græcos rarum eſt, acuminatum, & nihil minus quam κόμμος. quæ omnia obduxit vox nihili & quæ non eſt nauci. Epitaphium eſt Euſthenis, qui relicta patria ſua & propinquis, peregrinus inter ignotos, nihilominus ibi honorifice ſepultus eſt. Eum ait poëta concluſurus epigramma ſuum, quamvis extra patriam eſſet, habuiſſe tamen κηδεμόνας. Erant autem κηδεμόνες qui proxime ſanguine conjuncti erant: ad quos ſpectabat ἡ κηδία, honor funebris, qui mortuo impendebatur. Quo autem plures propinquos, eo plures habebant κηδεμόνας: quo longius à conſanguineis aberant, eo longius ab illis ad quos cura hæc poſtrema ſpectabat. Duæ voces ſunt in quibus concluſionis cardo vertitur: vox κηδεμόνας, & altera quæ corrupta eſt. Ea autem eſt ἄοικος. Οἶκος frequenter poëtis eſt, πᾶς ὁ βίος, ut Homerus loquitur, & facultates: quomodo noſter ſupra dixit, ὡς ἰμὶς οἶκος ὑπάρχει: ubi οἶκον vocat τὰ ὑπάρχοντα. Ἄοικος neceſſario ſunt omnes peregrini. Ait igitur hunc Sophiſtam καίπερ ἄοικον ὄντα, habuiſſe tamen multos κηδεμόνας. Scribendum igitur,

Πάντων δ' ἐπίοικον ἔχει τιθηνὸς ὁ σοφιστής.
Καίπερ ἄοικος ἰὼν, οὐκ ἄρα κηδεμόνας.

Epigramma decimum & octavum epitaphium Clitæ eſt, nutricis Medei: quod continet gratitudinem, quam puer Medeus, erecto monumento, nutrici ſuæ & altrici exhibuit.

Ὁ μικρὸς τόδ' ἐτύξε τᾷ Θρίκιᾳ
Μήδος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ἰδίᾳ, κἠπίγραψε
Κλείτας.

Scribe, κἠπίγραψε Κλείταν: id eſt, Clitæ inſcripſit. vel, nomen Clitæ inſcripſit. ἐπιγράφει τὴν Χρύσιππον. ἐπιγράφει τὸν Λύσιππον dici, pueris notum eſt.

## CAP. XXVII.

*Miſcellanea quædam ad Theocritum.* ἐλάδιεγι *per ludibrium de ſervis.* ὦ λεύθερε, ἀμύλοιο παρέντος. *Locus Theocriti in Comaſte expoſitus*

περὶ Ἀδωνίου. βωστρήσομες, βωστρήσομεν. *in Thalysiis νέα τὰ μισσὸς de Caprario.* πτύα τᾶ ἐείρα. *antiquus error Græcorum.* ὀλιτυμβίδιοι χορυδαλίδες. *Galeni de eo locus. & emendatus. item Æliani. Interpretes semel atque iterum emendati aut suppleti leviter. Locus Theocriti apud Aristophanis interpretes.* οἷος ὁρᾷς *in verbis Amyci apud Theocritum ex hymno Dioscurorum. Locus alius* ἐκ τᾶ Οαειγίος, *item Moschi emendatus.*

FAciam quod Athenienſes ſolent. Apollini χύτρον θάργηλον ſtatuam. & miſcellanea fruge faciam Theocriti Genio. Homines interdem ſervos & maſtigias amaro ſcommate ἰλιυδίρας vocabant. Ex eo dependet feſtivitas dicti ſaliſſimi meretricis Gnathænæ apud Athenæum: quæ cum à duobus amaretur; milite & ſervilis conditionis altero: cumque à milite λάκκῳ forte fortuna vocaretur: merito id fieri dixit, quandoquidem duos fluvios admitteret qui in idem barathrum præcipitarent, Αύκον καὶ Ἐλιύθερον. Hinc Lacon in Idylliorum Theocriti quinto à Comata per ludibrium δοῦλος appellatus, amariori eum ſcommate ἰλιυδίρας vocat.

Τάν μοι ἐδωκεν Λύκων ἁ λυδίρα.

In deliciis apud veteres non re tantum ſed etiam proverbio, quæ ſunt orationis Theocriticæ bellaria & epulæ, erat ἄμυλος: quo reſpexit idyllio nono cum ait,

— ἴσχεν δέ τοι ἁ τλῆμι ὄφρα
Χείματος, ἃ τανδὲς καρύων ἀμύλιον παρέϊτο.

Patet id ex Eubuli loco, unde deſumptus eſt Theocriti:

Ἀμύλων παρέϊτων ἐδίνη' ἐκέκοτει
Ἀνεῦκε, καὶ σίαλος, καὶ φλυαρίαις,
Καὶ κάρδαμ' ἐκκενατρμόν'.

Et Plutarchi ἐν τῷ Περὶ εὐθυμίας. ὁ γὰρ χθὲς ὠὰ καὶ ἀμύλια, καὶ σκάνδικον ὄρθρου διαπλύων, τήμερον αὐτόκυρος ἐπὶ ἰκαρίαις καὶ καρδαμίδι σιτεῖται πρασιαῖος καὶ περδύμως. Video quæri ab interprete quid voluerit Comaſtes cum de Adonide ait,

Τὸν δὲ κακὰν Κυθέρεια ἐν ὥρᾳ μᾶλα νομίζων
Οὐχ' ὕπνῳ Ὠδωνιν ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσας,
Ὡς' ὑδὶ φθιμένῳ μὴ ἄτερ μαστὸν τιθῆται;

Cur nimirum etiam mortuum complecti Venus dicatur. Hic mira ſunt quæ argutatur: cum uno verbo fieri poſſit. Tangit poëta τὰ Ἀδώνια, in quibus quotannis mortuum puerum amplectebatur, καὶ περιστρίζειν lachrymans Venus: ut in Adoniazuſis eſt. & Epitaphio Adonidis. Euſtathius puto cum notavit, Εἰ δὲ τὸ βωστρῆι τὸ ἀναβοᾶσθαι, ἄγαν ἐπικαλεῖσθαι, καὶ καμβάλιζε συνῆθως ἀντὶ περισκλίζε, non alium locum in animo habuit, quam eum quem poſtea adducit Theocriti, cum ait,

A. Βωστρήσομαι. K. τὸ κάλλιον.

& paulo ante,

Αἴ κἄς τ' ὀρύτομαι βωστρήσομαι'

utroque enim loco ponitur ἀντὶ ὑποβλητικῶς. unde apud Euſtathium legere malim, καὶ συνήθως καμβάλιζε ἀντὶ ὑποβλητικῶς. videturque ea antiquorum eſſe criticorum nota quæ legitur ad eam vocem, ἐρωτικὸν ἀντὶ ὑποβλητικοῦ: quia bis autem ibidem factum fuit notavit ille συνήθως fieri. Addit autem poſtea, ne quis dubitet quo reſpiciat, πρὸς δὲ Θυοκλέτῳ κεῖται καὶ λέξις, exponitque, βωστρῶ, ψαλαφητικῶς ἐν ἀγωγῇ ἀναβοᾶσθαί τινα. In Thalyſiis, quæ ecloga omnium Theocriti reliquarum regina eſt princeps, atque adeo medulla quædam in hoc corpore Bucolico accurate deſcribitur ἐκ τῶνδας ἐκ κεφαλᾶς Caprarius homo his verbis:

— καί τιν' ὕπνον
Εὕδοις σὺν μοίσαισι Κυδωνικὸν εὖ ἐσσομένᾳ ἔν-
δεκα,
Ὥσπερ μὶν Λυκίδαν, ὃς δ' ἀμφὶ σοὶ ὑδὶ
κἀτίς μιν
Ἠγείρειν ἐδόκει. ἐπεὶ αἰάζαν ἔξεχ' ἰφικ.
Ἐκ μὲν γὰρ κατίου βαθύτερος νέκυς τεθάνται
Κικλὶς δ' ἐρᾷ ἄμμιν.

Hic nota eſt Græci interpretis gloſſa, quæ exponit, νέκυς ζῶσιον. κιτίας περσφάτου. Vetuſtiores tamen paulo curioſius hoc

hoc acceperunt, qui νέαν τάμισον dici voluerunt. ἢ τῷ ἱερῷ. Nam quo melius referas illa verba doctiſſimi ad Nicandrum interpretis, Τάμισον ἢ πιτύαν λίγνῳ ἢτις ἐπὶ τῶν ἤδη γεγαικὼς ξυγκειμένων νέων ἐίρηται. Χρήσιμα δὲ αὐτῇ πρὸς πᾶξιν τῶν τυρῶν. Καὶ Νικάνδρου δὲ ἐν τῇ δυνάμεσιν ἀρίστην ἢ πιτύαν εἶναι φησὶ. πρώτην ἢ τῇ πεύκῃ, δευτέραν ἢ τῇ λαγωῷ ἢ, τρίτην ἢ τῇ ἱερῷ. ἢ μᾶλλον ὁ Θεόκριτος? Ita certe ſi intepretemur, multo magis ὁ τῷ ἀρτίως hoc in loco perficitur χαρακτηρισμὸς: quod poëta voluit. Interpretes plerique qui hodie ad Theocritum leguntur ſunt recentes, ut ſæpe diximus: quod plurime ineptæ & nugatoriæ interpretatiunculæ teſtantur. Inter quas locum, ut alibi dicimus, non poſtremum obtinet, ea quæ cauſam reddit, cur κορυδαλίδες ἐπιτυμβίδιοι dicantur. Ἐπιτυμβίδιοι· αἱ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἢ τύμβοι φέρουσι τῷ πατρὶ αὐτῶν. Et. Ἐπιτυμβίδιοι δὲ, ὅτι ἀπὸ τύμβου τὸ τοιοῦτον ἀπόκτημα ἐπὶ κεφαλῆς ἔχουσι. Φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ἰσοδυναμοῦσα ζητοῦσι ὅτι πρὸ τῆ γενέσθαι ἢ γῆν, γεγένηται αὐτῶν· Συνίδη δὲ ποτὲ αὐτῶν ἢ πατέρα θανόν, καὶ γῆς μὴ ὄντος, ἐπάφη ὑπὲρ ἢ κορυφῆς τῷ ἰδίῳ γόνῳ· διὸ καὶ ἐπιτυμβίδιοι ἐπικληθῆναι. Quæ quidem nos omnia recentiſſimi alicujus è fæce Grammaticorum arbitrati eſſemus, niſi ipſius Galeni tempore extitiſſe ſciremus, è loco ipſius ἐν τῷ Περὶ ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. Sunt autem quibus illud notat hæc: Ὀγε μὲν κόρυδος τὸ πλεῖον ζῶον τυγχάνει τὸ μικρὸν, ὃ καὶ κατὰ τὰς ἰδίας πολλάκις ὁρᾶται. ἐλήλυθεν ἐν τῷ ζωμῷ τὰς κωμικὰς ὠφελεῖ· χρὴ δὲ συνεχῶς καὶ πολλάκις ἐσθίειν αὐτὰ μετὰ τῷ ζωμῷ. ἔχει δὲ ἐπὶ ἢ κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῶον, ὥσπερ τινα λόφον ἐκ τῶν τετραπόδων αὐτοφυῆ. διὸ δὴ καὶ ὁ μῦθος, ὃν Αἰσωπος ἡμῖν ὁ Κωμικὸς ἐξεφόνησεν, ἐκπλάττει. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν τοιάδε ἢ τερέων·

Ἀμαθὴς γὰρ ἦφυς καὶ πολυπεράγμων, ὦ Αἴσωπον ποτ' ἄνθρωπος

Ὃς ἦσθιεν μόνος κόρυδον πάντων πρῶτον γενέσθαι,

Περιέργον ἢ γῆς· ἁπάσῃ νῦν ἢ πατὴρ αὐτῆς ἀποθνήσκει

Τῶν δ' οὐκ ἔλαθεν ἢ δὴ περιπίπτει πιπτάζων. ἢ δ' ἀποροῦσα

Ὑπ' ἀμηχανίας, ἢ πατὴρ αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ καθορᾶται.

Τοῦτο φασὶ καὶ ἢ Θεόκριτον αἰτιᾶσθαι λέγοντες·

Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλίδες ἡλάσκουσι.

ἄλλως γὰρ αὐτὰς τὰς ἢ τύμβους ἐπὶ ἢ κεφαλῆς ἐχούσας. περιέθηκε δὲ τοῦτο τοῦ λόγου, ἵνα τὸ βέλτιον σαφῶς δηλώσῃ τὸ ζῶον ἢ κόρυδον, ὅτι οἱαν τινὰ ἐπὶ ἢ κεφαλῆς ἀπάσασιν ἔχει τῶν τετραπόδων, ἐκτὸς ἢ ὠφελίας αὐτῷ πρὸς τὰς κωμικὰς ἐπιφορὰς. καὶ βέλομαι καλῶς γεγενῆσθαι ζῶν ὑπ' ἐξηγητῶν. καὶ γάρ τοι καὶ ἡ κορυδαλὶς καλεμένη Βοιωτοῖς, καὶ αὐτοῖς κωμικοῖς ἀριθμεῖται. καί σοι καὶ τοῦτο τὸ κατὰ τὸ πάριργον ἐγκάθου. Vel hic locus nos docere poterat non omnia quæ inepta ſunt in his collectaneis eſſe hodie aut heri nata. Videtur tamen diſſidere illi interpretationi ipſe Galenus cum addit, περιέθηκε δὲ: pro quo vulgo legitur inepte, περιέθηκεν δὲ. Ait enim, hoc ſe addere tantum, ut facilius dignoſci poſſit. Ariſtophanis loco quantum tribuendum ſit ſatis diximus, qui libertate comica τῷ Αἰσώπῳ προσέθηκε μῦθον quod ſapienter prætermiſit Galenus; qui tantum illius ſententiam citat. è qua, aut ego fallor, aut non ſequitur eam propterea ἐπιτυμβίδιον vocari. Quare qui Galeni autoritate nituntur, nihil effecerint. qui tantum obiter innuit, & hanc criticorum ſententiam tum extitiſſe: quam ſuo inſtituto accommodat. Ea autem talis eſt ut tantum excogitata ſit ab aliquo cui neceſſario poſt alios novum aliquid dicendum erat. Meminit illius Ariſtophanici loci & Ælianus Hiſt. animalium lib. 16. cap. 5. qui univerſis Athenienſibus hoc aſcribit quod à Comico ridicule excogitatum eſt: ortum autem ab Indis eſſe qui tale quid de epope tradunt. Τοιαῦτα αὖτα καὶ Ἀθηναῖοι ὑπὲρ ἢ κορύδου πεφυκότος περιττῶς μῦθον τινὰ ἔπειρ ὑπ' ἀκολουθίαν μοι δοκεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ὁ ἢ κωμῳδίαν ποιητὴς ἐν Ὄρνισι λέγων. Et poſt adductum Comici locum, Ἔικὸς οὖν ἐξ Ἰνδῶν τὸ μυθολόγημα τοῦτ' ἄλλως μὲν ὄρνιθος, ἱστορῆσθαι δ' οὖν καὶ ὧδε ἔλεγεν. Συγγίγνεσθαι γάρ τι μῆκος χρόνῳ λέγουσι βραχυμένης ἐξ οὗ ταῦτα τῷ Ἕκτορι τῶν Ἰνδῶν ἔτι κυδρότερον ὄντι, καὶ παιδὶ τέτρα ἡλίκιαν, ἐς τοὺς γηραμένους πίπτειν ἔτεσι. Quod facile conceſſerim in animo habuiſſe Comicum, cum hoc Æſopo affinxit. De Theocrito, ut ἐπιτυμβίδιος propterea dicat, non admiſerim. Τύμβος eſt ὁ λόφος, τὸ ἢ γῆς ἀπόκτημα: in quibus verſantur libenter iſtæ aves. Ac potiſſimum cum ex aëre paſſis alis leviterque concuſſis, ſtridula voce deſcendunt. Arbores enim, ut recte notat Ariſtoteles, averſantur. Hic in Batavia, ubi magna illarum eſt copia, res ita nota eſt, ut nemo de alauda cogitet alenda, niſi prius ceſpitem vivum bacillo imponat,

imponat, quo ſe oblectet illa: nec agricolam ullum invenias qui non cauſam magis idoneam afferre poſſit cur ἐπιτυμβίδιοι ſint, quam iſte Græcus. In eodem interprete gloſſa illa in Adoniazuſis quæ ſub finem legitur eorum quæ notantur ad illa. ὁ τὰν νύσσαν· ἀποκαλέσας, nimirum, ἵμερος δὲ οἱ ὑπηργαί· ὕγγαι. ἱμπρηγαί, transferenda eſt ad ea verba, ποῖαί σφ' ἐκίνασαν ἵμερον; Alteram quæ vocem σκιπτᾶς interpretatur in Gratiis, ita ſupple. Σκιπτᾶν δὲ ἑαυτοῦ, ἢ ποδὸς ἢ σκέλους, ἢ ποδὸς τὸ κίνημα ποιεῖσθαι· ἢ ποδὸς ἢ κύνα· κνίψ γὰρ, &c. Antiqui Grammatici ad Ariſtophanem è Theocrito χρῆσιν adducunt, quam nuſquam me legiſſe memini: his verbis: Στρέφου, σκαιὲ, ἀντὶ τοῦ γνησιοκάκε καὶ αὖθις, ὥσπερ καὶ ἀντίθετον ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων· ἀπὸ μιλτοφόρων τῶν καλάμων. οἱ ὄντες μὲν χλωροὶ, ἀκμαῖοί εἰσι. ξηραινόμενοι δὲ, ξηροὶ καὶ σκαιοὶ γίνονται. In Dioſcuris Amycus homo vere barbarus καὶ ἀνάγωγος ita loquitur:

Τοῖσδ' οἷος ὁρᾷς ϑ σὺς γε μὴν ὑκ ἐπιβαίνω.

Ubi exiſtimarunt omnes ad Solonis coloniam ſpectare poëtam, καὶ σολοικίζειν. Sed ſcribendum οἷος. Τοιοῦδ' οἷος ὁρᾷς Οἷος, ut λύκος idyllio 5.

Χἀμὲν ἐσὶ κύων φιλοσόφιμος, ὃς λύκος ἄλλοι.

& ibidem τὰς καυδάρους. Ut ſit quartus Doricus: quo nihil uſitatius. Hoc malim quam ut vulgo Quanquam neſciam an non libertatem Sophronis & hoc loco imitari potuerit: apud quem multæ ſunt perſonæ quæ neutiquam ferulas Grammaticorum metuunt. Ut cum à fœmina dicitur, ὑγιαίνεις καλοκύνλας. In colloquio Daphnidis & puellæ verſiculum illum diu à doctioribus ventilatum, ita ſcriberem.

Α σαφυλὶς σαφὶς ἐσι, καὶ οὐ βάσσον αὖον ἀλείφαι;

Interrogandi nota. Videtur autem eſſe hoc ex eadem leporis officina è qua illud Varronis, *Sic canis fit è catella, ſic è tritico ſpica.* Atque hæc quidem hoc tempore ad venuſtiſſimum poëtam,

*Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oru.*

Sunt & in Moſcho & Bione nonnulla corrupta, ſed quæ majorem operam fortaſſe & ocium requirunt; cui illa reſervabimus. Exemplo fuerit locus ſtatim in principio, in Amore fugitivo:

Εσι δ' ὁ παῖς περίτιμος· ἐν ὀλίγοις πάϊσι μάθοις τιν.

Qui ita Politiano redditus eſt, ut difficile judicare ſit quam lectionem viderit. Alii exiſtimarunt, ἐν ὀλίγοις πᾶσι, dictum, ut ſæpe apud Homerum vacat καὶ περιτιθεὶς vox πᾶσι. Quod quanquam fieri ſciamus, nihil tamen neceſſe erit ſi ſcribamus, ἐν ὀλίγοις παισί.

Εσι δ' ὁ παῖς περίτιμος· ἐν ὀλίγοις παισὶ μάθοις τιν.

VARIAN-

# VARIANTES LECTIONES.

IDYLL. 1. *vers.* 1. MS. Baroc. 109. *leg.* τᾶτα, *& sic semper.* v. 9. ὄιδα v. 11. ἀξᾷς. v. 12. *Ed.* Winter. Cantab. leg. τᾷδι. v 15. *MS.* Bar. ποιμήν. v. 21. ἰσδόμεθα. *ibid.* τᾷ τι Πριήπᾳ. v. 23. *Ed.* Wint. ποιμενικὸν. *MS.* B. πφμενικὸς. v. 29. *MS.* B. leg. ποτὶ pro πρὸς. v. 30. *MS.* A. Laudi. *c.* 89. κακοιμίσθω. v. 33. *MS.* B. ἄμπικι. 38. *MSS.* B. & L. κυκλοδίωκτος. 41. *MS.* L. κρήτεσσι. v. 42. *MSS.* B. & L. *pro* αἰ δὶ, *leg.* αἴδι. 49. *Ed.* Wint. *leg.* ἐπὶ πόντου. & reddit, *juxta peram.* 50. W. αἰνάτᾳ. 51. W. *pro* ἐπι *leg.* ὑπὸ. *MS.* L. Καδίξη, *Ed.* Wint. καδίζᾳ. 55. *MS.* B. πιστέντ'ἐστιν. v. 60. *MSS.* B. & L. *pro* κὶν *leg.* καί. 61. *MS.* B. φίλον. 63. MS. B. φυακᾶξε. 65. *Altera é Theatro Ed.* & Commel. *leg.* αἰδία. *MSS. autem & Ed.* Wint. *leg.* ἄδ' ἁ: & *ita* Heinſius *vult legendum, quam ſequimur lectionem: licet,* ἁ, *neſcio quo errore aſperum Spiritum in hac Editione deſiderat.* 66. *MS.* B. πᾷ. 72. *MS.* B. χὼ. *ibid.* ἔκλαυσι. 75. *MS.* B. ἁμάλης. 81. *MS.* B. ἀνηρώτας. 85. *MSS.* B. & L. ζατιόθα. *Ed.* Winter. ζατεῦ'. 87. *MS.* B. ὤτιλο. 90. *MS.* B. παρθένος. *ibid. MS* B. γιλιδῦτι. 92. *MS.* B. ποτικλεαδ'. *ibid.* αὐτᾷ. 97. *MS.* B. κἤφα. 98. *MS.* B. κἤρ'. *ibid.* ἀργαλίᾳ. 100. *MSS.* B. & L. πολυμυζῶ. 101. ῥιμιτητά. 102. *MSS.* B. & L. ἄλιο. *ibid. MS.* B. φιδύκᾳ. *Hunc verſum ita leg. Ed.* Wint.

Ἤδη γὰρ φαίνει πάνθ' ἅλιος ἅμμι. Δαδύκη
Δάφνις. --- *& ita interpretatur,*

Jam enim indicat omnia ſol nobis. Occidit Daphnis. ---

v. 110. *MSS.* B. & L. *pro* τἄλλα *habent* πάντα. 112. *MSS.* B. & L. αὔδις. 115. *MS.* B. ὕρια. 126. *MSS.* B. & L. ἀγαθὸν. 130. *MS.* B. ἄβρας *pro* ἄβραν. 133. *MS.* B. ἀρκυόμοισι. ἄρκυσσι. *Juniperus. Sic appellatur fructus, aque ac arbor, ut teſtatur Scholiaſtes* Nicandri *in* Theriaca. 136. *MS.* B. κάξ. 147. *MSS.* B. & L. *pro* δὶ *leg.* ζι 151. *MS.* B. χίμαρον.

*Idyl.* 2. v. 3. *MSS.* B. & L. ἰμὶν 22. *MS.* B. λακιᾶ. 28. *MS.* B. κηρὸν. 31. *Ed.* Wint. ἀμπιέρισι σύριγσι. 51. *MS.* L. ἴκελο. 61. *MS.* B. *pro* ὁ δὶ, *leg.* ἰδί. 62. *MS.* B. ἐπιφθίζετα. 65. *MSS.* B. & L. ἄρξαμ' ἐγώ. 70. *Ed* Wint. μακαρίτις. 79. *MSS.* B. & L. τὸ σιλάνα. 107. *MS.* B. κοχίτκιν. 112. *MS.* B. ἄτοργος. 145. *MS.* B. φιλίτεσσι. 150. *MS.* B. κίττι.

*Idyl.* 3. v. 14. *MSS.* B. & L. πτίρυ. v. 16. *MS.* B. ἰδάλασδι. v. 20. *MS.* B. ἁβάτα. 23. *MS.* Baroc. 216. σιμίσιος. 32. *MS.* B. πεῖν. 39. *MS.* B. ποτίδυ. 41. *MS.* B. ἄτνα δεῦμαι. 43. *MS.* L. ὄρδρυο. 48. *MS.* B. μάζιο τίθνατι.

*Idyl.* 4. v. 5. *MSS.* B. & L. ὠντὸς. 11. *MS.* B. λύκως. 12. *MS.* B. ποδίτι. 23. *MSS.* B. & L. τὸ μάλιμον. 26. *MS.* L. τάλας. 28. *MS.* B. ἴπαξα. 32. *MS.* B. Ζάκυδος. *Ed.* Wint. ἄτι Ζάκυδο. 39. *MS.* B. τόσσο. 51. *MS.* B. *leg.* τὸν *pro* τὸ. 53. *MS.* B. χασμάμενο.

*Idyl.* 5. v. 1. *MS.* L. Σικαρίτας. 10. *MSS.* B. & L. ἔς τι ἰνιόθη. *MS.* Baroc. 216. ἔρτι. 23. *MS.* B. ποκ'. 27. *MS.* B. 216. *pro* δύλετ' *leg.* ὄλετ'. *Ed.* Wint. βύλετ'. 28. *MS.* B. νικατιδ. 30. B. 216. *pro* το οἰδ. *leg.* ζοἰδ'. 32 τᾶδ' *pro* τᾶδ'. 36. *MS.* B. ἰρδοῖτε ἰπιδλίπτε. 40. *MS.* B. 216. μίμναμαι *pro* μίμναμ' ἆ. 41. *MS.* L. *pro* τὸ, σὶ. *ibid. MS.* B. χίμαρι. 42. *MS.* B. καζδρικώδ. 45. *MS.* B. κύτισος. 46. *MS.* B. βαμβαδτι. 47. *MS.* 216. δίνδεσις. 48. *MSS.* B. & L. ὄρισδις. 55. *MS.* B. μὰλις. *ibid. MS.* L. πῖρυα. 57. *MSS.* B. L. & B. 216. *pro* τιτρόμις *leg.* τσολάκις 65. *MS.* B ἴτι 66. *MS.* B. μικρὸν. 68. *MS.* B. ἴντι. 69. *MS.* B. 216. *pro* τῦτο ἰνάτης. τῦτο χαρίᾳ. 70. *leg. pro* ναὶ Μόρσιμ. Μόρσιμ φίλε. 72. *pro* τοι, τι. 74. *MS.* B. ἀρώτα. 77. *MS.* B. 226. τύγα μάν. 89. *MS.* B. παριλύδε. 94. *MS.* B. 216. ἰεσμακλίδις. 101. *MSS.* B. L. B. 216. & *Ed.* Wint. *leg.* κάταρτις. 102. *MS.* B. 216 Κύπαρος. κυπάρδα. *MS.* B. Κιμαίρα. 103. *MS.* B. τυτί. *ibid. MS.* L. ἀστράς. 104. *MS.* B. κυπαρίττιο. 105. *MS.* B. Πρεξιτίλις. 110. *MS.* B. 216. ἰδιείζω. 111. ἰδιείζετι. 112. *MS.* B. φατικίμας. 114. *MS.* B. καὶδαμος.

116. *H deeſt in omnibus MSS.* 117. *MSS.* B & L. πρὶν κιγκλίσθω. 123. *MS.* B. 216. καλάμους τε. 128. *Ed.* Wint. κύτιλον. 129. *MS.* B. & B. 216. χοῦτον. 136. *MS.* B. κίστᾳ. 144. *MSS.* L. & B. 216. *pro* τὰν *leg.* τὸν.

*Idyl.* 6. *v.* 5. *MS.* B. πρῶτος. 12. *MSS.* B. & L. ἀγκαλοῖτι. 16. *MS.* B. Σίριος. *ibid. MS.* L. φρύγι. *v.* 17. *deeſt in MS.* B. 22. *MS.* B. πωδωρώμαι. 25. *MS.* B. κνίζω. πωδορώμαι. *ita leg. MS.* B. 216. 36. *MS.* B. ἰμοὶ. 41. *MS.* B. πρὶν. Ιπποκόωνι.

*Idyl.* 7. *v.* 2. *MS.* B. ἤρτομες. *v.* 3. *MS.* L *pro* ὁ *leg.* καὶ. 6. *MS* B. & L. Βίρωνι. 11. *MS.* B. 216. *leg.* κατεκάηθ' *pro* κατεφάηθ'. 39. *MS.* 216. *pro* τ'. τι. 41. *MS.* B. ἰείσθων. 48. *MS.* B. κακκλώστις. 51. *MS.* B. 216. μιλίθρων. 60. *MSS.* B. & L. ἰρεύθων. 63. *MSS.* L. & B. 216. ἀντίτιον. *v.* 65. *deeſt in MS.* B. 66. *MS.* B. ἰμενέλ. 68. *MS.* L. κνίζη. *ibid. MS.* B. πονηγάσθη. 71. *MSS.* B. & L. δοιὼ. *pro* μοι δύο. 81. *MS.* B. 216. *pro* ὶς *leg.* ὡς. 85. *MSS.* B. L. & B. 216. *pro* ἰξεπίωσας *leg.* ἰξεπίωσας. 86. *MSS.* B. 216. B. L. ἰμοὶ, *pro* ἄμις. *MSS.* B. & L. ἦμιν. 94. *MSS.* B. L. & B. 216. *pro* ᾧ τὶ γεράρων, *leg.* ὅτλι γ' ἀείδειν. *v.* 100. *deeſt in MS.* B. *v.* 103. *MSS.* B. & B. 216. Ομίλων. 104. *MSS.* B. & L. κιθῶνι. 105. *MSS.* B. & B. 216. ἄρα. *pro* ἄρ' ὁ. 106. *MSS.* B. & L. ὕρβις. τί τν. 112. *pro* Εδεγε. τίθραμμένω. *MSS.* B. L. οὖεγε. κικυμένω. 121. *MSS.* B. L. & B. 216. ὑποῤῥῶ. 122. *MS.* B. φρυρίαμες. 133. *MSS.* B. & B. 216. χαθυσ. 134. *MS.* L. ἀπαρίαμεν. 137. *MSS.* B. & B. 216. κιλάδεσθαι. 139. *MS.* B. κικιδῶντι. 140. *MS.* B. τελίσκιν. 146. *MS.* B. καταδείδοικτε. 147. *MS.* B ἀπεχύλω. 148. *MS.* B. *pro* αἴκα. *leg.* νάκα.

